Venimus autem et ad ciuitatem quandam Thebaidis nomine Oxirincum: in qua tanta religionis deprehendimus bona: ut ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namque eam monachis intrinsecus vidimus: et extrinsecus omni ex parte circundatam: et edes publice: si que in ea fuere: et templa superstitionis antique habitationes nunc erant monachorum: et per totam ciuitatem multo plura monasteria quam domus videbantur. Sunt autem in ipsa urbe: que est ampla valde et populosa duodecim ecclesie: in quibus publicus agitur populi conuentus: exceptis monasteriis: in quibus per singula loca orationum domus sunt: que certis temporibus ad orationem frequentantur. Sed nec porte ipse nec turres ciuitatis: aut ullus omnino angulus eius: monachorum habitationibus vacat: quique per omnem partem ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes deo referentes urbem totam quasi unam diem ecclesiam faciunt. Nullus enim ibi inuenitur aut hereticus aut paganus: sed omnes ciues christiani: omnes catholici: ut nihil omnino differat: si episcopus in platea orationem aut in ecclesia faciat. Ipsi quoque magistratus aut principales ciuitatis: et reliqui ciues studiose per singulas portas statuunt eos: qui obseruent: ut sicubi apparuerit peregrinus aut pauper: certatim ad eum currant: et qui preoccupauerit abducit: ut que sunt necessaria consequatur. De his autem que erga nos ab ipsis populis gesta sunt: videntibus transire nos per ciuitatem suam: et velut angelis ocurrentibus atque honorem deferentibus quomodo enarrem. Aut de ipsis monachis et virginibus. quorum innumere multitudines: ut supra diximus: in illa urbe habentur. Requirentes enim a sancto episcopo loci ipsius viginti milia virginum: et decem milia monachorum inibi haberi comperimus. Quorum omnium affectum erga nos et honorem: quem exhibebant: vobis exponere nec sermo sufficit: nec verecundia permittit: quomodo pallia nostra scinderentur: unoquoque nos sibi rapiente: et ad se adducere cupiente. Vidimus quoque ibi plurimos sanctorum patrum diuersas dei gratias habentes alios in verbo dei: alios in abstinentia: alios in signis et virtutibus ministrantes.

¶ De sancto Theone qui triginta annis silentij habuit obseruationem.

Vidimus et alium non non longe ab urbe: ad eam partem que mittit ad heremum: nomine Theonem: virum sanctum intra cellulam suam clausum et solitarium: qui perhibebatur triginta annis silentij habuisse continentiam: quique tam multas virtutes faciebat: ut propheta apud illos haberetur. Conueniebat namque ad eum per dies singulos infirmorum plurima multitudo: ad quos ille per fenestram manum proferens: et uniuscuiusque capiti superponens: ac benedicens eos: sanos ab omni egritudine remittebat. Hic etiam ipso visu tam venerabilis erat: tantamque reuerentiam gerebat in vultu: ut inter homines angelus videretur: ita letus oculis: et plenus totius gratie apparebat. ¶ Huic cum ante paruum tempus: ut comperimus: noctu latrones superuenissent: aurum se apud eum inuenturos sperantes: oratione sola ita vinxit: ut foribus eius affixi mouere se omnino non possent. Mane vero cum ad eum turbe solito conuenissent et viderent ad ianuas eius latrones: volebant eos igni tradere. At ille rerum necessitate compulsus: unum eis solum locutus est verbum. Sinite inquit istos abire illesos: alioquin gratia a me fugiet sanitatum. Populi autem ut audierunt hec: contradicere non audentes: dimiserunt eos. Latrones vero videntes quod secum est gestum: abiecta scelerum voluntate: preteritorum malorum penitentiam gerentes: ad monasteria vicina confugiunt: atque ibi emendationis vite formam modumque suscipiunt. Erat au

tem supradictus vir eruditissimus: non solū egyptiorꝝ ꝛ grecorꝝ lingua: sed etiā ꝛ latinorꝝ: vt ꝛ ab ipso ꝛ alijs qui ei aderant didicimus. Sꝫ ꝛ ipse releuare cupiens ꝛ cōsolari peregrinationis nostre laborem: in tabula scribēs ad nos gratiā doctrināq; sui sermonis ostendit. Erat autē ei cibus absq; ignis opere. Dicebant autem q; ꝛ noctib⁹ ad heremuꝫ progrediēs: comitatu vteretur vltimo heremi bestiarum. Ipse vero hauriēs aquā de puteo suo et prebens eis pocula: obsequij earum remunerabatur laborē. Huius aūt rei manifestum dabatur indiciū: q; vestigia bubalorum caprarū q; ꝛ onagrorum: circa eius cellulam plurima deprehēdebantur.

¶ De sancto Apollonio cōfessore: ꝛ virtutibus eius.

Uidimus ꝛ aliū sanctū virum noīe Apolloniū apud Thebaidā in finibus Hermopolis: ad quā ciuitatē saluatorem cum Maria ꝛ Joseph de iudee finibus venisse tradūt: ſm prophetiam Esaie dicentis. Ecce domin⁹ sedet super nubem leuem: ꝛ veniet in egyptū: ꝛ commouebuntur manufacta egyptiorum a facie eius: ꝛ cadent in terram. Uidimus ergo ibi etiam ꝛ templū ipsum: in quo ingresso saluatore corruisse omnia ydola in terram: ꝛ cōminuta esse memorabantur. ¶ Uidimus ergo supradictum virum in vicino heremo: sub mōte quodam habentem monasteria. Erat enim pater monachorum circiter quingentorum: ꝛ famosissimus in omnibus Thebaide finibus habebatur. Opera enim magna erant ei: et virtutes multas: signaq; plurima ꝛ prodigia faciebat per eum deus. A pueritia namq; in abstinentia nutritus est: qui cum ad maturaꝫ peruenit etatem: gratia dei semꝑ cum ipso creuit. Erat eñ annorꝝ fere octoginta: cū eum vidim⁹: in monasteriorꝝ congregatiōe florentē: sed ꝛ ipsi qui videbant̄ eius esse discipuli: ita ꝑfecti erant ꝛ magnifici: vt oīs pene possent signa facere. Quidecim ğ annorꝝ secessisse eū ad heremū ferebant: atq; ibi cū quadraginta annis fuisset in exercitiis spiritalib⁹ cōuersatus: aiebant vocem dei ad eū delatam dixisse. Apolloni per te perdam sapiam sapientiuꝫ in egypto: ꝛ intellectum prudentiuꝫ reprobabo. Perdes aūt mihi ꝛ eos qui inter ipsos sunt sapientes babylonis: ꝛ omnē culturā demoniorꝝ subrues. Perge ğ nūc ad loca habitabilia. generabis eñ mihi ꝑplm substātiuū ꝛ perfectū: emulatorem operū bonorꝝ. At ille rīdens ait. Aufer a me dn̄e iactantiā: ne forte elatus suꝑ fratres meos: cadā ab oībus bonis tuis. Rñdit ad eum rursus diuina vox. Mitte manuꝫ tuā ad ceruices tuas: ꝛ qđ comprehēderis cōstringe: ꝛ sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruices suas: apprehendit q̄si paruulū quendā ethiopeꝫ: ꝛ continuo demersit euꝫ sub arena clamantē ꝛ dicentē. Ego suꝫ superbie demon. Post hec vox ad eū facta est a deo dicēs. Perge nūc: omnia eñ quecūq; a deo poposceris: cōsequeris. Ille ğ post hec ꝑrexit ad ea loca: in quib⁹ hoīes habitabant Temporib⁹ autē Juliani tyranni hec fiebāt. ¶ Fuit autē in locis illis spelunca quedā heremo vicina: in qua habitare cepit: indefinent die ac nocte orationib⁹ vacans casq; vt aiebat per dies centū vicib⁹ totidēq; noctis tempore curuans genua consignabat deo. Cibo aūt magis celesti q̄ humano vtebat̄. Indumentū ei⁹ stuppeuꝫ collobiū erat: qđ apud illos lebites appellat̄: ꝛ linteū quo colluꝫ ꝛ caput obuolueret. Que tamen indumēta ꝑmansisse ei ferebant in deserto nunq̄ veterata. Erat ğ in vicino heremi loco in virtute spūs degens: signa ꝛ sanitates miras efficiens: quas enarrare ꝑ sui immēsitate: sicut ab his: qui cū ipso erant: seniorib⁹ cōperim⁹: vox nulla sufficiet. Fama aūt magnifica de eo ꝑuulgata cū ammiratiōe oīum quasi ꝑpheta aliquis aut apl's haberi cepisset: vicinis e regionib⁹ monachi diuersis ex locis cōueniebant ad eū: ꝛ tanq̄ pio patri: magna munera: suas singuli quiq; aīas offerebant. At ille vnūquēq; eorꝝ tota religione suscipiens: alios ad bene operandū: alios ad bñ intelligēdū ꝑuocabat. Sed ꝛ ipse pri⁹ ea ostēdebat exemplis: que verbis docere cupiebat. Alijs quidem dieb⁹ vnumquēq; apud semetipm exercere abstinentiā: quā posset sinebat: die vero dñica gratia caritatis secum oīs cibū sumere hortabat̄: cū tñ ipse solitis abstinētie obseruationib⁹ deseruiret: herbis solūmodo aut olerib⁹ vtens: nec vsum aut ministeriū ignis admittens. ¶ Hic cuꝫ audisset Juliani vt supradixim⁹ temporibus fratrē quēdā ad militiaꝫ compꝛhensum detineri in carcere: venit ad eum cū fratrib⁹ consolādi grā: vt moneret eū in necessitatate tenere cōstantiā: atq; imminētia contēnere ac deridere pericula. Temp⁹ eñ ait certaminis adest: in quo fidelium mentes tentationibus probande sunt ꝛ noscende.

Cūq̧ his ꝛ alijs verbis roborareť anim⁹ adolescentis: superuenit centurio: ꝛ indignat⁹ cur introire ausus esset: claues extrinsec⁹ carceri imposuit: ipm q̄ꝫ ꝛ oēs qui cū eo venerāt pariter cōclusit: quo.s. etiā ipsi similiter ad militie detinerenť officiuꝫ. Constituens q̄ꝫ custodes q̄plurimos abscessit. Medio aūt noctis altare visus est angelus ingenti luce resplēdens: ꝛ obstupefactis perterritisq̧ custodibus: carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes aduoluti ad pedes sanctoꝝ: rogabant eos discedere dicentes: meli⁹ sibi esse mori ꝑ his q̄ꝫ diuine virtuti obsistere: que eoꝝ curam gerebat. Mane vero etiā ipse centurio cū ṗncipalib⁹ viris festin⁹ ad carcerem venit: rogans vt discederent oēs qui teneri videbanť. Dicebat eñ domū suā terremotu magno cōcidisse: ꝛ electos quosq̧ famuloꝝ suoꝝ pemisse. Sancti vero his auditis hymnū deo laudesq̧ cecinerunt: ꝛ regressi ad heremū erant in vnū positi: ẜm apostoloꝝ exemplū: habētes aīam vnā ꝛ cor vnū. ¶ Pater aūte senior docebat eos vt quottidie ꝓficerēt in virtutib⁹: ꝛ insidias dyaboli: quas per cogitatōnes inferret hominib⁹ in initijs statim retunderent. Sic eñ aiebat. Si cōfringať caput serpentis: oē eius corpus emortuū reddiť. Ob hoc eñ mandat nob deus obseruare caput serpētis: vt omnino statim ab initio: nec recipiam⁹ malas ꝛ sordidas cogitationes in corde nostro. Quāto ergo magis diffundi nō cōuenit in sensib⁹ nostris cogitationuꝫ fantasias: quas etiā ab initio recipi vetat. Sꝫ ꝛ illđ monebat: vt ī virtutib⁹ animi alter alterū vincat: nec patiať se vnusquisq̧ īferiorem ꝓximo suo fieri. Hinc autē dicebat. Sciatis g̃ vos ita ꝓficere in virtutib⁹: si nulla vobis passio fuerit dn̄ata erga mundana desideria. Hoc est initiū donoꝝ dei. Qđ si etiam ad hoc venerit quis vestrū: vt ꝛ signa ꝛ mirabilia faciat: nō extollať pro hoc. neq̧ in cogitatione sua erigať tanq̄ ceteris prelatus: sed nec hoc ipsum hoībus debet ostendere: q̄ donū gratie hui⁹ acceperit: alioq̄n seducit seipm ꝛ ip̄e decipiť: ꝛ grām perdet. ¶ Habebat ergo hanc magnificaꝫ vbi dei doctrinā: sicut ꝛ nos etiā ipsi ex parte fruiti sumus. Sꝫ ꝛ maioreꝫ habebat in operib⁹ grām. Oē eñ quicq̄d petisset a deo: sine mora consequebať. Sed ꝛ reuelatiōes ei plurime ostendebanť. Deniq̧ seniorē fratreꝫ suū: qui ꝛ ipse in heremo defunctus est: cū quo plurimo tp̄e egerat vitā perfectā: vidit in somnis in sede apostolica residentem: atq̧ vnū ex ipsis hereditatē sibi virtuteꝫ ꝛ grām reliquisse. Cūq̧ etiaꝫ ꝓ semetipso oraret: vt velocius eum dn̄s assumeret: ꝛ cuꝫ ipso sibi requiem prestaret in celis: visum est ei a dn̄o saluatore: parū adhuc ei tp̄is in terris deberi: donec vite ꝛ conuersatiōis eius plurimi emulatores existant: populos namq̧ ei plurimos credēdos esse monachoꝝ: ꝛ exercitū quēdam pioꝝ: vt per hec dignā pro talib⁹ meritis remunerationē inueniret apud deuꝫ. Hec aūt vt vidit: ita gesta sunt. Cōuenerūt eñ ex omni loco monachi fama ꝛ doctrina ei⁹ inuitati: ꝛ ṗcipue exēplis eius q̄plurimi seculo renunciantes: cōuentū quendā magnificū fecerunt apud eū in supradicto montis loco: cōem vitā mense vni⁹ vnanimiter conseruantes. Hos g̃ tanq̄ vere celestem quendā: ꝛ angelicū cernebamus exercitū: omnib⁹ virtutib⁹ adornatuꝫ. Nullus sane in eis sordidis vtebať indumentis: sed splendore vestiū pariter atq̧ animoꝝ nitebant: ita vt ẜm scripturā letaretur herem⁹ sitiens: ꝛ multi filij eius viderenť in deserto. Que q̄uis de eccl'ia dicta sint: tamē in egypti desertis hec etiā historica relatione completa sunt. Ubi eñ tāte per vrbes multitudines veniūt ad salutē: q̄ta egypti deserta ꝓtulerunt. Quāti populi habenť in vrbib⁹: tāte pene habenť in desertis m̄ltitudines monachoꝝ. Uñ mihi videtur etiā ap̄li dictū in eis esse completū: q̄ vbi abundauit pctm̄: ibi abūdauerit gratia. Abundauit eñ aliquādo immundus ydolorū cultus in egypto sicut nusq̄ gentiū. Canes eñ ꝛ simias atq̧ alia portenta olim venerati sunt. Alia q̄ꝫ ꝛ cepas: ꝛ nōnulla olerū deos credebant: sicut ab ipso patre Apollonio tradente dicim⁹. Cām eñ nobis prisce eoꝝ superscriptionis hoc modo exposuit. Bouē quidē deuꝫ crediderūt aliq̄n egyptij: pro eo q̄ per ipm rura excolentes victū cibūq̧ capiebant. Sed et aquam nili colebant: ꝓ eo q̄ vniuersas rigabat egypti regiōes. Colebant quoq̧ ꝛ terram: vtpote vberiorem ceteris terris. Canes etiaꝫ vt supradiximus ꝛ simias ac diuersa herbaruꝫ genera atq̧ olerum colebant: pro eo q̄ occasionē sibi salutis per hec venisse opinabanť temporibus Pharaonis. Circa hec eñ singula occupatio eis exorta videbať: cuꝫ ille patres nostros persequēs submersus est: ꝛ vnusquisq̧ id per qđ occupari visus est: ne Pharaonē sequereť: hoc sibi reputauit deū dicēs: quia hoc mihi deus fuit hodie: vt nō sequerer Pharaonem: ꝛ simul cū ipso demergerer. ¶ Hec ergo

erant verba sancti Apollonij q̄ nobiscū loquebať. Sed multo magis illa scire opoꝛtet: que in operib⁹ ꝛ virtutib⁹ habuit. Erant aliquādo in circuitu sancti apollonij positi decē circiter gentiliū vici: apud quos demoniaca superstitio summo studio colebatur. Templū em̄ erat ibi amplissimū: atq₃ in eo simulacrū: qd̄ moꝛis erat circūferri a sacerdotib⁹ bachantiū ritu cū reliqua multitudine circūeuntib⁹: ꝛ quasi pꝛo aquis pluuialib⁹ ꝓphana mysteria pagentib⁹ Contingit aūt sub eo tp̄e: quo hmōi ab eis oꝛgia gerebanť: iter agere beatū Apolloniū p ipsa loca cū aliquātis fratribus. Et cum vidisset infeliciū turbas quasi demone quodā agi: bachariq₃ per campos: miseratusq₃ erroꝛē eorū fixis genib⁹ inuocauit dn̄m ꝛ saluatoꝛē nostrū: ꝛ om̄s eos qui cerimonijs demoniacis agebanť cū simulacro suo stare fecit imobiles: nec pꝛogredi oīo vsq₃ posse. Atq₃ ita per totā diē rapidissimis adusti estibus permanserūt: ignoꝛantes vnde eis herere vno in loco imobiliter contigisset. Tunc sacerdotes eoꝝ dicebant esse quendā xp̄ianū in regionib⁹ vicine heremi cōmanentē Apolloniū noīe: ꝛ ipsius eē hec opera: qui nisi eēt exoꝛatus: sibi piculū permansurū. Ut aūt ad rei tante miraculū cōuenerūt vndiq₃ qui audierant: ꝛ percunctantes q̄ tanti causa extiterit monstri: ignoꝛare se penit⁹ fatebanť: suspitionē tn̄ dari sibi dicunt supꝛadicti viri: quē ꝛ exoꝛari pꝛo se deposcunt Tunc q̄dā ex ipsis vere eos opinari aiunt: nā ꝛ vidisse eū illo itinere p̄tereūtem confirmāt: ꝛ tn̄ adhibere: que putabāt ꝓdesse: auxilia nō moꝛātur. Adducūt boues quoꝝ virtute videretur posse moueri simulacrū. Sed cū nec sic q̄dē aliq̄d ꝓfecissent: omni auxilio frustrati legatos ad hominē dei mittūt: pollicentes vt si eos resoluat ab his vinculis: pariter q̄ erroris in eis vincula dissoluere. Hec vbi nūciata sunt ei: sine moꝛa descendit ad eos: ꝛ oꝛatione sola ad deū fusa om̄s resoluit. At illi sine dilatione vnanimiter om̄s confugiūt ad eū: saluatoꝛi deo nostro credentes: ꝛ gratias referētes Simulacrū vero qd̄ erat ligneū cōtinuo igni tradunt: ipsi aūt secuti hoīem dei: atq₃ edocti ab eo fidem xp̄i eccl'ie dei sociati sunt. Plurimi vero ex ipsis cū ipso manserūt: ꝛ etiā nunc in monasterijs degūt. Facti tn̄ hui⁹ mirabilis fama vbiq₃ diffusa est: ꝛ multi ꝓ hoc ad fidem dn̄i conuertebanť: ita vt in omnib⁹ illis regionibus: nullus iam pene gentiliū remaneret.

¶ Post aliquantū tempoꝛis certamen erat de finibus inter duos vicos. hoc cū nunciatū eēt sancto Apollonio: festinans descendit ad eos pacis gratia. Sed illi furoꝛe cōtentionis incēsi nullo genere ad pacis cōsiliū flectebantur: marie q̄ vni⁹ partis ppl's plurimū fiducie in virib⁹ cuiusdā latronis gerebat: qui ipsius certaminis signifer videbať. Hunc cum videret Apolloni⁹ pacis resistentē: dicit ad eū. Si mihi o amice acquiescere volueris ad pacē: rogabo deū meū ꝛ remittet tibi peccata tua. At ille cū audisset nihil oīno distulit: sed genib⁹ eius ꝓuolutus supplicabat ei. Tum deinde conuersus ad turbas: que eū secute fuerant: fecit oēs cū pace discedere. Quib⁹ secedentib⁹ ipse permansit cū hoīe dei expectans ab eo ꝓmissum. Tunc vero Apollonius assumēs eū. ꝛ cum ipso iter agens ad monasteriū: docebat eū mutare debere oꝛdinē vite: ꝛ patienter a deo querere misericoꝛdiā: ꝛ pꝛomissionē eius ex fide expectare. omnia em̄ possibilia dicebat esse credenti. Cūq₃ noctis tempoꝛe simul in monasterio requieuissent: per visum ambo vident se esse in celis: ꝛ assistere ante tribunal xp̄i. Uident etiā angelos dei: ꝛ sanctos quosq₃ adoꝛātes dn̄m. Et cum hec vidētes etiā ipsi adoꝛassent deū: vox dn̄i ad eos deferť: dicens. Licet nulla sit cōmunio luci ꝛ tenebꝛis: nec sit aliq̄ poꝛtio fideli cum infideli: tn̄ donať tibi salus istius ꝓ quo supplicasti Apolloni. Sed ꝛ alia multa cū audissent i celesti visiōe positi: q̄ neq₃ sermo enarrare sufficit: neq₃ auris audire: surrexerunt a somno: ꝛ que viderant fratribus indicarunt. Ammiratio autē ingens esse cepit: cū vnū atq₃ idē somniū vterq₃ narraret. Permansit autē cū fratrib⁹ latro ille iam sanctus: vitā suā moꝛesq₃ ad oēm innocētiā pietatēq₃ cōmutans: tanq̄ in agnū versus ex lupo. vt in eo plenissime compleri videreť ꝓphia Esaie dicentis. Lupi cū agnis pascenť: ꝛ leo ꝛ bos simul paleis vescenť. Uidimus ibi quosdam etiā gentis ethyopum viros cū monachis viuētes. ꝛ multos ex ceteris monachis in obseruantia religionis ꝛ virtutib⁹ animi pꝛecellentes: vt ꝛ in ipsis compleri videreť scriptura q̄ dicit. Ethyopia p̄ueniet manus eius deo. Adhuc autem in gestis sancti Apollonij ferebať hoc. Lis quodā tempoꝛe dicebatur exoꝛta inter duos vicos: quoꝝ vnus xp̄ianoꝝ: alius gētilium fuit. Pꝛocedunt ex vtraq₃ parte armatoꝛum turbe plurime: accidit autem vt vir sanctus Apollonius superueniret. Cumq₃ eos hoꝛtaretur ad pacem: quidā eoꝝ qui inter gē-

tiles quasi caput ⁊ causa belli illius stabat ho
mo truculentus ⁊ ferus. obsistebat ei vehemē
ter dicens: non se permittere fieri pacem vsq
ad mortem suā. Tunc ille fiat inquit vt optas
Nullus enī alius preter te perimet. sed ⁊ mors
tuo congruū honori tuo tibi sepulchrum fiet.
non terra sed bestiarū ac volucrū ventres. Et
continuo sermo ei' efficitur veritas. Nullus
enī ali' ex vtraq parte: nisi solus ipse cecidit.
Quē cū sub arena obruissent: mane ingressi i
uenerunt corpus illi' a bestijs effossum. lania
tūq: atq a volucribus deuoratum. Cūq oīs
ammirationem habuissent. q sermo hoīs dei
ita fuisset impletus. cōuersi sunt oēs ad fidē
saluatoris dn̄i. ⁊ Apolloniū pphetam dei pre
dicabant. ¶ Sed ⁊ hoc nos effugiat qd ab eo
pmis adhuc dieb': quib' in spelunca habitare
cum paucis fratrib' ceperat: factū didicimus.
Dies sanct' aderat pasce: ⁊ cum solēnitas vigi
liarū sacramētorūq intra speluncā fuisset ex
pleta. atq ex his que fuerāt apd eos refectio
pararet. erāt aūt eis pauci tantūmodo ⁊ sicci
panes: atq olera ex his q sale aspersa reponi
apud eos solēne est. Tunc Apolloni' frēs: qui
secū erant: alloqui ita cepit. Si est in nobis fi
des ⁊ vere fideles sum' famuli xpi: petat vnus
quisq nostrū a deo: siquid quis quasi in die fe
sto sumere libenter hz. At illi ipsi potius qui
eos etate ⁊ meritis pcelleret: hec a deo poscē
da pmittunt: semetipsos inferiores hui' gra
tie iudicantes. Tunc ille cum omni alacritate
orōnez fudit ad deū. Qua expleta cū oēs re
spondissent amen. ecce repente ante fores spe
lunce astare vidēt hoīes quosdaz sibi penitus
ignotos. quiq taz multas copias rerū omniū
que ad vsus dūtaxat ciborū pertinēt: detulerūt:
vt neq tam multa neq tā diuersa facile qsq
viderit: in quib' erant quedā: que oīno i egy
pti regionib' nusq visa sunt. videlz pomorū ge
nera: ⁊ magnitudo incredibilis vue: nuces: fi
cus: mala q punica: ⁊ ante temp' oīa faui at
q mellis ⁊ lactis copia: ⁊ panes calidi ⁊ mun
dissimi: qui tamē peregrini esse viderētur pro
uincie. Uiri vero qui hec detulerant statim vt
ea monachis tradiderūt: quasi festinanter ad
eum: a quo missi fuerant: redire cupiētes mox
discedunt. Tunc ipsi monachi gratias dn̄o re
ferentes: ex his que sibi fuerant delata vesci
ceperūt. Quorū copia tanta fuit: vt vsq ad diē
pētecosten quotidie ministrata sufficerēt: cer
ti q hec sibi a deo solēnitatis gratia missa sint
¶ Comperimus etiam hec q quidam ex fratri
bus: cui deerat humilitatis ⁊ mansuetudinis
gratia poposcit ab eo vt pateret a dn̄o vt sibi
donaret hoc munus: orante illo tanta in eum
gratia mansuetudinis ⁊ humilitatis aduenit:
vt omnes fratres stuperent de tranquillitate
animi eius ⁊ modestia: in quo prius nihil horū
viderāt. ¶ Orta est aliquādo fames apud the
baidaz. Scientes autē habitatores terre illi'
q monachi: qui cū Apollonio dn̄o seruiebāt:
frequenter etiā sine cibo per dn̄i gratiā pasce
bantur: oēs simul cum vxorib' ⁊ filijs pergūt
ad eum: cibū simul benedictionēq poscentes
At ille nihil dubitans proferre cepit ex his q
ad vsum fratrum reposita erant: ⁊ dare singu
lis copiose. Cuz vero tres sole panū sporte re
mansissent. fames aūt populū vehementer vr
geret: iubet in medium pferre sportas: q sole
superfuerant vni' diei victū monachis prebi
ture: ⁊ in auditu totius populi: qui famis ne
cessitate confluxerat: eleuatis ad deuz oculis
manibusq ait. Nunquid non valet man' dn̄i
multiplicare hec? Sic dicit spiritus sanctus.
Non deficiet panis in sportis his: donec satie
mur oēs de frugib' nouis. Etiā ⁊ plurimi ex
his: qui tunc in pn̄ti fuerant: cōfirmabant qt
tuor continuis mensibus. nec cessatum est vn
q erogari panis ex sportis: neq deesse potuit
aliquādo. Similiter aūt ⁊ alio tpe fecisse eum
de frumenti ⁊ olei specie perhibebant. Quib'
virtutibus motus dyabolus dixisse ad eū fert
Nunquid helyas es tu: aut alius aliquis pro
phetarū vl' apostolorū: q hec facere ausus es?
At ille respondit ei. Quid enī nonne ⁊ pphe
te ⁊ apostoli hoīes erant: qui nobis ⁊ fidē suā
⁊ gratiā tradiderūt? Aut tunc deus pn̄s erat.
nunc vero absens est? Absit. Deus omnia pōt
⁊ que potest: semp potest. Si ergo deus bon'
est: tu quare malus es? Hec vt supra iam dixi
mus a seniorib' viris religiosis ⁊ sanctis per
eum gesta esse: fideli narratione comperimus
Et q̄uis eorū fidelis sit habenda relatio. ma
iorem tamen fidem rerū prestitit etiam hoc:
quod nosipsi oculis nostris inspeximus. Ple
nas eniz sportas panibus deferri vidimus ad
vacuas mensas: et cum replerentur panibus
mense atq ad omnem satietatem consumere
rentur: plene nihilominus recolligebantur.
¶ Aliud quoq quod apud eum mirum vidi
mus: non silebo. Tres eramus nos fratres:
qui ad sanctum Apollonium venimus: et ec
ce longe adhuc nobis positis ab eius mona
sterio: occurrerunt fratres: qui ab ipso ante

triduũ audierant de aduentu nr̄o: occurrerũt
aũt nobis cũ psalmis. hoc eñ moris est eis fa
cere i aduentu oim monachoꝝ. Et adorātes i
facies suas vsq3 ad terrā: osculabāt nos: atq3
oñdētes nos sibi inuicē dicebāt. Isti sunt fra
tres: de quoꝝ aduētu ante triduũ nobis pater
apolloniꝰ predixerat: dicens. Post triduũ affu
turos tres fratres de hierosolymis venientes
Alij vero ex fratribꝰ precedebāt nos: alij seq̄
bant: vtraq3 tñ turba psallebat. Ubi autē ap
propinquare cepimꝰ: audita voce psalmi: etiā
ipse sanctꝰ pcedit in occursũ. Et vt vidit nos
statim prior adorauit vsq3 ad terram: ⁊ surgēs
osculo nos suscepit. Ubi autē ingressi sumus
monasteriũ: oratione prius: vt moris est: data
pedes nostros ꝓprijs manibꝰ lauit: ⁊ cetera q̄
ad requiē corporis ptinent: adimpleuit. Hec
aũt ita facere ei mos erat oibus aduentantibꝰ.
Illud ꝙ moris erat apud eũ: vt fratres: q̄ cũ
ipso erant: nō priꝰ cibũ sumerent: ꝙ cōionem
dñicam pciperēt: circa horā diei nonā: ⁊ post
hoc interdum sic vsq3 ad vesperā pmanebant
dũ verbũ dei audientes de mādatis dñi adim
plendis sine intermissiōe docebant. Post hec
iam cibo sumpto alij ipsoꝝ ad heremũ secede
bant p totā noctem scripturas diuinas memo
ria recolentes: alij in eodē loco ad quē cōuene
rant pmanebant: ⁊ vsq3 ad lucē in hymnis ⁊
laudibꝰ dei peruigiles durabāt: sicut ⁊ egoip
se presens vidi. Aliquanti vero ex ipsis circa
horā nonā cũ descendissent de monte: pcepta
dei gratia: statim descendebāt: solo hoc spiri
tali cibo cōtenti: ⁊ hoc faciebāt per plurimos
dies. Supra mōtē aũt letitia ⁊ gaudiũ inerat
eis: ⁊ tanta exultatio: q̄ta haberi ab vllo homi
nũ nō possit in terris. Nullꝰ in eis tristis om
nino inueniebat: sed ⁊ si aliquis visus fuisset
aliquātulũ mestior: statim pater Apollonius
cām mestitie pquirebat. Frequēter aũt etiam
si aliquis occultare voluisset: ipse enunciabāt
quid lateret in corde: ita vt is qui patiebatur
agnosceret. Monebat ḡ eos dicens: nō opor
tere prorsus inesse tristitiā his: quibꝰ salus in
deo est: ⁊ spes in regno celoꝝ. Tristent aiebat
gentiles: ⁊ lugeant iudei: plangant sine cessa
tione petōres: iusti vero letent. Nam si illi q̄
terrena diligūt: sup fragilibꝰ ⁊ caducis rebus
letant: nos qui tante glorie spem: ⁊ eternitat̄
habemꝰ expectationē: cur nō omni exultatio
ne letemur. Aut nō apl's nos ita monet dicēs.
Semper gaudete: sine intermissiōe orate: in
omnibꝰ gratias agite. Sed quis possit doctri
ne eius ⁊ vel hoꝝ grām sufficiēter exprimere.
vñ silere de his meliꝰ censeo: ꝙ parũ indigne
ploqui. ¶ Multa eñ nobis etiā secretiꝰ de ra
tione abstinētie ⁊ cōuersationis integritate.
multa etiā de hospitalitat̄ studio disserebat:
et precipiebat attentiꝰ: vt aduentātes fratres
quasi dñi susciperemꝰ aduentũ. Nam ⁊ adorari
fratres aduenētes ꝓpterea inq̄t traditio no
stra hʒ: vt certũ sit in aduentu eoꝝ aduētũ xp̄i
haberi. Sic eñ ⁊ Abraā suscepit eos: qui ho
mines quidē videbant: dñs aũt in eis intelli
gebat. Interdũ etiā cōtra voluntatē cogere
debemus ad corporalem requiē fratres: sicut
sancti loth exempla nos edocent: qui angelos
vi cōpulsos: ad domus sue adduxit hospitiũ.
Sed ⁊ hoc monebat: vt si fieri possit: quotidie
monachi cōicarent mysterijs xp̄i: ne forte qui
se lōge facit ab his lōge fiat a deo. qui aũt fre
quentiꝰ hec suscipit: frequentiꝰ ip̄m videatur
suscipe saluatorem: q2 ⁊ ita ip̄e saluator dicit.
Qui manducat carnē meā ⁊ bibit sanguinem
meũ: in me manet ⁊ ego in eo. Sed ⁊ ipsa cō
memoratio dñice passiōis cũ assidue fit a mo
nachis: plurimũ vtilitatis eis cōfert ad exem
plũ patientie. Sed ⁊ cōmonitio dat p hec. vt
studeat vnusquisq3 ita semper paratꝰ inueni
ri: ne indignꝰ dñicis mysterijs habeat. Adde
bat aũt his ꝙ etiā remissio peccatoꝝ p hec cre
dentibꝰ detur. ¶ Ieiunia sane legitima: id est
quartā ⁊ sextā feriā monebat nō esse soluēda
nisi grandis aliqua necessitas fieret: q2 quar
ta feria iudas de traditiōe dñi cogitauerat: et
sexta feria crucifixus fit saluator. Uidebitur
ḡ qui in his diebus sine aliqua necessitate sol
uit statuta ieiunia: vel cũ tradēte tradere sal
uatorē: vel cũ crucifigentibꝰ crucifigere. Dice
bat ḡ: vt si forte in diebꝰ p̄dictis superueniret
aliq̄s fratrũ: si quidē ante horaʒ nonā laboris
causa velit reficere: ponēdā ei eē mensam soli
q̄d si nolit nō eē cogendũ. cōis nāq3 huiꝰ ob
seruantie traditio est. Culpabat sane eos val
de: qui vel comā capitis nutriunt: vel ferrum
in collo circũferũt: vel aliquid tale: q̄d ad ostē
sionē hominum fieri videat: gerũt. Certũ est eñ
inquit: ꝙ isti ab hoībus laudē querāt: ⁊ ostē
tationis causa hec faciāt: cũ mandatũ sit etiā
ieiunia ipsa in occulto eē celebrāda: vt deo so
li sint cognita: qui videt q̄d in oculto fit: ⁊ red
det palā. Sed vt videt: isti nō sunt cōtenti eiꝰ
testimonio ⁊ remuneratiōe: qui videt in occul
to: sed manifestari apud hoies se volunt. His
ergo abstinentie ratio in occulto habenda est:

vt et corpus ieiunijs fatiget: et tamē non apud
homies iactantia: sed apud deum retributio que
rat. Hec et multa alia nobis de conuersatione
monachorum. per totam differēs septimanā die-
rum: et fidem doctrine gestorū suorum auctorita-
te confirmans: vbi pficisci cepim⁹. pducens
nos aliquātulū monebat dicens. Ante oia pa
cem habetote inter vos: et nolite abinuicem se
parari. Tunc conuersus ad fratres q̄ simul cū
eo producentes nos aderant. Quis inquit ve
strum fratres promptus est deducere eos vsq
ad vicina patrū monasteria? Et cum pene oēs
promptissime semetipsos obtulissent: et pgre
di nobiscum vellent: ipse sanctus pater Apol
lonius elegit ex omnib⁹ tres: qui et grecā lin-
guam et egyptiam bene nossent: vt sicubi neces
sarium fuisset interpretarent nobis: qui et in
collocutōib⁹ suis edificare nos possent. Mit
tens ergo eos nobiscum precepit: ne prius a
nobis discederent: q̄ omnes patres atq oia
que velim⁹ monasteria videremus: q̄uis oēs
circuire nemo sufficiat. Benedicēs ergo nos
dimisit: atq in hec verba benedictionē dedit.
Benedicat vos dn̄s ex syon: et videatis q̄ bo-
na sunt hierusalem: oibus dieb⁹ vite vestre.

Finit vita beati apollonij.

De sancto Ammone abbate qui draconē in-
terfecit et latrones conuertit.

QUe audiuim⁹ de Am-
mone quodā sancto viro: cui⁹ etiā
locum: in quo habitauerat vidim⁹
in deserto: omittenda non credidi.
Igitur cū ad locū eius peruenissem⁹: et pgre
deremur ad partē deserti cōtra meridianū: vi
dimus per harenam vestigia tractus draconis
ingentis: cui⁹ tanta magnitudo apparebat: q̄-
si trabes aliqua per harenam ducta videretur.
Qd vt vidimus timore ingenti percussi sum⁹.
Fratres autē qui nos deducebant: hortabant
nos nihil oino formidare: sed magis fiduciam
capere: et p vestigiū sequi draconē. Videbitis
em̄ inquiunt: q̄tum valet fides: cū a nobis eum
videritis extingui. Multos em̄ et dracones et
angues et cornutas manibus nostris peremi-
mus: sic em̄ scriptū legim⁹: q: credentib⁹ in se
cōcedit saluator calcare super serpētes et scor-
piones: et super omnē virtutē inimici. Sed il-
lis hec dicētibus nos pre infidelitatis fragili
tate magis magisq metuebam⁹: et rogabam⁹
eos: ne velint sequi draconis vestigia: sz poti⁹
vt recto itinere pergeremus. Un⁹ tamē ex ip
sis alacritate impatiēs insecutus est draconē.
Et cū nō longe inuenisset ei⁹ speluncā: clama
bat ad nos vt irem⁹ ad eum. et videremus exitū
rei. Quidā tamē ex fratrib⁹ occurrens nobis:
q̄ in vicino habebat monasteriū: phibuit nos
ire. Dicens ingētis esse magnitudinis bestiā
nec posse nos ipsum saltem visum eius aspectū
q̄ tolerare: precipue q: nihil tale in vsu habu
erimus videndi. Se etiā ipm vero fatebat fre
quenter vidisse ipsam bestiam: cui⁹ vastitas q̄
dem incredibilis: longitudo vero distendeba-
tur in q̄ndecim cubitis. Cūq nos ad locum de
hortatus esset accedere: ipse pperans fratrē:
qui illic nos hortabat paratus ad perimendā
bestiā abstraxit: secūq reuocauit: et nolentem
discedere nisi extingueret eam: multa prece eū
deflexit. Qui cum venisset ad nos: ignauiā no
stram infidelitatēq redarguit. Peruenien-
tes aūt nos ad cellulam fratris illi⁹ q̄ nos ro-
gauerat: cum omni gratia ab eo suscepti: req̄-
euim⁹. Ille ergo narrabat nobis: q in illo lo-
co vbi ipse cōmanebat: fuisset quidam vir san-
ctus cui⁹ ipse esset discipulus: Ammon noie:
per quē plurimas virtutes fecerit dn̄s. Inter
cetera igitur etiā hoc de eo narrabat. Freq̄-
ter inquit veniebant ad eum latrones: panem:
quo solo vescebat auferentes ei: et siquid erat
qd ad victum suū continentissimū repositū vi-
debatur. Cūq frequenter ab his molestiā pa-
teretur: quadam die processit ad heremum: et
inde rediens duos dracones ingentes secum
comitari iussit. atq ad ostiū monasterij sui ma
nere eis precepit: ingressumq seruare. Veni-
entes ex more latrones: vidēt qui essent custo
des in limine. Et vt viderunt dracones exami
nes et amentes effecti: obmutuerunt statim et
conciderunt. Qd vbi senior sensit: egressus in
uenit eos semineces: et accedens atq erigens
eos: increpabat dicēs. Cernitis q̄tum vos di
riores estis bestijs? Ille etem̄ nobis propter
deū obediunt: vos aūt nec deū timetis: nec vi-
tam seruorum dei inquietare erubescitis. Verū-
tamen introducens eos in monasteriū posuit
eis mensam: et iubet vt perciperēt cibum. Illi
vero corde cōpuncti: et ab omni mentis sue im
manitatē mox conuersi: multis seruis dei qui
ante hos seruire deo ceperūt: breui meliores
fiunt. In tantū em̄ per penitentiā pfecerunt
vt post nō multū tempis: etiā ipi eadē facerēt
signa: easdēq virtutes. Alio preterea tempe:
immanissimo quodam dracone vicinas vastā-
te regiones: et plurimos perimente: venerūt

habitatores loci illius ad supradictū patrē ro
gantes eū: vt in regionib⁹ suis perimeret be-
stiā. Simul etiā vt ad miscdiā flecterēt senē
puerū quedā pastoris filiū secū deferūt: qui
solo visu draconis exterritus mēte exciderat:
⁊ a flatu solo bestie exanimis portabat ac tur-
gens. Tunc ille puerū quidē perungens oleo
restituit sanū. Semetipsū vero ad necem dra
conis instigās: illis interim quasi q̄ nihil eos
posset iuuare: promittere nihil voluit. Matu
re autē surgens abijt ad digressus bestie: ⁊ fi-
gens genua sua in terram deprecat⁹ est deū.
Tunc bestia cū ingenti impetu venire sup eū
cepit: teterrimis flatibus ac sibilis: stridori-
busq̧ premissis. At ille nihil horū metuēs: cō
uersus ad draconē dicit. Perimat te xp̄s fili⁹
dei: qui peremturus est cetū magnū. Et vbi
hec senior dixit: statim dirissimus draco simul
cū spiritu euomens venenū: disrupt⁹ crepuit
medi⁹. Cum aūt conuenissent finitimi habita
tores: ⁊ fracti draconis miraculo obstupesce-
rent: fetoris vehementiā non ferentes: cōgre
gauerunt super eū harene moles immensas:
astante tamē ibidem patre ammone. q2 nec sic
quidem cum mortua fuisset bestia: sine illo ap
propinquare ei audebant.

¶ De sancto Coprete presbytero et he-
remita.

Erat quidā pater in ipa
heremo habēs monasteriū Copres
noie: vir sanct⁹ annorū circiter octo
ginta: ⁊ ipse mltas virtutes faciēs.
languores curans: ⁊ efficiens sanitates: sed ⁊
demones fugans: ⁊ multa mirabilia faciens.
Et quib⁹ nōnulla etiā in nostri p̄ntia effecit.
Is ergo cum vidisset nos: ⁊ osculo salutasset.
atq̧ ex more post orationē etiā pedes lauissz:
requirebat a nobis q̄ gererent in seculo. Nos
aūt rogabam⁹ eū: vt ipse magis nobis de suis
gestis aliqua narraret. ex quib⁹ actibus: qui-
busue meritis dn̄s ei tantā gratiā contulisset:
exponeret. At ille nihil dedignatus est: ⁊ sue
vite: ⁊ priorū suorū narrare nobis ordinē cepit:
quos tamen longe illustriores fuisse perhibe
bat: seq̧ ipsorū parua vit exempla sectari. Di-
cebat ergo. Nihil magni est o filioli: quod in
nobis videtis ad comparationē sanctorum pa
trum. ¶ Erat enim quidam ante nos vir nobi-
lissim⁹ pater noie mucius. Hic fuit primus in
hoc loco monach⁹: ⁊ in omni hac heremo: viā
salutis omnib⁹ nobis prim⁹ ostendit. Hic aūt
p̄mo gentilis fuit latronū maximus: ⁊ sepul-
chrorū violator: atq̧ in oībus flagitijs opina-
tissimus. ad quē tali ex modo occasio salutis
aduenit. Nocte quadā ad domū cuiusdā virgi
nis deo consecrate expoliādi gratia peruenit:
cūq̧ machinis q̄busdā: que hmōi artificib⁹ no
te sunt: dom⁹ eius tecta conscēdisset. querens
q̄li arte vel q̄ aditu ad penetralia ei⁹ irreperet:
difficultate perpetrādi operis initus: plurimū
noctis temp⁹ in tectis posit⁹ sine vllo trāsegit
effectu. Post multos vero animi conatus fru
stra adhibitos veluti fessus somno opprimitur:
⁊ ꝑ visum assistere sibi videt quedā regio ha-
bitu fulgentē ⁊ dicentē. Desine iam ab his fla
gitijs: ⁊ ab effusione humani sanguinis cessa:
atq̧ ab execrabilib⁹ furtis: ad laborē religio-
sum cōuertere vigiliarū: ⁊ suscipere celestē an-
gelicāq̧ militiā: atq̧ ex hoc iā animi v̄tutib⁹
viue: ⁊ ego te hui⁹ militie ducē atq̧ principē
faciā. At ille cū gratāter q̄ sibi offerebantur:
audisset: ostēdit ei exercit⁹ monachorū: ⁊ princi
patū tenere sup eos iubet. In his euigilans
astantē vidit sibi virginē ⁊ requirentē: q̄s aut
vnde. vel cur illic adesset. At ille quasi amens
effectus nihil ei r̄ndit: sed tm̄ vt eccl'iam sibi
ostēderet: rogat. Illa vero cū intellexisset esse
in re aliq̄d operis diuini: hoīem perducit ad ec-
clesiā: ac presbyteris offert. Ad quorū ille vesti
gia pruens: orabat xp̄ianū se fieri: ⁊ locū sibi
penitentie dari. Presbyteri vero: qui cogno-
uerant virū hunc oīm esse scelerū auctorē: mi
rant si hec vera loqueret. Et cum perseueran
tia sui fidem rei fecissent: monent eū vt si hec
vellet illa penitus omitteret. De hinc cum re-
ligionis initia suscepisset: orat sibi precepta
dari: quibus viā salutis deberet incedere. At
illi tres ei p̄mi psalmi v̄siculos tradunt. Qui-
bus ille diligenter consideratis: sufficere sibi
ait eos ad viam salutis et scientiam pietatis.
Tribusq̧ diebus permanens apud eos ad he-
remū proficiscitur: vbi plurimo tēpore demo-
ratus: ⁊ die ac nocte in oratione cū lachrymis
perdurans: cibus ex radicib⁹ accipiebat her-
barū. ¶ Regressus aūt ad eccl'iam: tres versi-
culos psalmi quos a p̄sbyteris pceperat: non
solum verbis sed ⁊ reb⁹ atq̧ operib⁹ reddidit
Presbyteri vero mirabant q̧ subito cōuersus
acerrimā statim inierit abstinentiā: ⁊ instruē
tes eū pleni⁹ et diuinis scripturis: hortabant
secū demorari. At ille ne videret eē inobediēs
vnā apud eos exigens septimanā: rursus per-

gít ad heremū: atq ibi continuo per septē an
nos in omni abstinentia degens: plenitudinē
gratie cōsequit̄ a deo: ita vt pene oēs scriptu-
ras memoriter teneret. Panē vero dñica tan-
tū die sumebat: ⁊ hunc diuinit⁹ delatū. Nā cū
oraret surgens ab oratione inueniebat panē
positū: quē nemo hoīum detulerat. Hunc vbi
cū gratiarū actione sumpsisset: sufficiebat ei
vsq ad alteram dñicam diem. Post multū vo
temporis: iterū regressus ex deserto: exēplo ab-
stinentie sue ꝙ plurimos ad imitationē sui in-
uitauit: inter quos accessit ad eū adolescēs q̄-
dam: cupiens ei⁹ esse discipulus. Cui ille cum
habitū monachoꝝ hoc est leuitinā ⁊ cuculā ac
melotem: que est caprina pellis: imposuisset:
docere eū de ceteris monachoꝝ institutionib⁹
cepit. Multa sane cū sollicitudīe curabat sicu
bi xp̄ianoꝝ qs fuisset defunct⁹: vt sepeliret eū
Quē cū vidisset adolescens ille discipul⁹ suus
summa cū diligentia mortuis indumenta ap-
tantē: dicit ad eū. Pater vellē vt ⁊ me mortuū
ita indueres ac sepelires. At ille ait. Ita inq̄t
faciā: ⁊ tam copiose te induā donec dicas: suf
ficit. Post nō multū vero temporis: defunct⁹ est
adolescens: ⁊ predict⁹ s̄mo cōplet̄. Cum em̄
plurima ei circundedisset indumēta: ait ad eū
corā omnib⁹. Sufficiunt tibi hec ad sepultu-
rā filiole: an adhuc vis vt aliquid addamus?
Tunc defunctus vocē cunctis audientib⁹ emi
sit: obuelata iam facie vultuq constricto ⁊ di-
xit. Sufficit pater: impleuisti qd̄ ꝓmiseras. Ob
stupuerunt aūt qui per pn̄tes aderāt: ⁊ ammi-
rati sunt valde: super tam mirabili facti eius.
At ille sepulto adolescente continuo ad here-
mū rediit: summo studio iactantiā declinans.
¶ Quodā autem tempe iterum de heremo ve-
nit. ad visitandos fratres: quos ipse institue-
rat: ⁊ cum quidā ex eis in extremis ageret: re
uelatū ē ei a dño ꝙ esset moriturus. Hora aūt
iam erat ad vesperā declinans. Festinabat er-
go: vt eum videre posset. Vicus aūt vbi decū
bebat eger: lōgo adhuc aberat spacio: ⁊ nolēs
noctu introire vicū: simul ⁊ saluatoris sermo-
nem intra semetip̄m meditans: quo dixit. am-
bulate dū lucem habetis in vobis: ⁊ qui ambu
lat in luce non offendit. Cum videret iam solē
demergi: ait ad eū. In noīe dñi nostri iesu xp̄i
sta paulisper ī itinere tuo: ⁊ expecta me donec
ad vicum perueniam. At ille cum aliqua iam
mergi cepisset ex parte. restitit: nec prius ac-
cubuit. ꝙ homo dei perueniret ad vicū. Hoc
autem manifestum factum est hominib⁹ illis:
qui in eodē vico habitabant. Stantes em̄ ⁊ in
tuentes moras solis in occasum: mirabantur
omnes quid sibi vellet hoc: ꝙ tot horis in oc-
casum suū non descenderat sol. Videntes aūt
patrem. Mutium de heremo venientem: que
rebant ab eo quid hoc esset signi: quod osten-
derat sol. At ille respondit eis. Non memini-
stis voces domini ⁊ saluatoris nostri dicentē:
si habueritis fidem sicut granum sinapis: ma-
iora horum signa facietis? At illi cum intelle
xissent ad eius fidē solem stetisse: timore ma
gno exterriti sunt: plurimiq ex eis iunxerūt
se ei discipulos: ⁊ sequi eum ceperunt. Cum
autem ingressus fuisset domū illius fratris:
pro quo festinauerat. et inuenisset eū iam de
functū: oratione facta accedēs ad lectum oscu
latus est eum: et ait. Quid magis desiderij ha
bes frater abire ⁊ esse cum xp̄o: an permane-
re in carne? Tunc ille recuperato spiritu pau-
lulum residens: ait ad eum. Quid me reuocas
pater? Melius est mihi redire ⁊ esse cū chri
sto: permanere autē in carne mihi necessariū
non est. Cui pater Mutius. Dormi ergo inq̄t
in pace fili: et ora pro me. At ille continuo re-
clinans se in lecto dormiuit. Hi autē qui ade
rant obstupuerunt: dicentes. Vere dei homo
est hic. Tunc ille induit adolescentem vt sibi
moris erat satis decore: et totam noctem psal-
mis hymnisq peruigilem ducens: honeste iu
uenem tradidit sepulture. ¶ Alium autem fra
trem cum visitasset decumbentē: vbi vidit eū
quietem mortis difficulter accipere: et graui-
ter conscientie sue metu redargui: ait ad eum
Cur imparatus es fili ad profectionem tuā?
Accusatrix: vt video: ignauie tue tecum per-
git conscientia. Tunc ille exorabat eum dicēs
Obsecro te intercede pro me ad deum: vt mi-
hi parui temporis spacium largiatur: quo pos
sim emendare vitam meā. At ille. Nunc inq̄t
spacium penitentie requiris: vbi vite tempus
impleuisti? Quid faciebas in omni hoc vite tue
tempore? Non potuisti vulnera tua curare?
Quinimmo ⁊ recentiora semper addebas. At
ille cum permaneret exorans ait ad eū senex.
Si vltra non addes malis tuis mala: orabim⁹
pro te deum. Bonus est enim ⁊ patiens: ⁊ in
dulget tibi parū aliquid temporis vite: vt oīa
debita tua reddas. Et cū post hec orasset deū
surgens ab oratione: ait ad eum. Ecce tres an
nos tibi dñs concessit in hac vita: tantū vt ex
aīo ad penitentiā cōuertaris. ⁊ apprehēsa ma
nu eius: eleuauit eū de lectulo. At ille sur-

gens sine aliqua dilatione: secut⁹ est eum ad desertū. Et vbi cōplecti sunt tres anni: reuocabat eū ad locū: vnde eū assūpserat iam nō quasi hominem: sed quasi angelū et hoīe deo cōsignans: ita vt oēs mirarent̄ de cōuersatiōe ei⁹ Cūq3 cōuenissent ad eū fratres plurimi: statuit eū in medio: atq3 ex ipso materiā sumēs per totā noctē doctrinā de fructibus penitētie ⁊ ꝯuersionis ꝓduxit ad fratres. Ipso vero sermonē faciēte quasi dormitare frater ille cepit paululū: et continuo in perpetuū quieuit. Tūc facta oratiōe super eū: ⁊ omnibus: que ad sepulturā pertinent: et more cōpletis: ad heremū ꝓperanter abscessit. Frequenter autē ⁊ nilum fluuiu3 hunc immane pedibus trāsiuit: aquā vsq3 ad genu habens. Alio quoq3 tēpore clausis ostijs: fratribusq3 in superioribus solarijs sedentibus: ipse ingressus est ad eos: et frequēter ad quēcūq3 locum ire voluit q̄uis longe positu3: intra momētū temporis euectus est. Nam primo adhuc tēpore conuersionis sue cum esset in heremo: ⁊ septimanam ieiunasset: aiunt occurrisse ei hoīem in deserto: habentē panē ⁊ aquam: qui ⁊ hortatus est eū accipere cibu3. In alio quoq3 tēpore demō assistens thesauros auri plurimos: quos pharaonis fuisse perhibebat: ostendit ei sub terra dimersos. Cui respondisse fert̄ pater Mucius. Pecunia tua tecū sit in interitū: et pditionem. Hec ḡ ⁊ his similia plurima efficit deus per eum. Sed ⁊ alij nihilominus fuerunt ante nos multi patres: quibus dignus non fuit mundus: signa celestia ⁊ prodigia facientes. Quid ergo miramini: si nos parui hoīes parua faciamus: claudos aut cecos curātes: qd̄ ⁊ medici ex arte facere possunt? ¶ Et cum hec nobis copres senior enarraret: vnus ex fratribus nostris quasi incredulitate eoꝝ que dicebātur tediare cepit: et pre tedio dormitare. Cūq3 somno fuisset oppressus: vidit p visum librum aureis litteris scriptu3: in manibus senis copretis: ex quo narratio ei⁹ deduci videbatur: et assistentem q3 quēda3 clarissimi aspectus virum. canicie venerandū: cōminatione sibi magna dicentē. Cur nō audis attente que recitantur: sed incredulus dormitas? At ille conturbatus euigilat: ⁊ stati3 nobis secretius latino sermone que viderat enarrabat. ¶ Inter hec aūt vidimus rusticanū quēdā accessisse ad hostiū senis: habentem vas harena plenum: et expectantem donec senex sermonem sue narrationis expleret. Nos autē videntes eū interrogauim⁹ senē: ē: quid sibi vellet rusticanus iste stans: et harenam tenēs in vase. Respondit ad nos senior dicens. Non quidē oportebat me o filioli hoc vobis prodere: ne gloriari videamur: ⁊ merces laboris pereat: tamen ꝓ edificatione vestra ⁊ vtilitate: qui tam longo itinere venistis ad me: nō patiar etiam hoc abscondi a vobis: sed enarro opera domini que dignatus ē implere per nos. Terra regionis huius: que in vicino nobis posita colitur: sterilis valde et infructuosa fuit: ita vt si quando semina ex necessitate suscepit: duplicata vix redderet. vermes eñ quidam nascebantur in ipsis germinū culminib⁹: ⁊ ascendētes segetē succidebant. Erant autem agricole loci ipsius gentiles. Hos cū docuissem⁹ domino credere: et fidem xp̄i recipere: xp̄iani iam facti veniunt ad nos et rogant: vt oremus dominū pro segetibus ipsorum. Et cum diceremus eis nos quidē oraturos: sed fidem ipsoꝝ reqri apud deum: que hoc percipere mereat̄: illi ex harena hac que calcatur a nobis sin⁹ suos replentes offerunt nobis rogātes: vt in nomine domini benediceremus. Et ego ad eos scd̄m fidē inquā vestram fiat vobis. Tunc illi auferentes harenā secum miscent seminibus que seminaturi erant: ⁊ spargunt per agros: ⁊ tantum fructum ex eo colligunt: quantu3 nulla vsq3 potuit egypti terra colligere. Ex eo ergo ꝯsuetudo est eis: his per ānos singulos venire ad nos: ⁊ eadē expectare a nobis. ¶ Sed et illud non celabo vos: qd̄ mihi deus ad gloriā noīs sui prestitit. Descēderā aliquādo ad ciuitatē ⁊ inueni ibi virū quendā doctorē manicheoꝝ seducentē populos: cū hoc habui cōflictu3 sermonis. Sed quia erat versutus nimis: ⁊ cōcludere eū verbis nō poterā: verit⁹ ne auditoꝝ turbe lederent̄: si ille quasi superior abscessisset in verbis: dixi. Accēdite ignē plurimū in medio platee ⁊ ambo intremus in flāmā: si quis nostrū ex ea nō fuerit adustus: huius vera fides credat̄. Qd̄ cu3 dixissem valde placuit populo: ⁊ ꝯtinuo ignis accēdit̄ plurimus. Tunc ego apprehendens eū cepi mecū ꝑtrahere ad ignē. et ille nō ita inq̄t: sed vnusquisq3 nostrū singulariter īgrediatur. Prim⁹ tū tu debes intrare: q̄ hoc ꝓposuisti. et ego in nomine xp̄i cōsignās memetipsum ingressus sum ignem. Flamma vero huc illucq3 diuidi: ac dispgi: ⁊ refugere penit⁹ a me cepit. Steti in medio ignis dimidia fere hora: et in nomie domini in nullo penitus lesus sum. Uidētes

autem populi cum ingenti ammiratione accla mauerunt: et benedixerunt deū dicentes. Mirabilis deus in sanctis suis. Ceperunt aūt vrgere etiā manicheū: vt introiret in ignem. At ille reluctari cepit et subtrahere se. Tunc comprehendentes eū turbe iniecerunt in mediū ignis: et statim circūdans eum flāma atq; adurens semiustū reddidit. Et illum quidē cū decore ex vrbe ppl's eiecit: clamans et dicens. viu' ardeat seductor. Me vero assumentes secum et benedicentes dominū: ad ecclesiā pducunt. ¶ Alio q; tpe dum transirē iuxta templū quoddam: vidi ibi sacrificare gentiles: et aio ad eos. Cur vos cū sitis hoīes ratōabiles immolatis mutis et insensibilib' simulacris? Nōne eni vos multo magis sine sensu estis: q; illi quibus immolatis? Ad hūc smonē dominus apuit eis intellectum et relinquētes errorē suū quē agebant: secuti sunt me: et crediderūt sanatori nostro deo. ¶ Fuit mihi aliqn hortulus monasterio vicin': in quo ppter aduētantes frēs olera colere videbamur. Quidā aūt gētilis ingressus est nocte: et furatus ē olera. Que cū ptulisset ad domū suā: igni apposuit vt coqueret. Cūq; tribus horis continuis ingenti igne suggesto: neq; seruare neq; mollíri: aut calefieri aliquatenus potuissent: sed pmansissent eadē viriditate qua in ollam missa sunt: et neq; aqua quidē ipsa vel leuiter calefieri potuisset: i semetipm regressus ille: qui furatus est: erepta rursus de foco olera reportabat ad nos: et prosternens se ante pedes nostros rogare cepit. vt peccati sui veniā mereretur: et fieret xpianus: qđ et impetrauit. Accidit aūt eadē die hospites venire ad nos plurimos fratrum: quib' opportune olera ipsa parata sunt gratias ergo referentes dño pro mirabilib' suis duplicē letitiā gessim': et p salute hoīs: et pro bñficijs diuinis.

¶ De sanctis Syro esaia et paulo.

Adebat et adhuc etiā hoc abbas. Syrus aliqn et esaias et paulus occurrerūt sibiīnuicē ad ripā fluminis. Erant aūt isti viri iusti summe abstinētie: et totius religionis. Hi pergebant visitaturi sanctum quēdam virum nomine anuph. Aberat autem monasterium: ad quod ibant: mansionib' tribus. Cum ergo vellet transire fluuium: nec esset copia transmeandi: aiunt inter semetipsos. Petamus a dño gratiam: ne impediatur nobis boni operis iter. Et conuersi ad abbatē syrum. tu aiūt precipue pete a domino: scimus eni audiri te: quia prestabit tibi que petis. At ille cohortatus etiam ipsos secum genua figere in oratione prostrauit se in faciem corā dño. Et cum impleta oratione surrexissent ecce vident appelli nauigium ad ripam fluminis: paratū ad iter quod acturi erant: et expeditū. Hoc ascēdentes aduersus fluminis cursum ita velociter ferri ceperunt: vt inter horam vnam: toti' itineris: quod peracturi per triduum erant: conficerent spaciū. Cūq; applicuissent ad terram esaias ait. Domin' mihi ostendit virū ad quem properamus occurrentē nobis: et vniuscuiusq; nostrū secreta cordis aparientē. Sed et paulus ait. Et mihi ostendit domin': q; post triduū educat eum de hoc mundo. Cum ergo iter: quod ducit ad monasterium de flumie: incendere cepissent: pgressiq; essent paululū: occurrit eis supradictus vir ad quem visitandum pergebant: et salutans eos ait: benedict' deus: qui vos mihi et nunc in corpe: et ante iā ostendit in spiritu. Et tūc cepit de vniuscuiusq; eorū meritis que habebant apud deū: atq; actibus memorare. Tunc paulus ait. Quoniā et nobis domin' ostendit: q; post triduū te de hoc mundo assumat: petimus a te: vt etiam de tuis nobis virtutibus et actibus: quibus dño placuisti: enarres: nec verearis iactātie notā. Abscessurus enim de hoc mundo: ad imitationem posteris gestoꝝ tuorū memoriā derelinque. Tunc ille. Nihil inquit magnum fecisse me memini: hoc tamē custodiui: et quo nomē saluatoris nostri in persecutōe confessus sū: ne post confessionem veritatis mendatiū de ore meo procederet: neq; pre amore celestiū terrenum aliquid amarem: sed nec gratia dñi in his defuit mihi. Nunq; enim me fecit in aliquo egere terreno: omnē quem desideraui cibū: angeloꝝ mihi deferens ministerio. Nihil a me occultauit domin' eorum: que geruntur in terris: nunq; defuit in corde meo lux eius: per quā suscitatus somnū corporis non requirerem: desideriū habens semp videndi eum. Sed et angelū suū assistere mihi fecit: edocentē me de singulis quibusq; virtutib' mundi. Lux inētis mee nunq; extincta est. Omne qđ petij a dño sine mora consecutus sum. Ostendit mihi frequenter multitudines angelorū assistentiū sibi: vidi et cetum iustoꝝ: congregationesq; martyꝝ: monachoꝝ conuent': oīmq; sanctoꝝ: eoꝝ dūtaxat: quoꝝ opus nō est aliud

nisi laudare semp̄ ⁊ benedicere deū: in simplicitate cordis ⁊ fidei. Uidi econtrario sathanā ⁊ angelos eius eternis ignib' tradi: ⁊ rursus iustos eterna letitia pfrui. Cum hec et multa alia his similia p totum triduū enarrasset eis: tradidit spm̄. Et continuo vident ipsi ab angelis suscipi eius aiā: atq; ad celos ferri: ita vt vocem hymnoꝝ audirent etiā ipsi: quib' vna cum angelis anima eius ascendens dominū collaudabant.

¶ De sancto Heleno.

Fuit ⁊ alius vir sanctus Helen' noīe. hic a puero in seruitio dn̄i omni cū cōtinentia ⁊ castissimis institutioīb' enutrit': ad summa merita peruenerat. Deniq; cum adhuc puer esset in monasterio: si necessarius fuisset ignis: vt e vicino peteret: ardentes prunas vestimento deferebat illeso. Qd̄ ammirantes oēs q̄ aderant fratres: studiū animi viteq; ei' ac meriti cupiebāt. Huic q̄dam tp̄e cū sol' esset in heremo: desideriū vescendi mellis exortū est: et conuersus vidit in saxo fauū mellis inherentē. Sed intelligēs inimici hanc esse fallaciā continuo semet ip̄m increpans ait. Discede a me deceptrix ⁊ illecebrosa concupiscentia. Scriptū est em̄. Spiritu ambulate: ⁊ desideria carnis ne perfeceritis. Et statim derelinquēs etiam locū ip̄m: decessit ⁊ abijt in desertum: atq; ibi tanq̄ pro carnis concupiscentia punienda: ieiunijs semetip̄m cepit affligere. Tertia autē septimana ieiunij sui videt ī deserto iacere diuersa poma dispersa: ⁊ intelligens dolos inimici ait. Non manducabo neq; contingā: ne fratrē meū: hoc est aiā meā scandalizē. Scriptū est em̄ q: nō in cibo solo viuit hō: sed in oi verbo dei. Cūq; ⁊ sequentē septimanā ieiunaret: paululū in somnū deduct' est: ⁊ ecce angelus astitit ei per visū dicēs. Surge iā: ⁊ que inueneris tibi apposita: nihil dubitās vescere. Et surgēs vidit atq; fontē lenib' repletū fluētis: eiusq; ripas in circuitu herbis q̄busdā teneris odoratisq; p̄textas. Et accedens decerpere cepit ⁊ edere: similiter ⁊ ex fonte poculū sumere. Affirmabat aūt se nunq̄ ī omni vita sua tante dulcedinis aliq̄d: ⁊ tante suauitatis hausisse. Inuenit aūt in ipso loco etiā speluncam quandā: intra quā aliquādiu reqeuit. Et cū reficiendi corpusculi temp' ⁊ necessitas affuiss͡: per dei nihilomin' gratiā: nihil deerat eoꝝ que poscebat a dn̄o. ¶ Quodam vero tp̄e pergebat ad visitādos fratres iconomos: quibus etiā que necessaria erant ad refectionem corpis deferebat. Et cū in itinere eoꝝ: q̄ portabat: onere grauaret̄: vidit eminus onagros transire per desertū: ⁊ exclamauit dicens. In nomine dn̄i nostri iesu xp̄i veniat vn' ex vobis: ⁊ suscipiat sarcinā meam. Et ecce vn' ex omni grege tota cū mansuetudine pgit ad eū. Tunc ille prebenti se sponte ⁊ on' imposuit et ipse īsedit: ⁊ cū velocitate ab eo ad cellulas fratꝝ: quo pergebat euect' est. ¶ Alio rursus tempe dn̄ica die venit ad quoddā monasteriū fratrū: ⁊ cū vidisset eos non agentes solēnitatē diei: cām req̄rit. Cū aūt dixissent pro eo q̄ p̄sbyter nō adesset: qui trans flumen maneret: pp̄ter metū em̄ cocodrilli transire nullus audebat. Tunc ille si vultis inq̄t ego eā: ⁊ adducā eum ad vos. Et cōtinuo ad ripā fluminis pergit. Ubi cū nomē dn̄i inuocasset: p̄sto fuit belua: ⁊ q̄ solebat adesse ad perniciē hoīm: affuit nūc ad vehiculū iusti: tergo q̄; suo suspiciēs eū cū omni metu subiecta vsq; ad partē ripe vlterioris euexit. Adijt continuo presbyterū: ⁊ exorare eū cepit: vt veniret ad fratres. Erat aūt indut' vilissimo ⁊ abiectissimo indumēto. Sup quo mirat' presbyter: quis aut vnde esset. vel quid sibi vellet: inquirit. Ubi vero cognouit esse hominē dei sequi eū cepit ad flumen. Et cum causaret̄ non inueniri nauigiū quo transiri possit: tunc abbas Helen'. nihil inquit verearis pater: ego iam nunc parabo vehiculū. Et exclamans voce magna: adesse bestiam iubet. Que statim voce eius audita affuit: ac dorsum suū ad vehendum placite prebuit. Prior ipse consendens inuitat ⁊ presbyterum dicēs. Ascende nihil formidans. At ille visa belua exterritus: retrocedere ac refugere magis cepit. Omnes autē qui aderant stupor ingens ⁊ metus inuasit: videntes eum cocodrillo euectū fluminis alueū transmeare. Sed vbi descendit: secum pariter in siccū educit etiā bestiam dicens ad eam. Melius est tibi mori q̄ tot scelerum ⁊ tot homicidioꝝ inuolui reatu. At illa statim corruens expirauit. Interea p triduum in monasterio sanctus Helenus permanēs. docebat fratres spiritali doctrina. ita vt etiam nonnulloꝝ etiam cogitatiōes cordis ⁊ secreta consilia p̄ferret in medium: ⁊ alium quidē proderet spiritu fornicationis vrgeri: alium spiritu iracundie. alium vero cupiditate pecunie: nonnullos autē et iactantie ac spiritu superbie illudi. Alterius vero mansuetu-

dinis.alterius iusticie.alterius etiam patien-
tie testimonium dabat:⁊ sic vtraqꝫ ex parte a-
liorum vitia.aliorum etiam virtutes animi ex-
aggerans:ad omnes eos profectus mirabili-
ter excolebat. Agnoscētes vero singuli quiqꝫ
ita agi inter semetipsos: vt ille nunciauerat:
corde compuncti emendabantur. Profectus
autem ait ad eos:preparate olera ad aduentū
fratrum. Et illis preparantibus continuo sup-
uenerūt fratres quibus honorifice susceptis:
ipse contendit ad heremum. ¶ Rogabat vero
eum quidam de fratribus vt permitteret ei se-
cum esse:⁊ degere in heremo. Cūqꝫ respondis-
set ei graue esse negocium:⁊ plurimi laboris
obsistere tentationibus demonum:eo conten-
tiosius iuuenis persistebat:promittens se cū-
cta tolerabiliter perlaturum.tantum vt prebe-
ret ei copiam consortij sui. Et cum permisisset.
secutus est eum ad heremum:quē ille in vici-
na sibi spelūca habitare iubet. Tūc demones
aduolantes per noctem primo fedis ⁊ turpib⁹
eum cogitationibus exagitant: post hec vero
etiam violenter irruere ⁊ necare eum aggre-
diuntur. Effugiēs aūt iuuenis:⁊ peruolās ad
cellulam sancti heleni:quibus malis vrgeret
exponit. Tunc senior cōsolatus eū paucis ver-
bis:⁊ de virtute fidei ac patientie cōmonens:
statim reuocat ad speluncam:de qua fugerat:
⁊ tanꝙ sulcū quēdā per harenā extra cellulā
iuuenis digito suo ducens: precepit in nomi-
ne dn̄i:ne audeāt demones statutum transgre-
di limitem:⁊ ita verbi eius virtute adolescens
permansit de reliquo securus. ¶ Ferebat̄ etiā
de illo iuuene:ꝙ ⁊ ipse in heremo positus ce-
lestes sepe percepisset cibos:⁊ fratribus ad se
venientibus:cum nihil habuisset quod appo-
neret:affuisse quendā adolescentē:panes ei
⁊ que erant necessaria deferentē:eaqꝫ cum an̄
speluncā eius deposuisset:vltra nusꝙ compa-
ruisse:dixisse vero eū ad frēs. Benedicam⁹
dn̄m:qui preparauit nobis mensā in deserto
Hec ⁊ alia plurima de sanctorū patrum vita et
cōuersationibus enarrās nobis pater copres:
⁊ cum omni effectu instruens:post edificatio-
nis sermonem introducit nos in hortum:ostē-
dens nobis arbores palmarū aliorūqꝫ pomo-
rū:quas ipse plantauerat ⁊ dicebat. Hec me ī
heremo plantare rusticanorū fides ammonuit
Ut enim vidi eos tantā fidem habere vt hare-
nā sub nostris vestigijs colligentes per agros
suos spargerent:⁊ terrā sterilem ad totius fe-
cunditatis verterent vbertatē:pudor inꝙ est:
si nos inferiores his inueniamur in fide: quo-
rū fides per eos congnata est deo.

¶ De sancto Helia.

Uidimus ⁊ alium senē
venerabilē Helyam nomine.in fi-
nibus ciuitatis antbinoē q̄ est me-
tropolis thebaidis:centū fere iā
⁊ decem:vt dicebatur:annorū:super quē dice-
bant:ꝙ vere spiritus helye in eo requieuisset
Multa enī de eo ⁊ magnifica ferebant̄. Sep-
tuaginta naꝙ annos in solitudine vastissima
eū transegisse perhibebant:cuius deserti hor-
rorem terroreꝙ nullus sermo digne poterit
exponere. Illic ergo sedebat senior. tota hac
etate:humana habitatiōis nesciens loca. Se-
mita autem erat angusta ⁊ scrupea: que ad eū
ducebat:que vix inueniri a commeātibus pos-
set. Locus vero ipse in quo sedebat: spelun-
ca erat terribilis quedam.⁊ intuentibus pluri-
mum horroris incutiens. Ipse autem tremen-
tibus iā membris:pre matura quatiebat̄ eta-
te. Incessabiliter faciebat signa per singulos
dies:⁊ euntes ad se quacūqꝫ incomoditate cō-
strictos omnimodis resoluebat. Cuncti vero
patres confirmabāt:ꝙ nullus omnino memi-
nisset:quando hic secessisset ad heremum. Ci-
bus ei erat panis exiguus ⁊ paucissime oliue
vsqꝫ ad vltimam senectutem. Nam ⁊ in iuuen-
tute sua septimanas frequenter ieiunasse per-
hibebatur.

¶ De sancto Pythirione.

Interea redeūtes ex thē-
baide vidimus montem quendā pre-
ruptum fluuio imminentem:elatione
minacis saxi aspectu etiam ipso terri-
bilem:in quo erant per ipsa precipitia spelun-
ce difficilis accessus. In his monachorū plu-
rimi commanebant:quorum pater erat nomi-
ne pythirion. Hic ex discipulis beati antho-
nij fuit:⁊ post illius obitum cū sancto habita-
uerat ammone. Post huius quoqꝫ abscessum
in hoc se constituerant monte. Sed ⁊ tanta in
eo erat virtutum copia:tāta gratia sanitatum:
⁊ potestas aduersum demones:vt duorū meri-
to summorum virorū solus hereditatem conse-
cutus dupliciter videretur. Hic ergo multis
monitis nos edificās:multaqꝫ doctrīa instru-
ens:precipue tū de discretōe spirituū nos doce

bat: dicens esse quosdam demones: qui certis quibuscunq̄ vicijs obsequuntur: quicq̄ cū affectus anime passibiliter ⁊ vitiose viderit moueri: cōuertunt eos ad omne facinus. malum. Si quis ergo ē: qui vult demonibus dominari: prius vitijs suis ⁊ passionibus dominetur. Quodcūq̄ enim vitiū proprie passiōis abieceris: huius vitij demonē poteris etiā de obsessis corporis effugare. Et ideo conādum ē paulatim ꝓpria vitia superare: vt possumus etiā demones superare: qui huiusmodi vitijs obsequūtur. Hic secūdo reficiebatur in septimana. pulticulas accipiens et farina. nec poterat iā accipere aliam escā: neq̄ etate neq̄ cōsuetudine permittente.

¶De sancto Eulogio.

Vidimus et alium sanctum patrem Eulogiū nomine: qui in offerēdis sacramētis tātum gratie accipiebat a domino: vt vniuscuiusq̄ accedētiū ad altare dei merita culpasq̄ cognosceret. Deniq̄ et monachis quosdā volentes accedere ad cōicationē: retinuit dicēs. Quomodo ausi estis accedere ad sacramēta: cum mēs vestra ⁊ ꝓpositum sit in malo: Deniq̄ aiebat. Tu hac nocte habuisti cogitationes fornicandi. Tu vero dixisti in corde tuo: nihil interest siue iustus ad sacra siue peccator accedat. Et alius dubitationē habuit in corde suo dicens. Quid eñ me sanctificare cōio potest: Hos erga singulos remouebat a cōione sacramēti: ⁊ dicebat eis. Secedite paululum ⁊ agite penitētiam: vt purificati per satisfactionē et lachrymas: digni habeamini cōioni xpi.

¶De sancto Appellen.

Vidimus et alium presbiterum in vicina regione nomie Appellen: virum iustū. Hic faber erat ferri: ⁊ que necessaria erāt fratribus operabaẗ. Quodam aūt tēpore cum ad fabrilia opera vigilaret in silentio noctis: conuersus diabolus in formā mulieris speciose venit ad eū: tanq̄ aliquid ei operis deferēs. Tunc ille arreptū manu nuda de fornace ferrū cadens: in faciē eius iecit. At illa clamās ⁊ heiulans aufugit: ita vt oēs fratres: q̄ in circuitu cōmanebāt: heiulatum ei⁹ fugiētis audirent: ⁊ et eo iā vir ille in vsu habuit ferrū candens manu nuda tenere: nec ledi. Ad hūc ergo cum venissemus: et hūanissime nos suscepisset: poscebam⁹ ab eo: vt nobis. vl' de suis: vel de eorū: quos precipuos in conuersatione sancta sciret: virtutibus loqueretur. Tunc ille. Et inquit in hac heremo vicina frater quidam nomine Joānes: etate ꝓuectus. vita. moribus. atq̄ abstinētia cūctos precellens. Hic primo cū secessisset ad heremū: trib⁹ cōtinuis annis sub cuiusdam saxi rupe stans: semꝑ orauit: ita vt nūquā oīno resederit neq̄ iacuerit Sōni autē tm̄ cepit: q̄tū stās rape potuit. Cibū ꝟo nūq̄ nisi die dñica sumebat. Presbyter eñ tunc veniebat ad eum: ⁊ offerebat ꝓ eo sacrificiū: idq̄ ei solum et sacramētū erat ⁊ victus. Huic quodā die sathanas surripere volens: transfigurauit se in presbyterum: q̄ venire ad eum solebat: ⁊ preueniēs horam solitā: simulat se sacramentorū gratia venisse. At ille vigilanter intelligēs diaboli fraudē: cū indignatione quadam ait ad eū. O omnis doli oisq̄ fraudis pater: inimice ois iustitie: nō desinis seducēdo animas christianas: sꝫ ausus es etiam ad ipsa te īmergere terrifica ⁊ sacrosancta mysteria. At ille respondit ei. Putaui inquit q̄ possim te ludificare. Sic eñ ⁊ aliū quēdam ex vestris decepi: ita vt ⁊ mēte excederet: ⁊ ꝑderet sensum. Quem cū credentē mihi insanū reddidissem: tot iusti orātes ꝓ eo: vix eum ⁊ loco ⁊ sanitati restituere potuerunt. Et hec cū dixisset demon: aufugit ab eo. Erat autem supradictus vir persistens in opere cepto: atq̄ in oratione perdurās. Pedes vero eius et eo q̄ multo tēpore immobiles fuerint disrumpebantur: ita vt sanies ex eis ꝓflueret. Tres aūt cū cōplerentur anni: affuit angelus domini: ⁊ ait ad eum. Dñs iesus xp̄s ⁊ spiritussanct⁹ susceptis orationib⁹ tuis: et corporis tui cicatrices sanat: ⁊ celestis cibi. id est verbi ⁊ scientie sue tibi abundantiam donat. Et contingens os eius ac pedes: ⁊ ab vlcerib⁹ eū sanū reddidit: ⁊ repletū scientie ⁊ doctrine gratia famē cibi sentire non fecit. Jubet aūt transire cū ad aliū loca. et heremū circūeuntē visitare etiam alios fratres: et edificare eos in verbo et doctrina domini. Dominica autem die ad eundē semper reuertebatur locum simili modo sacramentorū grā: reliquis ꝟo dieb⁹ etiā op⁹ manuū faciebat: et operabatur iumētorū cingula et palmarum folijs texens: vt in illis locis haberi moris est. Quodam vero tempore claudus aliquis ire ad ipsum voluit. vt ab eo curareẗ. Contingit autem vt animal ipsum quod ascen

furiis erat cingulū manib⁹ hominis dei factū haberet. Cum ergo imponeretur ille claudus supra iumentū: statim vt cōtigerūt pedes ei⁹ illud cingulū: sanus effectus est. Sed et quibuscunq̄ egris benedictū panem misit statī vt ex eo perceperūt: sanati sunt. Et alias multas virtutes ⁊ sanitates per eum dominus impleuit. Habuit aūt ⁊ hanc gratiam super omnes pene ceteros homiēs: vt vniuscuiusq̄ fratrum de vicinis mōasterijs cōuersatio ei reuelaretur: ita vt scriberet ad patres eorum ⁊ cōmoneret. q̄ ille et ille segniter agunt: nec rectum in timore propositum gerunt: ille vero et ille in fide ⁊ animi virtute proficiunt. Sed ⁊ ad ipsos patres scribebat: alijs quidē q̄ multum tediosi eēnt erga fratres: ⁊ pusillanimes circa patientiam: alijs vero q̄ bene constāter et sollicite agerent: ⁊ sufficienter consolarent̄ fratres: ⁊ quid huic meriti ꝓ virtutibus: quid vero illi correptionis immineret a domino ꝓ ignauia predicabat. ⁊ ita eoꝝ q̄ absentes erāt actus ⁊ causas ac merita vel negligentia describebat: vt audiētes hi de quibus dicebat: cōscientia conuicti negare nō possent. Docebat tū oēs: vt a visibilibus ⁊ corporeis rebus: cor et animū ad inuisibilia ⁊ incorporea transferrent. Tempus enim inquit est: vt ad huiusmodi studia transeamus. Neq̄ enim semper pueri ⁊ semper infantes esse debemus: sed aliquādo iam ad spiritalia ⁊ altiora cōscēdere: ⁊ virorum sensus capere: atq̄ ad perfectiorem subire intelligentiam: vt possumus virtutibus animi euitescere. Sed et multa alia de hoc viro sanctus homo dei appelles narratione nobis fidelissima cōmendauit: que cuncta conscribere: et longum videtur: ⁊ pro magnitudine sui: nonnullis fortasse audientium vix credibile.

¶ De sancto paphuncio.

Vidimus et aliud monasteriū sancti paphuncij hominis dei: qui nominatissimus in illis locis anachorites: ⁊ vltimi habitator fuerat deserti in regionibus eracleos splendide vrbis apud thebaidā. De hoc ergo fidelissima patrū narratiōe cōperimus: q̄ cū fuisset vite angelice: quodā tēpore orauerit ad deū: vt sibi ostenderet: cui sanctorum similis haberetur. Assistens vero angelus dei respōdit ei: q̄ similis esset symphoniaco cuidam: q̄ in vico illo cantandi arte victū quereret. Tunc ille obstupefactus nouitate responsi: cum omni properatione pergens ad vicum requirit hominem. Et cum inuenisset: studiosissime percunctabatur ab eo. quid nam sancti ⁊ religiosi operis gestum sit ei: omnesq̄ actus eius curiosius discutit. At ille respondit q̄ res erat se esse indignissime vite hominem peccatorem: atq̄ ante non multum temporis ex latrone in istud quod nunc exercere videtur: fedum artificium deuolutum. Paphuncius eo magis instabat requirens: si quid ei forte vel inter latrocinia pij operis fuisset admissum. Nihil inquit mihi conscius sum boni. Hoc tamen scio q̄ cum inter latrones essem: capta est aliquando a nobis virgo deo consecrata: huius cum ceteri college mei latrones cuperent eripere pudorem: obieci me medium: ⁊ eripui eam de contaminatione latronum: et nocte deducens eamvsq̄ ad vicum domui sue restitui intactam. Alio quoq̄ tempore inueni mulierē honeste forme in heremo oberrantē. Hec cū interrogaretur a me: vel cur aut quomodo in hec loca deuenisset: respondit. Nihil me interroges infelicissimam mulierem: nec causas requiras: sed si ancillam placet habere abducito quo vis. Mihi enim infelici est maritus qui debiti fiscalis gratia sepe suspensus ⁊ flagellatus: ac penis omnibus cruciatus seruatur in carcere: nec aliam ob causam producitur nisi vt tormēta patiatur. Tres autē nobis filij fuerunt: qui ꝓ eiusdem iam debiti necessitate distracti sunt. Ego quoq̄ miserrima: q̄ ad similes penas inquiror: de loco ad locum fugitans: inedia miseriaq̄ cōfecta: per hec nūc latitans oberro loca: triduū hoc sine cibo iam ducens. Ego vbi hec audiui. miseratus adduxi eam ad speluncam: ⁊ reficiens animā eius fame collapsam dedi etiā trecētos ei solidos: pro quibus se ac maritum et filios. non solum seruituti: sed ⁊ supplicijs asserebat obnoxios et reuocatam eam ad ciuitatē omnesq̄ eos data pecunia liberaui. Hoc solum scio me fecisse in latrocinio meo. Tunc pater paphuncius. Ego inquit nihil tale feci: tamē credo etiam ad te peruenisse q̄ celebre paphuncij nomen inter monachos habeatur. Fuit enim mihi nō mediocris studij: vt vitā meam in hmōi excolerē disciplinis. Deus igitur de te mihi reuelauit: q̄ nihil minus apud ipm̄ meriti habeas q̄ ego. Quia ergo frater vides te non minimo loco haberi apud deum: non negligas animā tuam. At ille statim fistulas quas ma-

nu gerebat abjiciens: secutus est eum ad heremũ: et artem musicam in spiritalẽ commutans vite mẽtisq; armoniam: per integrũ triẽnium arctissime se tradidit abstinẽtie: in psalmis et orationibus semetipm̃ die noctuq; exercens: atq; inter celeste animi virtutibus agẽs inter sanctoꝝ angelicos choros reddidit spiritum. ¶ Posteaq̃ hunc paphuncius oĩs exercitij virtute consummatum premisit ad dominum: ipse acrioribus semetipm̃ studijsq; pri⁹ exercuerat: agens: iterum domino supplicabat: vt sibi ostenderet quis ei esset similis sup terram. Fit ergo vox ad eum dicens. Similẽ te esse nosse primario vici huius: q̃ est in proximo. Quibus auditis: paphunci⁹ sine mora ad eum properans: pulsat ad hostiũ dom⁹ ei⁹. Ille vero: cui moris erat suscipere hospites: occurrit ei: atq; introduxit in domum suam. lauans quoq; pedes eius apposuit mensam: egitq; cõuiuiũ. inter epulas vero percunctari paphuncius cepit ab hospite q̃ actus eius: qd studiũ: cuiusq; opis haberet exercitia. Ille vero cum de se humilia respõderet: et latere i bonis q̃ publicari mallet: perurgebat paphuncius dicens reuelatum sibi esse a domino q̃ dignus esset consortijs monachorum. At ille ergo magis humiliora de seipso sentiens: aiebat. Ego quidem in nullo mihi boni alicuius sum conscius. Uerum quia verbum dei factum est ad te: eum quem nihil latet celare non possum. Hec ergo que mihi in medio multorum posito in vsu sunt: loquar. Triginta iam cõpleti sunt anni: q̃ continentie cõsensum habere me cum cõiuge mea nullus agnouit. Suscepi aũt et ea tres filios. horum enim cã solũ modo cognita est mihi vxor: nec p̃ter eã alia: nec ipsa vltra iam cognita. Suscipere hospites nũquã cessaui: sed ita vt neminẽ ante me paterer aduenienti occurrere peregrino. Nõ dimisi vnq̃ de domo mea hospitem sine viatico: pauperem nullũ despexi: sed que necessaria fuerant prebui. Si in iudicio sedi: nec filij mei personam cõtra iusticiã accepi. Alieni laboris fructus nũquã introierunt in domum meam. Litem si vidi: nũquã preterij donec reconciliarem dissidentes ad pacẽ. Nemo vnq̃ deprehendit in culpa famulos meos: nunquã greges mei leserunt fruges alienas. Uolentes seminare in rure meo nunquã prohibui: nec vberiora mihi noualia elegi: et steriliora illis dereliqui. Quantum in me fuit: nunquã permisit vt potentior infirmũ p̃meret. Semper studui in vita mea: vt neminem contristarem. Iudicium si fuit apud me: neminem condemnaui: et discidentes reuocare in concordiam studui. Hec interim mihi vite institutio deo donante hactenus fuit. ¶ Audiens autem hec beatus paphunci⁹ caput eius exosculãs: benedixit eum et dixit. Benedicat te dominus ex syon. et videas que bona sunt hierusalem omnibus diebus vite tue. Quia ergo bene hec et conueniẽter implesti illud tibi deest quod bonorum omniũ summũ est: vt omittẽs cuncta. ipsam iam sequaris dei sapientiam et secretioris scientie inquiras thesauros: ad quos aliter non poteris peruenire: nisi abneges teipsum: et tollas crucem tuam: et sequaris christum. At ille cum audisset hec nihil moratus: nec omnino aliquid in domo sua ordinans: secutus est virum: pergens cum ipso ad desertum. Cumq; venissent ad flumen: nusq̃ ad transmeandum reperto nauigio. Paphuncius precepit intrare secum pedibus fluuium: cuius in illis locis profunda habebatur altitudo. Transierunt ergo pariter fluuium: ita vt aqua eis vix ad latera perueniret. Ubi vero veniunt ad desertũ: collocat hominem paphuncius in cellula quadam: haud procul a suo monasterio posita: et conuersationis spiritualis ordinem tradidit: perfectorumq; studiorum exercitia docet: scientiarum quoq; secretiora concredit. Cumq; eum in omnibus instruxisset: semetipsum denuo maiorib⁹ exercitijs dedit: exiguos priores deputans labores quib⁹ conferri potuerit his: qui seculi videbant actibus occupari: hoc enim sibi docebat. Si isti q̃ sunt in seculo tantum boni operis faciũt: quãto nos studere debemus plus vel amplius in abstinentie labore eos antecedere? Tempore autem aliquanto in his transacto: et ad sciẽtie perfectionẽ perducto: eum quem perfectum iam in operibus assumpserat: quadam die paphuncius sedens in cellula sua: videt animam eius inter angelorum choros assumptam dicentium. Beatus quem elegisti et assumpsisti: habitabit in tabernaculis tuis. Et cum hec audisset: agnouit assumptum esse et hoc mundo virum. Tunc vero paphuncius persistebat in ieiunijs et orationibus: semetipsum ad maiora et perfectiora extendens: et rursus orabat dominũ: vt sibi ostenderet cui similis haberetur inter homines. Rursus ei vox diuina respondit dicens. Similis es negociatori: quem videris ad te venientem: sed exurge velociter

et occurre ei. adest enim vir cui te similem iudicaui. Et paphnucius sine mora descendens occurrit cuidam negociatori alexandrino: viginti milibus solidorum merces tribus nauibus deferenti ex thebaida. et quoniã erat religiosus: et bonorum operum studium gerens: decem leguminum saccos pueris suis impositos. ad monasterium dei hominis deferebat. et hec ei causa adeundi paphnucium fuit. At ille continuo vt eum vidit: quid agis (inquit) o preciosissima: et deo digna anima? Quid tibi cũ terrenis ẽ labor: cui sors et societas cum celestibus data est? Relinque hec illis: qui de terra sunt et de terra cogitant: tu autem regni dei: ad quod vocatus es: negociator efficere: et sequere saluatorem: a quo paulo post assumẽdus es. At ille nihil omnino differens precepit pueris suis: vt oĩa que superessent (multa enim iam ipse per se distribuerat) pauperibus erogarent. Ipse vero sequens sanctũ paphnucium ad desertũ in eodem ab eo cõstitutus est loco: et quo et priores ad deum fuerãt assumpti. et similiter ab eo de omnibus instructus: in exercitijs spiritualibus et diuine sapientie studijs permanebat. Breui autem tempore consummato: etiam hic translatus est ad congregationem iustorum. Et non multo post ipse etiam paphnucius: in ipsis summe abstinẽtie exercitijs et laboribus vitã potuit. Astitit enim ei angelus domini: dicens ad eum. Ueni iam benedicte domini: et ingredere ea: que tibi debẽtur: eterna tabernacula. Ecce enĩ mecum assunt prophete: qui te in suum suscipiant chorum. Hoc autẽ tibi prius icirco nõ reuelaui: ne forte elatus damnũ aliquod tui laboris incurreres. Et vnam post hec in corpore adhuc positus diem ducens: cum quidam presbiteri ad eum visitandum venissent: omnia eis que sibi dominus reuelauerat nota fecit: dicens ad eos. Nullũ in hoc seculo debere despici: etiam si latro sit aliqũs: aut in scena posit⁹: etiam si cultum ruris exerceat: et coniugio videatur astrictus: etiam si negociator dicatur: et mercimonijs inseruiat: tamen in omni ordine humane vite sunt anime deo placentes: et habentes actus aliquos occultos: quibus delectatur deus. vnde constat non tantum professionem vite aut habitus speciem deo esse placitam quantum sinceritatem atque affectionem mentis et operum probitatem. Et cum similia de singulis quibusque disseruisset: tradidit spiritum. Euidenter autem presbyteri qui aderãt et omnes fratres viderunt eum ab angelis suscipi: hymnum cantantibus et collaudantibus deum.

¶ De sancti Isidori monasterio.



Uidimus apud thebaidam etiam Isidori nominatissimũ monasterium: amplissimis spacijs circumseptum muroque circundatum: in quo habitantibus viris larga prebebantur habitacula. Intrinsecus putei plures. horti irrigui: omnium quoque pomorum arborumque paradisi: et quecunque necessaria vsibus erãt sufficienter: immo et abundanter prouisa: ob hoc vt nulli monachorum habitantium intrinsecus necessitas vlla fieret exeũdi foras ad aliquid requirendum. Senior quidam vir magnus grauisque: et de primis electus ad ianuam sedẽs hoc habebat officij: vt aduentantes ea lege susciperet: qua ingressi vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit stat immobilis lex: sed quod est ammirabilis: ingressos nõ iam legis necessitas: sed vite beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua vbi ipse commanet: adherentem sibi habet hospitalem cellulam: in qua aduentantes hospitio recipiat: et omni humanitate refoueat. Ut ergo et nos ab eo suscepti sumus: introeundi quidem copia nobis nulla fuit: ab ipso autẽ didicimus q̃ institutionũ beatitudo gereretur intrinsecus Duos aiebat esse solos seniores viros: quib⁹ permissa est egrediendi ingrediendique libertas: qui opera fratrum dispensare: et que necessaria sunt inferre curarẽt: ceteros vero ita esse in silentio et quiete: orationibus et religiosis studijs operam dantes atque animi virtutibus pollentes: vt omnes signa faciãt: et quod vere omniũ mirificum signum fit: nullus eorum egritudinem cuiusque infirmitatis incurrit: sed cum vnicuique vite finis affuerit: omnibus prenoscens et indicans ceteris fratribus suis de suo exitu: atque vale dicens ad hoc ipsum recubans spiritum letus emittit.

¶ De sancto Serapione.

SEd et in regione arsenoyte Serapionẽ quendam presbyterum vidimus multorum monasteriorum patrem: sub cuius cura plura

⁊ diuersa monasteria: quasi decē miliū babe-bant monachoꝝ: qui oīs ex laborib⁹ ꝓprijs: quos ꝑcipue messis tempe: mercede manuuꝫ conquirebant: partem plurimā ad supradictū patrem conferentes: in vsus pauperū destina bant. Hoc autē moris erat non solum ipsis: sꝫ ⁊ oībus pene egypti monachis: vt messis tpe locent ad metendū opera sua: atqꝫ ex ea mer-cede octogenos vnusquisqꝫ modios frumēti: plus minusqꝫ conquirit: ⁊ hoꝝ partem pluri-mam pauperū vsibus offerunt: vnde nō solum regionis ipsi⁹ indigentes alantur: sꝫ ⁊ alexan driā naues frumento onuste dirigunt: vel in carcere conclusis: vel reliquis peregrinis ac egentib⁹ p̄erogande. Neqꝫ eñ intra egyptū sufficiūt paupes: qui possint misericordie eo-rū fructus ⁊ largitates absumere. Uidimus aūt ⁊ in regionib⁹ memphcos ⁊ babylonis in numeras mltitudines monachoꝝ: apud quos ⁊ diuersas virtutuꝫ gratias: ac morū ornamē ta perspeximus. Ibi aūt tradūt esse loca illa: in quib⁹ ioseph fertur recondidisse frumēta: quos ⁊ thesauros ioseph vocant. Alij vero py ramidas quas dicūt ipsas esse in quib⁹: vt pu tant frumenta nūc congregata.

¶ De sancto Apollonio monacho et martyre.

TRadebant ergo seni ores horum fuisse quendā perse-cutionis tpe monachum: nomine Apollonium. Qui cū vitam magni-ficam egisset inter fratres: etiam diacon⁹ or-dinatus est. Tempe ergo persecutionis erat ei studium singulos quosqꝫ circuire fratres: ⁊ cohortari eos ad martyriū. Cūqꝫ fuissꝫ etiam ipse comprehensus: ⁊ in carcerem trusus: gē-tiliū plurimi tanqꝫ insultaturi veniebāt ad eū: ⁊ verbis blasphemijs ⁊ impijs cōfutabant. In ter quos fuit quidam philemon nomine cho-raula famosissimus: ⁊ omni populo amabilis. Qui cum multis eū fatigaret iniurijs: impiū ⁊ scelestū ⁊ seductorē vocans: multorūqꝫ mor taliū deceptorē: dignūqꝫ esse ab omnib⁹ odio haberi. Cūqꝫ hec et multa alia aduersuꝫ eum grauiora loqueret: respōdit ⁊ apolloni⁹ dicēs Misereatur tibi deus fili: ⁊ nihil tibi horuꝫ que locutus es reputet ad peccatū. Hec cum audisset philemō corde compunct⁹ est: vimqꝫ verboꝝ eius supra humanū morem in sua mē te persensit: intantū: vt xp̄ianū repente fatere tur. Et inde statim peruolat ad tribunal iudi-cis atqꝫ in conspectu totius populi ꝓclamans iniuste inquit agis o iudex: viros religiosos ⁊ deo amabiles puniens. nihil eñ xp̄iani vel male faciunt vel docent. At ille hec audiens. ꝑmo quidē putabat vtpote loci illius hominē ioci aliquid ꝓponere. Sed cū vidisset hec eū serio ꝓsequentē: ⁊ cū omni constātia asseren tēꝫ: insanis inquit o philemon ⁊ mente capt⁹ es subito? At ille. Ego inquit nō insanio: sed tu iniustissim⁹ atqꝫ insanissim⁹ iudex es: qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego eñ xp̄i-anus sum: qđ est hominū gen⁹ optimū. Tunc illa corā pp̄lo cepit eū ꝑmo plurimis blandi-mentis re uocare velle in id qđ eū nouerat: sꝫ vbi immobilē vidit: omnia intēdit in eū gene-ra tormētoꝝ. Cognito vero qꝫ ex verbis apol lonij hec ei fuerit facta ꝑmutatio: correptum etiā apolloniū grauiorib⁹ subdidit tormētis: ⁊ deceptoris in eū crimen exaggerat. Apollo nius vero vtinā inquit ⁊ tu iudex ⁊ oīs qui assistūt ⁊ audiūt me: hūc meū quem dicis erro rem deceptionēqꝫ sequeremini. At ille vbi hꝫ audiuit: ⁊ ipm̄ ⁊ philemonē ignib⁹ tradi in cō spectu pp̄li iubet. Illi ꝟo postqꝫ ingressi sunt flammas: beat⁹ apolloni⁹ cunctis audientib⁹ clamat ad dñm dicens. Nō tradas dñe bestijs animas confitentium tibi: sed ostende nobis dñe euidenter salutare tuum. Igitur vbi hoc in auditu populi ⁊ iudicis ad dominū locut⁹ ē apollonius repente nubes repleta rore circū dedit viros: et flammas accensi ignis extin-xit. Super quo obstupefacti et iudex et popu lus: vna voce omnes clamare ceperunt. Ma-gnus ⁊ vnus est deus xp̄ianorum solus imor-talis. Sed hec cum fuissent prefecto alexan-drie nunciata: semetipso truculentior reddit: et electis quibusdam de officio crudelissimis et seuissimis: non tam hominibus: qꝫ bestijs: mittit q̄ ⁊ ipsum iudicem: qui mirabilib⁹ diui nis crediderat: ⁊ eos: per quos virt⁹ dei appa-ruerat: vinctos in alexādriā deducerēt. Igit cum adducerent omnes pariter vincti: affuit gratia dei in verbo: ⁊ cepit apolloni⁹ eos: q̄ se vinctos ducebant: fidem dei docere. Quiqꝫ cū domini misericordiam credidissent: et fidem dei tota cordis firmitate recepissent: semetip sos cum his: quos exhibere venerant: vinctos offerunt iudici: et christianos se esse pariter profitentur. Quos cum prefectus in fide dei pertinaces ⁊ imobiles peruidisset: vniuersos pariter iubet in profundum maris demergi: ignorans impius q̄d ageret. Hoc eñ scitis nō mors: sed baptisma fuit. Sed hoꝝ corpora si

ne dubio dei prouidētia integra illibataq̧ maris vnda reportauit ad littus: queq̧ ab his q̄ obsequij causa simul venerāt: suscepta ac reuocata sub vno sepulchri domicilio collocata sūt: a quibus vsq̧ ad presens tps virtutes multe & signa miranda omnibus cōsumantur: sed et vota omnium atq̧ orationes suscipiuntur ab eis: et cum fructu petitionis implentur: quo etiam nos dignatus est dñs adducere: & vota nostra oratione sq̧ complere.

¶ De sancto Dyoscoro.

Vidimus et aliū venerabilem patrē apud thebaidā Dyoscorꝰ nomine presbiterꝰ: habentē in monasterio suo centum fere monachos: quem tempore eo que accedūt ad sacra: summā curā summāq̧ pei spectimus adhibere diligentiam: ne quis eoꝝ q̄ accedunt: in aliquo deferret cōscientie maculam: intantū vt etiam de his eos cōmoneret: que accidere p somnia ominibus solēt: vel per fantasias mulierū apperētiū: vel etiam per naturalis humoris abūdantiam. Dicebat ergo siquidē absq̧ mulierū fantasijs tale aliquid eueniat: nō esse peccatū Ingenitus em̄ humor in corpore vbi ꝓpria repleuerit receptacula: suis necesse est vt meatibus digerat: et ideo nō trahat ad pctm̄. Ubi vero visus mulierū & blādimēta carnis occurrunt: in hoc iā desidijs aīe: & erga huiusmodi cogitationes atq̧ illecebras occupare dari cōfirmabat indicia. Debere ergo monachos aiebat omni genere a cogitationibus suis repellere hm̄oi simulachra: nec indulgere eos oīno in hec blandimēta dilabi sensus suos: alioqn nihil interesse videbit inter eos et illos q̄ seculo viuūt. Sed laborādū est monachis: vt et naturalē hūorē p̄ multā ieiunioꝝ abstinentiā & frequentes orationes domēt ac superent: fluxūq̧ eius labē: orationis & ieiunij cōmutatione pstringant. Deniq̧ aiebat: & q̄ in delitijs viuūt: si forte corpis sui egritudo deposcat: ab oībus q̄ noxia esse iudicauerit medicꝰ abstinebunt: cur non hec multo magis monachus faciat: cui aīe & spūs sanitas expetēda est.

¶ De Nytrie monasterijs.

Venimus aūt & ad nytriam famosissimū in oībus egypti monasterijs locum: q̄ quadraginta fere milibus adest ab alexandria: ex nomine vici adiacentis: in quo nitrū colligitur: nytrie vocabulum trahens: prospiciente hoc credo iā tūc diuina prouidentia: q̄ in illis locis peccata hoīm tāq̄ nytro sordes abluēda essent et abolenda. In hoc igitur loco quingenta fere: aut nō multo minus cernunt viciña sibi & sub vno patre posita mōasteria: in q̄bus aliqui plures: alij pauci: nonnulli etiā singulares habitāt: et mansionibꝰ q̄dem diuisi: animo aūt ac fide & caritate valde cōiuncti et inseparabiles manēt. Huic ergo cū appropinq̄remꝰ loco: vbi peregrinos fratres aduentare se nserunt serui dei: cōtinuo velut examē apū: singuli quiq̧ ex suis cellulis ꝓruūt: atq̧ in obuiā nobis leto cursu & festiua alacritate cōtendunt: portātes secū q̄plurimi ipsorum vrceos aque & panes: scdm̄ q̄ ꝓpheta corripiēs quosdā dicit: q: nō existis filijs israel in obuiā cum pane et aqua. Tunc deinde susceptos nos adducunt primo cū psalmis ad ecclesiā: lauāt pedes: ac singuli q̄q̧ lintheis: q̄bus vtebant: abstergunt: quasi vie laborē leuātes: re aūt vera vite humane erūnas mysticis traditionibꝰ abluentes. Quid ergo nūc de humanitate eoꝝ: quid de officijs: quid de caritate loquar: cum oēs gestirēt nos ad suū q̄sq̧ introducere mōasteriū: & nō ea solum: q̄ hospitalitati debentur explere: sed & insup: aut de humilitate: q̄ ipsi pollebāt docere: aut de māsuetudīe atq̧ alijs hm̄oi bonis: que apud illos velut ad hoc ip̄m de seculo sequestratos: diuersa quidem gratia: vna tn̄ eadēq̧ doctrina discuntur. Nusq̄ sic vidimus florere caritatē. Nusq̄ sic vidimꝰ opus feruere misericordie: & studium hospitalitatis impleri. Scripturaꝝ vero diuinaꝝ meditationes: intellectus atq̧ scientie diuine: nusq̄ tāta vidimus exercitia: vt singulos pene eorum oratores credas in diuina esse sapientia.

De loco qui dicitur Cellia.

Post hūc vero alius est locus in deserto interiori: decem fere ab hoc milibꝰ distans: quem locum ꝓ multitudine dispersarum in heremo cellularum: cellia nominauerunt. Ad hunc locum hi qui prius fuerunt imbuti: et secretiorem iā depositis rudimētis ducere volunt vitam secedunt. Heremus em̄ est vasta: et cellule tanto inter se spatio direpte diuiduntur: vt neq̧ in conspectu sibi inuicem neq̧ in vocis auditu sint posite. Singuli per cellulas commanent: silentium ingens et quies magna inter eos est: die tantū sabbati & domini

ta in vnū ad ecclīaȝ ꝯueniūt: ⁊ ibi semetipos inuicē tanq̄ celo redditos vident. Si quis forte in cōuētu illo defuerit: intelligunt statiȝ eū corporis aliqua inequalitate detētuȝ: ⁊ ad visitandū eum: nō oēs simul: sed diuersitate temporis omnes adeunt: portantes vnusquisq̄ si quid apud se est: quod egro possit gratū videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentia: nisi si quis forte qui pōt verbo instruere: ⁊ velut athletas in agōe positos: sermonis consolatione vngere. Multi ipsoꝝ a tribus ⁊ quattuor milibus passuum ad ecclesiā cōueniunt: ita longo a semetipsis spatio habitationis eoꝝ cellule dirimunt: sed caritas in eis tāta est: ⁊ tanto iter semetipos: et circa omnes fratres cōstringūtur affectu: vt in āmiratione: ⁊ in exēplo sint oībus. Unde et si quis forte voluerit habitare cum eis: vbi intellexerint vnusquisq̄ cellulā suam offert.

¶ De sancto Ammonio abbate.

Vidimus quēdā apud eos venerabilē patrē Ammonium nomine: virū in quē dñs oēm plenitudinē spiritualiū cōtulerat gratiaꝝ. Caritatis in eo gratiā si videres: nihil tale vsq̄ vidisse te crederes. Sed ⁊ si humilitateȝ cōsiderares: longo eū in hoc dono p̄stantiorē ceteris fatereris. Et rursus si patiētiaȝ: si mansuetudinē: si benignitatē in singulis euȝ ita precellere indicares: vt quid cui preferri debeat ignorares. Donū vero sapiētie ⁊ sciētie tm̄ ei cōtulerat dñs: vt nullū fere ex oībus patrib⁹ ita penetrasse aulas totius sciētie crederes: nec ita aliquē receptū eē intra cubiculum sapiētie dei: oēs q̄cunq̄ eū viderēt: fateren̄t. Huic erāt duo fratres Eusebius et Eutimius. Nā dioscorus q̄ maior natu in eis fuera: ad ep̄atus officiū raptus est. Hic ergo fratres erāt ei nō solū carne: sed et vita atq̄ institutione: ⁊ tota animi virtute germāi. Qui omnes simul eos: qui in illis locis habitabāt fratres: tāq̄ si nutrix foueat filios suos: ita vnuȝquēq̄ instruentes cōsolabantur: ⁊ docētes ad summam perfectionem nitebantur educere. ¶ Vidim⁹ ergo suprađictū hominem dei Ammonium habentem monasteriuȝ inter eos muro circundatum: quod in illis locis ex lateribus crudis fieri facile solet: amplū ⁊ oībus necessarijs instructum: in quo etiaȝ puteum ip̄e foderat. Uenit aūt quidam frater: qui saluari apud eos volens: adijt eundem Ammonium rogans: vt sicubi esset cellula vacans: in qua habitari posset. Tunc ille. Ego inquit requiram sed donec inueniaȝ hic esto in hoc monasterio Ego eñ iam nunc egrediar: vt requirā. Et relinquens ei oīa pariter cū monasterio: ip̄e procul ab eo loco paruissimā cellulā reppit: atq̄ in ea cōstituit. fratri q̄: q̄ nup aduenerat: nec intelligenti: ex integro cum omnib⁹: q̄ in eo fuerant cessit monasterio. Sed ⁊ si plures fuissent: qui forte venientes ad eos saluari cuperent: suprađictus vir fratribus congregatis: omnibus cuȝ alacritate iuuātibus sub dieuna monasterium cōstruebant. Et cum singulis q̄buscq̄ expleuisset numeꝝ monasterioꝝ: inuitabantur hi q̄ mansuri erant ad ecclesiam: quasi refectiōis gratia: q̄bus nihi occupatis: vnusquisq̄ fratruȝ de cellulis suis proferentes q̄ necessaria erant: singuloꝝ nouas cellulas instruebant: ita vt ex collatione caritatis nihil omnino vel vtensiliū: vel que ad victum requiruntur: deesset: nec tamen manifesta fieret vniuscuiusq̄ oblatio. Regressi ergo ad vesperā hi quibus fuerāt cellule preparate: inueniebant posita omnia: que ad vsus essent necessaria: ⁊ ita instructa habitacula: vt nihil prorsus deesse prospicerent.

¶ De sancto Didimo.

Vidimus inter eos quendā ex senio rib⁹ viꝝ bonū noīe Didimū: in quo m̄ta erat domini gratia: quā in eo etiaȝ vult⁹ ipse indicabat. Hic scorpiones et cerastas. i. bestias quas cornutas vocant: et angues: q̄ in illis locis ꝑ feruore solis accerrimi habentur: tanq̄ terre quosdā vermiculos pedibus cōculcabat: ⁊ ita extinguebat: vt nihil ab eis omnino pateretur.

¶ De sancto Cronio.

Vidimus etiam aliū apud eos summe antiquitatis patrem Croniū nomīe: in senectute bona et perfecta etate durantē. centum namq̄ et decem agebat etatis annos. Hic ex discipulis adhuc beati Antonij superat: cuius inter ceteras animi virtue ⁊ humilitatis gratiam vidimus immensam.

¶ De sancto Origene.

Erat autem ⁊ alius adhuc ex discipulis Antonij Origenis nomine: vir per omnia magnifi

cus: et summe prudentie: cuius sermo et narratio de virtutibus optimi magistri hominis dei edificabat omnes audientes: et inflammabat vehementer: ita vt oculis cerni q̄ ab eo narrabantur putares.

¶ De sancto Euagrio.



Vidimus ibi et sapientissimuz virū: ac per omnia mirabilem Euagriuz nomine: cui inter ceteras animi vtutes: tanta concessa est gratia discernendorum spirituum: et purgādarum: sicut apostolus dicit: cogitationum: vt nullus ali⁹ putaretur ex fratribus ad tantā subtilium et spiritualium rerum scientia peruenisse. Cui q̄uis rebus ipsis et experimētis: et quod est sup oīa: per gratiam dei magna collata fuerit intelligētia: accidit tamen et hoc: vt multo tēpore instruct⁹ fuerit a beato Macbario: quē famosissimum in dei gratia: signisq̄ et virtutibus insignem fuisse omnibus notum est. Hic ergo euagri⁹ incredibilis erat abstinentie: super omnia tamen monebat fratres si qui forte studium gererēt vel humiliādi corporis: vel fantasias ab eo demonū ꝓpellendi: ne in bibenda aqua largiore mensura vterentur. dicebat enī. Quia si aqua multa corpori infundatur: maiores fantasias generat et largiora receptacula demonibus prebet. Sed et multa alia de abstinentia: summa cū deliberatione edocebat. Ipse autez nō solum aqua parcissima vtebatur: sed et pane penitus abstinebat. Illi vero qui in illis locis morabant fratres: pane solo et sale cōtenti erāt: vt in illa omni multitudine: vix inuenires aliquē qui oleo salti vteretur. Plures autē ex eis: nec iacentes somnū: sed sedentes: et vt ita dicam: in meditatione diuinorum verborum politi capiebant.

¶ De sancto Macbario egyptio.

Narrabant autem nobis q̄dāz ex patribus: qui ibi erāt: q̄ in locis illis duo Macbarij quasi duo celi luminaria refulsissent: ex quib⁹ vnus egyptius genere: et discipulus beati Anthonij fuit. alius alexandrinus. Quib⁹ vt vocabula nominis: ita virtutes animi: et celestium gratiarū magnificentia concordabat. Vterq̄ enī Macbarius abstinētie exercitijs et virtutibus animi equaliter pollens: hoc solo alius precellens: q̄ quasi hereditatem gratiarum et virtutū beati Anthonij possidebat. Hunc deniq̄ ferunt: aliquando cū homicidiū in locis vicinis fuisset admissum: et innocenti cuidam impingeretur crimen admissi: confugisse ad eius cellulam is qui calumniā patiebatur: affuisse etiā eos q̄ perurgebant: allegātes et dicentes periclitari seipsos: nisi comprehensum legibus traderēt homicidiam. Is vero cui crimen inpignebatur cū sacris affirmabat: cōscium se nō esse sanguinis illius. Et cū diu ab vtraq̄ pte certamen haberetur: interrogabat sanctus Macharius vbi sepult⁹ eēt: qui dicebatur occisus. Cumq̄ designassent locum: cum omnibus qui ad perurgendū hominem venerunt: pgit ad sepulchrum: atq̄ ibi fixis genibus: inuocato xpi nomine ait ad eos qui assistebant. Nunc dominus ostendat si vere reus est hic: qui purgetur a vobis. Et eleuata voce: ex nomine clamabat defunctuz. Cūq̄ ei vocatus de sepulchro respōdisset: ait ad eū. Per fidē xpi te obtestor: vt dicas si ab hoc hōmine qui calumniam patitur occisus es. Tūc ille de sepulchro clara voce respondit: dicēs. Non se ab eo esse interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent in terram: ac pedibus eius aduoluerentur: rogare ceperunt: vt interrogaret eum a quo esset occisus. Tunc ille hoc inquit non interrogabo. Sufficit enim mihi vt innocens liberetur: non est autem meum: vt reus prodatur. ¶ Aliud quoq̄ eius genus miraculi ferebatur. Cuiusdaz e vicino oppido patrisfamilias virgo filia per fantasias magicas videbatur hominibus in equinū animal versam: vt putaretur equa esse: et nō puella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille percunctatur. Quid sibi vellent. Aiunt parentes eius. Equa hec quam vident oculi tui puella virgo et filia nostra fuit: sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc quod vides eam verterūt. Rogam⁹ ergo vt ores dominū: et cōmutes eā in id quod fuit. At ille ait. Ego hanc quam ostenditis mihi puellam video: nihil in se pecudis habentem. Hoc autem quod dicitis nō est in eius corpore: sed in oculis intuentium. Fantasie enim demonuz sunt iste: nō veritas rerum. Et cum introduxisset eā cū parentibus suis intra cellulam: fixis genibus orare christum cepit: simulq̄ et parentes hortabatur secum dn̄o supplicare: et post hec pur

gentes eam oleo in noie dñi: omni fallacia visus expulsa: virginē videri omnib⁹: vt etiã sibi videbat̃: effecit. ¶ Alia quoq; iunior puella ad eum deducta est: cui⁹ obscena corporis: ita omni ex parte cōputruerunt: vt consumpt; carnibus interiora quoq; ⁊ secreta nature nudarent̃: ac vermiū ebulliret inde innūera multitudo: ita vt nec accedere quidē quisquã ad eam posset: pre fetoris horrore. Hec cũ allata a parentib⁹: ⁊ pīecta fuisset ante fores eius miserãs virginis cruciatus: equo animo inq̃t esto filia. hec tibi ad salutē dñs non ad interitum dedit. vñ pūidendū est magis: vt sanitas tua nullum tibi periculū conferat. Et cum institisset orationib⁹ per septē continuos dies: ⁊ oleum benedicens in nomie dñi perungeret mēbra eius: ita eam sanam reddidit: vt muliebris in ea nature nulla forma: nulla spēs appareret. sed esset ei inter viros cōuersatio: absq; feminee suspitionis obstaculo. ¶ Aiebant preterea ⁊ aliquādo venisse ad eum hereticū quēdam hieracytam: qđ genus heresеos inuenit̃ apud egyptum: Hic cum per multã loquendi artem plurimos fratrum qui habitabant in heremo conturbaret: ausus est etiã corã ipso fidei sue asserere prauitatem. Cui cũ resisteret senior ⁊ contradiceret: ille verba simplicia argumentis callidis eludebat: Sed cũ videret sanctus fidē fratrum periclitari: quid opus ē inquit nos verbis contendere ad subuersionē audientiū. Eamus ad sepulchra fratrū: qui nos precesserūt in dño: ⁊ cui nostrū cōcesserit dñs suscitare mortuū de sepulchro: sciant oēs quia illius fides pbatur a deo. Sermo hic oībus qui aderant fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra: hortat̃ Macharius hieracytã: vt euocaret mortuū in noie dñi. At ille. Tu inquit q̃ proposuisti prior reuoca. Et Machārius psternēs se in oratione ante dominū: vbi sufficienter orauit eleuatis sursum oculis suis ait ad deū. Tu inquit dñe quis ex duob⁹ nobis rectã fidē teneat ostende: eleuato mortuo hoc. Et cum hec dixisset: fratris cuiusdam nomen qui nuper fuerat sepult⁹ euocauit: cui ille cum de tumulo respondisset: accedentes fratres continuo que superposita erant auferunt: ⁊ eductū eum de sepulchro resolutis fasciolis: quib⁹ constrictus erat exhibuerunt viuentē. Hieracyta vero vbi hec vidit: obstupefactus in fugam vertit̃. Quem fratres quoq; omnes insequētes: extra terminos terre illi⁹ exturbauerunt. Multa etiam alia ferebantur de eo que nimis prolixa sunt ad scribendum: sed et his paucis etiam cetera eius opera noscuntur.

¶ De virtutibus alterius Macharij videlicet Alexandrini.

Alius vero sanct⁹ Macharius: magnificas etiam ipe virtutes consummauit: de quib⁹ ⁊ alij nonnulla scripserunt: que sufficere pūt ad virtutis eius magnitudinē contuēdã ⁊ ideo nos ea compendio preterim⁹. Ferebãt tamē eum amatorē fuisse heremi sup oēs ceteros: ita vt etiã vltima ⁊ inaccessibilia deserti perscrutatus sit loca: vsq; quo inueniret: vt ferebat̃: locū quedã: in vltimis heremi constitutum: ⁊ diuersis: ac pomiferis arboribus cōsitū: ⁊ oībus bonis repletū: vbi etiã duos fratres inuenisse ferebat̃: quos cū rogaret vt paterent̃ a se deduci illuc monachos: vt ibi habitarent: quoniã quidē locus ⁊ amenus essẽ: ⁊ abundans in oib⁹ necessarijs. Responderunt. Non posse adhuc illuc plures adduci: ne forte venientes per heremū a demonib⁹ deciperentur. Multos eñi dicebant esse demones ĩ deserto ac monstra: quorũ molestias ⁊ calliditates ferre mltitudo insueta nō posset. Regressus tamē ad fratres cum indicasset de oportunitate loci: multorũ inflãmati sunt animi vt pgerent illuc cum eo. Sed vbi patres relĩq sen serunt animos iuuenū cōcitatos: represserũt eos salubriore consilio dicentes. Locus iste si vere: vt iactatur a Jamne ⁊ mambre consitus est: nō aliud de eo credendū est: nisi q̃ diaboli opere ad deceptionē nostram preparat⁹ sit. Si enim vere vt perhibent deliciosus est et abundãs: quid sperabimus in futuro seculo: si hic delitijs fruimur? Et hec atq; alia huiusmodi dicentes iuuenũ feruentes animos represserunt. Locus autem in quo habitabat ipse sanctus Macharius Scithium appellat̃. Est autem in heremo vastissima positus diei ⁊ noctis iter habens de nytrie monasterijs: ⁊ illuc nulla semita: neq; terrenis aliquibus colligitur vel monstratur indicijs: sed ⁊ stellarũ signis ⁊ cursibus pergitur. Aqua raro inuenitur: ⁊ sicubi inuenta fuerit: odoris quidem dirissimi est: et quasi bituminea: sed soporis innorij. Sūt ergo ibi viri valde perfecti. nec eñi patitur tam terribilis locus. nisi perfecti propositi habitatores: summeq; substantie: caritatis tamen inter se: ⁊ erga oēs. si qui forte ad

eos accesserint: summū studiū gerunt. ¶ Fertur deniq3 cū sancto Machario vua quis aliqñ detulisset: ille qui fm caritatē non que sua sunt: sed que alteri⁹ cogitaret: ad aliū fratrem detulit eā: qui quasi infirmior videbat. Tunc ille gratias egit deo ꝓ fratris officio: sed ꝛ ipse nihilomin⁹ plus de ꝓximo q̄ de semetipso cogitans ad aliū pertulit: ꝛ ille item ad alium. Et sic cū per om̄s cellulas: que longe a semetipsis per heremū disperse erant vua circūlata esset: ignorantibus eis q̄s eam p̄mo misisset: ad vltimū ipsi defertur: qui eam miserat. Gratulatus est aūt sanctus Macharius q̄ tantā videret in fratribus continentiā: tantāq3 caritatem: ad acriora semetip̄m spiritalis vite extendit exercitia. Ad fidē nāq3 confirmandam nobis affirmatū de eo est. ab his qui ex ore ei⁹ audierant: q̄ quodā tempe noctis: demon ad ostium cellule ei⁹ pulsauit dicens. Surge abbas Machari: ꝛ eamus ad collectam: vbi fratres ad vigilias cōgregant. Sed ille qui gratia dei repletus falli nō poterat: intellexit diaboli esse fallaciam: ꝛ ait. O mendax ꝛ veritatis inimice. Quid enim tibi consortij: quid societatis est cum collecta ꝛ congregatione sanctorum? At ille. Latet ergo te inquit o Machari q̄ sine nobis nulla collecta agitur: nullaq3 cōgregatio monachorum? Ueni deniq3: ꝛ videbis opera nostra. Tum ille. Imperet inquit tibi dominus: demon immunde. Et conuersus ad orationem: petijt a dn̄o: vt sibi ostenderet si hoc verū esset: qđ gloriatus est demon. Abijt ergo ad collectam: vbi a fratribus vigilie celebrabantur: ꝛ iterum in oratione dn̄m deprecatur: vt sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce vidit per totam ecclesiam quasi paruulos quosdam pueros ethiopes tetros discurrere huc atq3 illuc: ꝛ velut volitando deferri. Moris autem est mihi sedentibus cunctis: ab vno dici psalmum: ceteris vel audientibus vel respōdentibus. Discurrentes ergo illi ethiopes pueri: singulis quibusq3 sedentib⁹ alludebāt: ꝛ sic vbi duobus digitulis oculos compressissent: statim dormitabat. Si cui vero in os immersissent digitū: oscitare eū faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum processissent fratres: precurrebant nihilominus singulos: ꝛ ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie ferebantur: ante alium quasi edificantes: aut portātes aliquid: aut diuersa queq3 agentes apparebant. Et quecūq3 demones quasi ludendo formassent hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. A nonnullis tamē vbi aliquid hor agere cepissent: quasi vi quadam repulsi precipites deijciebantur: ita vt nec stare quidē prorsus: aut transire iuxta eos audirēt: alijs vō etiā īfirmis fratrib⁹ supra ceruices et dorsa ludebant: q̄a non erant in sua oratione intenti. Hec cum vidisset sanctus Macharius ingemuit grauiter: ꝛ lachrymas profundens ad dominum: respice: ait domine: ꝛ ne sileas: neq3 mitigeris de⁹. Exurge vt dispergantur inimici tui: ꝛ fugiant a facie tua quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen examinande veritatis gratia seorsum euocatis singulis: quibusq3 fratribus: ante quorum faciem viderat demones diuerso habitu: ꝛ varijs imaginibus ludentes: requirit ab eis si in oratione vel edificandi cogitatiōes habuerint: vel iter agendi: vel alia diuersa: que vnicuiq3 imaginata p demones viderat: ꝛ singuli eorum ita confitebātur in corde suo fuisse: vt ille arguebat: ꝛ tunc intellectum est: q̄ omnes vane ꝛ superflue cogitationes: quas vel psalmorum vel orationū tempore vnusquisq3 conceperit: et illusione demonum fiant: ab his autem qui omni custodia seruant cor suum: tetri repelluntur ethiopes. Deo enim coniuncta mens: ꝛ in ip̄m precipue tempore orationis intenta: nihil alienū nihil superfluum recipit. Aliud quoq3 multo terribilius addebat: quod vidisset eo tempore quo fratres accedebant ad sacramēta. Ubi porrexissent ad suscipiendum palmas in nonnullorū manibus preuenientes ethiopes carbones deponere: corpus autem quod tradi manib⁹ sacerdotis redire videbatur ad altare: alijs vero quos meliorum merita iuuabant: extendentibus manus ad altare: longe recedere demones: ꝛ cum ingenti metu effugere: angelum enim domini assistere videbat altari: q̄ cum sacerdotis manu: suam quoq3 manum in sacramentorum distributione exponeret. Et et hoc iam permansit ei a deo gratia ista: vt in vigilijs fratrum psalmorum et orationis tempore: si quis aliud aliquid fm illusionem demonum in corde cogitasset: agnosceret: ꝛ accidētium ad altare: vel indignitates vel merita eū non laterent. Quodam autem tempore ambo Macharij homines dei cum fratris cuiusdam videndi gratia iter agerent ascenderunt nauigium: quo flumius transiri solet. In quo nauigio erant simul quidam tribuni diuites homines prepotentes: equos plurimos ac pueros:

⁊ multa secum ministeria habentes. Horum vnus cum videret in vltima nauigij parte vilibus indumentis atq; ad omnia expeditos iacere monachos ait ad eos. Beati estis vos q̄ huic seculo illuditis: nec quicq̄ ex eo inquiritis: nisi indumentum vilissimuȝ ⁊ parcissimū victum. Tunc vnus de Macharijs respondit ad eum. Uere quidē vt dicis qui deum sequūtur: illudunt mundo: sed miseremur vestri: q̄ vobis econtrario mūdus illudit. Tunc ille cōpunctus super hunc sermonē. statim vt peruenit ad domū suam: derelictis omnibus vel distractis que habebat: ⁊ pauperibus datis: ipse deum sequi cepit: ⁊ ad monachoꝝ exercitia ꝓperauit. Sed ⁊ multa: vt diximus alia de operibus sancti Macharij Alexandrini mirabilia feruntur: ex quibus nonnulla in. xi. libro ecclesiastice historie inserta: qui requirat: inueniet.

¶ De sancto Ammone primo nytrie monacho.

Initium sane habitationis monasterioꝝ que sunt in nytria sumptū trahebant ab Ammone quodam: cuius animā cum exisset de corpore vidit ferri ad celum sanctus. Antonius sicut refert scriptura illa: que vitam describit beati Antonij. Hic igiť ammon locupletibus ⁊ generosis parentibus natus est: a quibus inuitus ad nuptias cogebatur. Et cuȝ vim parētum non posset effugere: accepta virgine cuȝ intra nuptiales thalamos conuenissent: ⁊ data eis essent cubiculi secreta silentia: alloqui puellam de pudicitia ⁊ conseruanda virginitate cepit hortari dicens. Quia corruptio sine dubio inueniet corruptionem: incorruptio vero incorruptionem sperat. Multo melius est si vterq; nostrū in virginitate perduret: q̄ vt alter corrūpatur ex altero. Acquiescit virgo: silentio tegitur incorruptōnis thesaurus. Cū q; plurimo tempore solius dei contenti testimonio: deo magis cēnt q̄ carni ⁊ sanguini cōiuncti: post obitum parentum: ille quidem ad hunc vicini deserti secedit locum: virgo vero intra domum residens in breui ⁊ ipsa multitudinem virginum: ⁊ ille multitudinē monachorum congregat. Cumq; secretius resideret in heremo: adolescens quidam qui morsu canis rabidi in rabiem versus est: multis vinctus cathenis ad eum deducitur: prosequentibus eū parentibus suis: ⁊ rogantibus pro eo. At ille Quid inquid mihi molesti estis o hoīes? Supra merita mea est quod expetitis: sed tamen hoc vobis indicare possum: q̄ in manibus vestris est ei⁹ sanitas. Reddite vidue bouē suū: queȝ furati estis: ⁊ sanus reddetur vobis fili⁹ vester. Ac illi extimuerunt quidē valde: q̄ ea que in secreto gesta sunt non latuerunt hominem dei: gauisi sunt tamen q̄ hanc eis viam salutis ostendit: ⁊ sine mora vt reddiderūt direpta: orante homine dei etiaȝ inueni sanitas rediit. ¶ Alio quoq; tempore cuȝ venissent ad eum quidam probare volens animo ipsoꝝ: dicit dolium sibi esse necessarium: vbi aquā pro aduenientibus congregaret. Et cum polliciti fuissent perlaturos se: vnus ex ipsis graue sibi duxit: dicens periclitare posse camelū suū: si ei tam graue onus imponeret. Et ait ad alterū. Tu si vis aut potes defer: ego camelo meo parcam ne moriatur. Tunc alter ait. Mihi inquit: vt ipsi nosti: camelus non est: sed asinus. Nunquid quod camelus portare non potest: valet asinus portare? At ille: facito inquit qd̄ vis: tu videris. Ego enim non interimā camelum meum. Tunc ille: ego inquit impono asino meo pōdus: quod tu camelo tuo onerosum dicis: ⁊ merita hominis dei faciēt: quod impossibile est esse possibile. Et ita impositū dolium asino suo peruenit vsq; ad monasterium hoīs dei: ita vt nec sentiret asin⁹ se aliquid oneris portare. Queȝ vt vidit ammon: bene fecisti inquit in asino deferens dolium: collegę eñ tui camelus mortu⁹ est. Et regressus inuenit ita gestuȝ: vt prediterat famulus dei. Sed ⁊ multa alia per eum signa dominus ostendit. Nam ⁊ fluuiū nylum cuȝ transire vellet: ⁊ exuere se erubesceret: virtute dei subito in alteraȝ ripā translatus dicitur. Beatus autem Antonius in summa ammiratione vite eius iustitiam: atq; animi eius virtutes habuisse memorať.

¶ De sancto pyamone.

Non autem mihi videť dignuȝ etiaȝ eius heremi habitatores: que parthenio mari adiacet: et vicina est oppido qd̄ diolcho diciť: silentio pterire. In quo vidimus quendam p̄sbyterum ad mirabilem nomine Pyamonē. totius humilitatis ⁊ benignitatis virum: habētem etiam reuelationum gratiam. Deniq; cuȝ quodam tempore domino sacrificia offerret: vidit angelum dei stantem iuxta altare: ⁊ vniuscuiusq; monachoꝝ accedentiuȝ ad altare:

scribentem nomina in libro: quē enim tenebat in manibus: quorūdam tamen nomina non scribentem. Cumq; diligenter obseruasset senior: qui essent quorū nomina non scripsisset: postea q̄ sunt completa mysteria: vnūquemq; eorum seorsum vocans perscrutatur: quid eis in occulto peccati fuisset admissum: et inuenit ex confessione eorum vnumquemq; mortalis peccati obnoxium. Tunc hortatus est eos agere penitentiam: et semetipsum cum eis ante dominū prosternens die ac nocte tanq̄ ipse in eorum peccatis esset obnoxius flebat et tam diu permansit cū eis in luctu et lachrymis et penitentia: donec iterum videret eundem angelum stantem et scribentem accedentium nomina. Et postea q̄ omniū scripsit: tunc etiam illos ex nominibus euocantem: atq; ad reconciliationē altaris inuitantem. Et vbi hec senior vidit: intellexit eorum susceptam esse penitentiam: et sic eos altari tota cum gratulatione restituit. Hunc etiā quodam tempore ferebant a demonibus ita verberatum: vt stare aut moueri omnino de loco nō posset. Et cū dies adesset dn̄ica: et res posceret offerri sacrificium. iussit se fratrum manibus ad altare portari. Ubi cum in oratione iacuisset astantem continuo vidit angelum domini qui astare solebat altari: et porrigentem sibi manū atq; eleuantem se de terra: et statim dolor oīs ita ab eo discessit: vt solito sanior redderetur.

¶ De alio sancto Johanne.

ERat in ipsis locis vir sanctus ac totius gratie dono repletus Johannes nomine: in quo tanta erat consolationis gratia: vt quacunq; mesticia: quocunq; tedio oppressa fuisset anima: paucis eius sermonibus alacritate et leticia repleretur. Sed et sanitatum gratia plurima ei a deo donata est. In alijs quoq; q̄ plurimis locis egypti: sparsim vidimus sanctos dei virtutes multas et mirabilia facientes et gratia dei plenos: sed paucos ex multis memorauimus. de omnibus enim explicare supra vires nostras est. Nam de his qui in superiore thebaida: id est circa ipsam syenem: habitare dicūtur: auditu solo comperimus: q̄ his pene omnibus quos vidimus: celsiores illi et magnificentiores habebantur. Accedere vero ad ipsos pro itineris periculo nequiuimus: quia q̄uis oīa illarum partium loca latronibus incursentur: illa tamen que vltra ciuitatem lyco sunt: etiam barbaros patiuntur. Et ideo nullus nobis ad eos accessus fuit: quia reuera nec eos quos superius memorauimus: absq; periculo vidimus.

¶ De periculis itineris ad heremos.

SEpties namq; in hoc itinere periclitati sumus: in octauo autem sicut scriptum est: non obtinuit nos malum deo nos in omnibus protegente. Deniq; semel per quinq; dies ac noctes incedentes per heremum: siti ac lassitudine periclitati sumus. Alio quoq; tempore incurrimus loca in quibus est conuallis quedam humorem ex semetipsa gignens salsum: quem cōtinuo calor solis velut hyemalem pruinam in glaciem: ita in salē stringit: et tanq̄ sudes accutas ex ipso sale efficit: atq; ita omnia illa exasperauit loca: vt nō solum nudos pedes vt habebamus nos: sed et calciamentis munitos: terebraret ac secet. In his ergo inuenti: magno cum periculo vix euasimus. Tertio cū nihilominus per heremum pergeremus: incurrimus vallem quandam humorem ex semetipsa similiter gignentem: sed intra semetipsam eum seruantem: cuius solum latum et fetidum sceno repletum transire cupientes vsq; ad latera descendimus. Cūq; pene ibidem in eadē mergeremur: exclamantes ad dominū vocem psalmi protulimus: dicentes. Saluum me fac deus: quoniā intrauerunt aque vsq; ad animā meam. Infixus sum in limo profundi: et nō est substantia. Quartum pertulimus in aquis quibusdam: que ex inundatione fluminis nyli remanserant: in quibus triduo continuo afflicti: vix euadere potuimus. Quintū periculū fuit nobis a latronibus cum secus mare iter peregeremus: qui per decem milia passuū insequentes nos: quos perimere ferro non potuerant: pene exanimes reddiderunt per fugam. Sextū discrimen nobis in ipso flumine nylo fuit: in quo nauigantes pene submersi sumus. Septimum in stagno qd̄ marethse vocabulo appellatur: vento seuiente in insulam quandā eiecti sumus: hyeme grauissima super nos et tempestate fluente. Erat enim tp̄s quo epiphaniorū dies celebrabātur. Octauum autem fuit: q̄ cū ad nytrie monasteria veniremus: locū quendam incidimus in quo refluens nyli aqua residēs velut stagnū quoddam effecerat: in quo multe bestie: precipue cocodrilli plurimi erāt. Qui cum ad temperiem solis exissent: resoluti circa ora stagni iacebant: ita vt ignorantibus nobis mortui viderentur. Et cum accederemus ad

videndam mirandamq; magnitudinem bestiarum: quas exanimes putabamus: continuo vt sonum pedum senserunt excitare: irruere et insectari nos vehementer ceperunt. Nos aūt magno cum clamore et metu nomē xpi inuocauimus: cuius misericordia affuit: ⁊ bestie q̄ contra nos insurrexerunt: quasi ab angelo repellente: in stagnum protinus proiecte sunt. Nos autē cursu concito ad mōasteria festinauimus gratias agētes deo nostro: qui nos de tantis periculis liberauit et tanta nobis ostēdit mirabilia. Ipsi gloria ⁊ honor ⁊ potestas ⁊ imperium in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Finit vita ⁊ conuersatio sanctorum patrum egyptiorum: ⁊ qui in scithia ⁊ thebaida morabantur: quēadmodum beatus Hieronym⁹ multo labore conspexit: ⁊ relata a fide dignis audiuit. Et diligenter conscripsit.

¶ Incipiunt gesta sanctoꝝ patrū egyptiorum scithie ⁊ thebaide: q̄ beatus Hieronymus autentice conscripta repit: ⁊ e greco fideliter in latinum transtulit: immo etiam ab alijs translata in vnum collegit.

¶ Prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam sancti Pauli primi heremite.

INter multos sepe dubitatum est: a quo potissimum monachorum heremus habitari cepta sit. Quidā enim altius repetentes a beato Helya et Joanne principia sumpsisse dixerunt: quorū ⁊ Helyas plures nobis videt fuisse q̄ monachus: et Joannes ante prophetare cepisse q̄ natus esset. Alij autē: in quam etiā opinionē vulgus omne consentit: asserūt Antonium huius propositi caput: quod ex parte verū ē. Non em̄ tam ipse ante oēs fuit: q̄ ab eo oīm initiata sunt studia. Amathas vero ⁊ machari⁹ discipuli Antonij: e quibus superior corpus magistri sepeliuit: etiam nunc affirmant paulum quendam thebeū ꝑncipē rei illius fuisse: sz nō nominis: quā opinionē nos q̄ ꝓbamus. Nonnulli ⁊ hec ⁊ alia ꝓut voluntas tulit: iactitāt sub terraneo specu crinitū calcaneo tenus hominē: ⁊ multa alia ꝑsēq ociosum est incredibilia fingentes: quorū q2 impudēs mendaciū fuit: repellenda q̄dem eorum sñia vr̄. Igitur q2 de Antonio tā greco q̄ romano stilo diligenter memorie traditū est: pauca de Pauli ꝑmi heremite ꝑncipio: ⁊ fine scribere disposui: magis quia res omissa erat: q̄ fretus ingenio. Quomodo autem in media etate vixerit: aut quas sathane pertulerit insidias: nulli hominū compertū habetur.

¶ Incipit vita sancti pauli primi heremite.

SUb decio et valeriano persecutoribus: quo tpe Cornelius rome. Cyprianus cartagi e felici cruore dānati sunt: mltas apud egyptū et thebaidam ecclesias tēpestas seua populata est voti tūc xpianis erat ꝓ eo nomine gladio perti. Uex hostis callid⁹ tarda ad mortē supplicia cōq̄rēs aīas querebat iugulare: nō corpora. Et vt ip̄e q̄ ab eo passus est Cyprian⁹ ait: volentibus mori non ꝑmittebatur occidi. Cuius vt crudelitas notior fiat: duo memorie causa exēpla subijcimus. Perseuerantē in fide martyrē: ⁊ inter eculeū flammasq̄ victorē iussit melle perungi ⁊ sub ardentissimo sole: ligatis post tergū manib⁹ reponi. s. vt muscarū aculeis cederet: qui ignitas sartagines ante superasset. Aliū iuuenili etate florentē in amenissimos hortulos precepit adduci: ibiq̄ inter candentia lilia: et rubentes rosas cū leui murmure iuxta serpet riuulus: ⁊ molli sibilo arborum folia vētus stringeret: sup stratū plumis lectulū resupīari iussit: ⁊ ne se īde posset excutere blandis sertorum nexibus irretitū relinqui. Quo cū recedentibus cunctis meretrix speciosa venisset: cepit delicatis stringere colla cōplexibus: ⁊ quod dicto q̄ scelus est: manibus attrectare virilia: vt corpore in libidinē concitato se victrix in pudica superiaceret. Quid ageret miles xpi aut quo se conferret: nesciebat: quē tormenta non vicerāt: ne superaret abhominata voluptas. Tandem celitus inspiratus: precisam morditijs linguā in osculantis se faciē expuit: ac sic libidinis sensum succidens: doloris magnitudo precipuit.

¶ Per idem ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem thebaidā cū sorore iā viro tradita: post mortem amboꝝ parentū: in hereditate locupleti. Paulus relictus est annorū circiter sedecim: litteris tā grecis q̄ egyptiacis apꝑme eruditus: mansueti animi. deū valde amans. Sed dum ꝑsecutionis detonaret ꝓcella: in villam remotiorē ⁊ secretiorem recessit. Uerum: quid pectora humana non cogis auri sacra fames? Sororis maritus cepit ꝓdere velle quem celare debuerat. Non illum vt assolet vxoris lachryme: non cōmunio sanguinis: non spectās cuncta et alto deus a scelere suo reuocat. Aderat: instabat: crudelitate

quaſi pietate vtebatur. Quod vbi prudentiſſimus adoleſcens intellexit: ad montium ſecreta confugiens: dum perſecutionis finem preſtolaretur: neceſſitatem in voluntatem vertit: ac ſic paulatim progrediens: rurſumq tantũdem ſubſiſtens: atq idẽ ſepius faciens reperi: ſaxoſum montem: ad cuius radices haud grandis ſpelunca lapide claudebatur. Quo remoto: vt eſt cupiditas hominum auidius occultas cognoſcere: animaduertit intus non grande veſtibulum. Quod aperto deſuper celo: patulis diffuſa ramis: vetus palma contexerat: fontem lucidiſſimũ oſtendens: tantũmodo foras eadem continuo que genuerat terra ſorbebat. Erant preterea per extenſum montem nõ pauca habitacula: in quibus ſcabre iaz incudes & malei: quibus pecunia furtiua ſignabatur: videbantur. Hunc locum egyptiorum litere ferunt furtiuaz monete officinam fuiſſe: ea tempeſtate qua cleopatre iũctus Antoni9 eſt. Igitur adamato: & quaſi a deo ſibi oblato habitaculo: omnem ibidem in orationibus et ſolitudine duxit etatem: cibum & veſtimentuz palma pbebat: Quod ne cui impoſſibile videatur: ieſum teſtor & ſanctos angelos eius: in ea parte heremi: que iuxta ſyriam ſarracenis iungitur: & vidiſſe me monachos & videre: e quibus vnus triginta iam per annos clauſus: ordeaceum panem manducabat: et luculentam aquã bibat. Alter in cyſterna veteri: quam gẽtili ſermone ſyri gubra: alias gippum vocant: quinq caricis per ſingulos dies ſuſtentabat. Hec incredibilia videntur his: qui non crediderint omnia poſſibilia eſſe credentibus: Sz vt ad id redeam vnde digreſſus ſum: cum iam centeſimo tertiodecimo etatis ſue anno: beatus Paulus celeſtem vitam in terris ageret: & nonagenarius in alia ſolitudine moraretur Antonius: vt ipſe aſſerere ſolebat: hec in mẽtem eius cogitatio incidit: nullũ vltra ſe meliorem monachorũ in heremo conſediſſe: At q illi per noctem quieſcenti reuelatum eſt: eẽ alium interius multo ſe meliorem: ad quez videnduz deberet pperare. Ilico erumpente luce: venerabilis ſenex infirmos art9 bacculo regẽte ſuſtentãs cepit ire velle quo neſciebat Et iam media dies coquente deſuper ſole ferbebat: nec tamen a cepto itinere deducebatur dicens. Credo in deum meum: q ſeruum ſuũ quem mihi promiſit: oſtendet. Nec plura his interea conſpicatur hominẽ equo mixtuz: cui opinio poetarum centauri vocabulum indidit

Quo viſo: ſalutaris impſſione ſigni armat frõtez. Et heus tyro inquit: qua nam in parte dei ſeruus hic habitat? At ille barbarum neſcio quid infrendẽs & frãgẽs poti9 verba q prolouẽs inter horrẽtia ora ſatis blandũ queſiuit alloquiũ: & cum dextre manus protenſione cupitum indicat iter: ac ſic per patentes campos volitando tranſmittens ſe in fugam ex oculis mirantis euanuit. Uerum hoc vtrum diabol9 ad terrenduz eũ ſimulauerit: an vt ſolet heremus: monſtruoſorum ferax animalium: iſtam quoq gignat beſtiam incertum habemus.

¶ Stupens itaq Antonius: & de eo quod viderat ſecum voluens: vlterius progrediebat. Nec mora: inter ſaxoſam conualleʒ haud grãdem homunculuz videt: aduncis naribus: frõte cornibus aſperata: cuius extrema pars corporis: in caprarum pedes deſinebat. Ad hoc ſpectaculum Antonius: ſcutum fidei & loricã ſpei bonus preliator arripuit: nihilominu9 memoratuz animal palmarum fructus eidem ad viaticum quaſi pacis obſides offerebat. Quo cognito: gradum preſſit Antonius: & quis nã eſſet interrogans hoc ab eo reſponſuz accepit Mortalis ego ſum & vnus ex accolis heremi: quos vario deluſa errore gentilitas faunos et ſatyros & incubos colit. legatione fungor gregis mei. Precamur vt pro nobis comunẽ dominũ deprecceris: quem pro ſalute mundi oliz veniſſe cognouimus: nam in vniuerſam terrã exiuit ſonus eius. Talia eo loquẽte: longeu9 viator vbertim lachrymis faciem rigabat: qs magnitudo leticie indices cordis effuderat: Gaudebat quippe de xpi gloria: & de interitu ſathane: ſimulq ammirans q eius poſſet intelligere ſermonem: et bacculo humũ percutiens: aiebat. Ueh tibi alexãdria: que pro deo portenta venerarís: veh tibi ciuitas meretrix in quã totius orbis demonia cõfluxere. Quid nunc dictura es? Beſtie xpm loquuntur: & tu pro deo portenta venerarís. Nec dum verba compleuerat: & quaſi pennigero volatu petulcum animal aufugit. Hoc ne cui ad incredulitatem ſcrupulum moueat: ſub rege Conſtantio vniuerſo mundo teſte defenditur. Nam ad alexandriam iſtiuſmodi homo viuus perduct9 magnum populo ſpectaculum prebuit: & poſtea ne cadauer exanime calore eſtatis diſſiparetur: ſale infuſum ad Antiochiam: vt ab imperatore videretur: allatum eſt. ¶ Sed vt propoſituz perſequar: Antonius cepta regione pergebat: ferarum tantum veſtigia intuens & he

remui latam vastitatem: quid ageret: quo verteret gradū nesciebat. Iaʒ altera fluxerat dies: restabat vnum: vt deseri se a xp̄o nō posse confideret. Perseuerans secundas in orationib⁹. exigit tenebras. ꝛ sub dubia adhuc luce. non longe intuetur lupam sitis ardoribus anhelantē: ad radices montis irrepere. Quam secut⁹ est oculis: ꝛ iuxta speluncam: cum fera abiissʒ: accedens: cepit introspicere: nihil curiositate proficiente: tenebris auferentibus visum. Verū: vt scriptura ait: perfecta dilectio foras mittit timorem: suspenso gradu ꝛ anhelitu tēperato: callidus explorator ingressus est: ac paulatim progrediens sepiusqꝫ subsistens: sonuʒ aure captabat. Tandē per cece noctꝭ horrorē procul lumen intuitus: dum auidius ꝑperat: offenso pede lapidem in strepitum concitabat. Post cuius sonitum beatus Paulus hostiuʒ: quod patebat claudens: sera obfirmauit. Tūc vero Antonius pre foribus corruens: vsqꝫ ad sextam ꝛ eo amplius horam aditum precabatꝛ dicens. Quis sim: vnde et cur venerim nosti. Scio me non mereri conspectū tuum: tamen nisi videro: nō recedam. Qui bestias suscipis: homineʒ cur repellis? Quesiui ꝛ inueni. Pulso vt aperiatur mihi. Quod si nō impetro: hic moriar ante postes tuos. certe sepelies vel cadauer meū. Talia perstabat memorans: fixusqꝫ manebat. Ad quem responsum Paulus ita reddidit. Heros. Nemo sic petit vt minetꝛ. Nemo cum lachrymis calūniam facit: ꝛ miraris si non recipiā te: cum moriturus adueneris. Sic arridens patefecit ingressum. Quo aperto: dum in mutuos miscerētur amplexus: propriis se salutare ceperunt nominibus. gratie domino in cōmune ab eis referuntur. Et post sanctum osculum: residens Paulus cum Antonio: ita exorsus est. En quem tanto labore q̄sisti: patrib⁹ senectute membris operit inculta canicies. En vides hominem in puluerem mox futurum. Uerum quia caritas omnia sustinet: narra mihi queso quomodo sese hominum genus habeat. An in antiquis vrbibus noua tecta consurgant. quo mundus regatur imperio. An supersint aliqui qui demonum errore decipiantur. Inter has sermocinatiōes suspiciunt alitem coruuʒ in ramo arboris consedisse. Qui inde leuiter subuolans: integrū panem ante mirantium ora deposuit. Post cui⁹ abscessum eya inquit Paulus. domin⁹ nobis prandium misit. Uere pius: vere misericors. Sexaginta iam anni sunt qꝫ dimidij semper panis fragmēta accepi: verum ad aduentum tuuʒ militibus suis christus duplicauit annonam. Igitur in deum gratiarum actione celebrata: super nitrei fontis marginem vterqꝫ cōsedit. Hinc vero quis frangeret panem oborta contentio: pene diem duxit in vesperum. Paulus more cogebat hospitij. Antonius iure refellebat etatis. Tandeʒ consilij fuit vt apprehenso e regione pane: dum ad se quisqꝫ nititur: pars sua remansit in manib⁹. De hinc paululum aque proni in fonte ore libarunt: et immolantes deo sacrificium laudis: noctem transegere vigilijs. Cum que iam esset terris redditus dies: beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam: olim conseruum meuʒ mihi promiserat dominus. Sed quia iam dormitionis tempus aduenit: ꝛ quod semꝑ cupieram dissolui: ꝛ esse cum xp̄o: peracto cursu: superest mihi corona iustitie: tu missus a domino es: qui humo corpusculum tegas: imo terram terre reddas. His Antonius auditis: flens ꝛ gemens se desereret. atqꝫ vt comitem talis itineris acciperet: precabatꝛ. Et ille. Non debes inquit querere que tua sunt: sed que aliena. Expedit quidem tibi sarcina carnis abiecta: agnuʒ sequi: sed ꝛ ceteris expedit fratrib⁹: vt tuo adhuc instituantur exemplo. Quāobreʒ perge queso: nisi molestum est: ꝛ pallium qđ tibi Athanasius episcopus dedit: ad obuoluendū corpusculum meum defer huc. Hoc autē beatus Paulus rogauit: non qꝫ magnopere curaret: vtruʒ tecuʒ putresceret cadauer an nudū: quippe qui tanti tēporis spacio contextis palmarum folijs vestiebatur: sed vt a se recedēti: meror sue mortis alleuiaretur. Stupefactus Antoni⁹ qꝫ de Athanasio ꝛ de pallio eius audierat: quasi xp̄m in Paulo videns. ꝛ in pectore eius deum venerans vltra respōdere nihil ausus est: sed cuʒ silentio lachrymans: exosculatis eius oculis manibusqꝫ: ad monasteriuʒ: quod postea a sarracenis occupatuʒ est: regrediebatur. Neqꝫ vero gressus sequebantur animū: sed cū corpus inane ieiunijs seniles etiā animi frangerent animo vincebat etatem. Tādem defatigatus ꝛ anhelans. ad habitaculum suum: confecto itinere peruenit. Cui cuʒ duo discipuli: qui ei iam longeuo ministrare ceperant: occurrissent dicentes. Ubi tamdiu moratus es pater? respondit. Ueh mihi peccatori qui falsum monachi nomen fero. Uidi heliaʒ et Iohannem in deserto: et vere in paradiso:

Paulum vidi. Ac sic ore cōpresso: et manu verberans pectus: a cellula pallium protulit. Rogantibusq; discipulis vt pleni⁹ quid nam eēt rei exponeret: ait Tempus loquendi et temp⁹ tacendi. Tunc egressus foras. et nec modicum quidē cibi sumens: per viam qua venerat: regrediebatur. Illum sitiens: illum videre desiderans: illum oculis ac mente complectens. timebat enim quod euenit: ne se absente debitum xp̄o spiritum redderet. Cumq; iam dies illuxisset alia. et trium horarum spatio iter remaneret: vidit inter angelorum cateruas: et inter prophetarum et apostolorum choros. niueo Paulum candore fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem procidens sabulum capiti suo superiacebat plorans atq; eiulās Cur me inquit Paule dimittis? Cur abis insalutatus? Tam tarde notus: tā cito recedis? Referebatq; post ea beatus Antonius tanta se velocitate quod reliquum erat vie cucurrisse: vt ad instar auis peruolaret. Nec immerito. Nam introgressus speluncam vidit genibus complicatis erecta ceruice. extensisq; manib⁹ in altum corpus exanime: ac primum et ipse viuere eum credens pariter orabat. Postq; vero nulla vt solebat suspiria precantis audiuit inflebile osculum ruens: intellexit q etiā cadauer sancti viri deum cui omnia viuunt: officio gestus precarentur. ¶ Igitur obuoluto et prolato foras corpore. psalmis quoq; et xp̄iana traditione cantatis: contristabatur Antonius: q sarculum quo terram foderet non habebat. Fluctuans vario mentis estu: et secum multa replicans: si ad monasterium reuertar quadridui iter est: si hic maneam: nihil vltra proficiam. Moriar ergo vt dignum est: et iuxta bellatorem tuum xp̄e ruens extremum aliī fundā. Talia eo animo voluente: ecce leones duo ex interioris heremi parte concurrētes: volantib⁹ p colla iubis ferebantur. Quibus aspectis: primo exhoruit: rursusq; ad deū mentem referēs: quasi columbas videret: mānsit intrepidus. Et illi quidē directo cursu ad cadauer beati senis substiterunt: adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere fremitu ingenti rugientes: prorsus vt intelligeret eos plangere q̄modo poterant. Deinde haud procul ceperūt humum pedibus scabere: harenamq; certatim egerentes. vnius hominis capacem locum effodere: et statim quasi mercedem p ope postulaturi: cum motu aurium ceruice deiecta ad Antonium pererunt: manus eius pedesq; lingētes vt ille animaduerteret benedictionem eos a se deprecari. Nec mora in laudatōne xp̄i effusus: q eum muta quoq; animalia sentirent: ait. Domine sine cuius nutu nec foliū arboris defluit: nec vnus passer ad terram cadit: da illis sicut tu scis. Et manu annuens vt abirent: imperauit. Cumq; illi recessissent sancti corporis oneri seniles curuauit humeros: et deposito eo in fossam: de super humum congregans tumulum ex more composuit. Postq; autē dies illuxerat alia: ne quid pius heres ex intestatis bonis nō possideret tunicam eius sibi vendicauit. quam in sportarum modum de palme folijs sibi ipse contexuerat. Ac sic ad monasteriū reuersus discipl'is ex ordine cuncta replicauit: diebusq; solemnibus pasche vel pētecostes semp Pauli tunica vestibus est. ¶ Libet in fine opusculi interrogare eos qui patrimonia sua ignorant: qui domos marmoribus vestiunt: qui vno lino villarum insuunt predia huic seni nudo quid vnq̄ defuerit. Uos ex gemma bibitis: ille vero cauis manibus satisfecit nature. Uos in tunicis aurum texitis: ille nec vilissimi quidē vestri mancipij indumentum habuit. Sed econtrario illi pauperculo paradisus patet. vos auratos gehenna suscipiet. Ille xp̄i vestem licet nudus seruauit: vos vestiti sericis indumentum xp̄i perdidistis. Paulus vilissimo optus puluere iacet resurrecturus in gloriam: vos operosis saxis sepulchra premunt: cū vestris opibus fortassis arsuros. Parcite queso vos parcite saltem diuitijs quas amatis. Cur mortuos vestros auratis obuoluitis vestib⁹? Cur ambitio inter luctus lachrymasq; non cessat? An cadauera diuitum. nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro quicūq; hec legeris: vt hieronymi peccatoris memineris: cui si dominus optionē daret: multomagis eligeret tunicam Pauli cū meritis eius: q̄ regum purpura cum regnis suis.

¶ Finit vita beati Pauli p̄mi heremite.

¶ Incipit plogus Euagrij p̄sbyteri ad Innocentiū ep̄m in vitam beati antonij abbatis.

PResbyter euagrius innoctio charissimo filio in domino salutem. Ex alia in aliam linguā ad verbū expressa trāslatio sensus

operit: et veluti letum gramen sata strangulat. Dum em̄ casibus et figuris seruit oratio: quod breui poterat indicari sermone: longo ambitu circumacta vix explicat. Hoc igit̄ ego vitans vitam beati Antonij te petente trāspo sui: ita vt nihil desit ex sensu cum aliquid desit ex verbis. Alij syllabas aucupentur ꝛ litteras: tu quere sententiam.

¶ Incipit prefatio Athanasij episcopi in vitā sancti Antonij monachi.

Athanasius episcop⁹ ad peregrinos monachos. Optimū fratres inijstis certamen. aut equari egyptijs monachis. aut superare nitētes virtutis instantia. Et em̄ apō vos iam plurima sunt monasteria: monachoꝝ quoqꝫ nomen est celebre: ꝛ hanc voluntatem nostram iuste quisqꝫ mirabitur: orātibusqꝫ nobis optatum deus tribuet effectum. Qm̄ igit̄ exegistis a me: vt vobis scriberem de cōuersatione beati Antonij: volentib⁹ discere queādmodum ceperit: qui ve fuerit ante sctm̄ ꝓpositum: qualē etiā habuerit terminum vite: ꝛ si vera sunt ea: que de ipo fama disꝑsit: vt ad ei⁹ emulationem atqꝫ exemplum vos instituere possitis: magna cum letitia suscepi vestre caritatis imperium. Et mihi em̄ ingens lucrum est atqꝫ vtilitas: hoc ipm quod recordor Antonij: et vos cum ammiratione audientes scio eius propositū cupere sectari: perfecta est si quidem ad virtutē via: antonium scire quis fuerit. Ergo vt breuiter dicam. et oībus que de eo referentum sermo iactauit: credite. ꝛ minima vos existimate audisse de maximis: qꝛ non ambigo nec eos omnia potuisse cognoscere: cum et ego rogatus a vobis q̄tacunqꝫ ꝑ epistolam significauero: non equalia fim ei⁹ meritis narraturus. Sed et vos omnes hinc nauigantes studiose percunctamini quo singulis que norunt referentibus: cōgrua dignaqꝫ tanti hominis relatio cōpleatur. Disponebā itaqꝫ post lectionem litterarum vestrarum aliquos ad me mōachos inuitare: ꝛ maxime eos qui crebro ad eum ire consueuerant: vt plenius aliquid adiscens: munera vobis maiora trāsmitterē. Sed quoniam ꝛ nauigationis tempora labebantur et litterarū portitor vehemētissime festinabat: ideo ea que et ipse nouerā (frequenter enim eum visitaui) et que ab eo didici qui ad prebendam ei aquā nō paululū temporis cum eo fecit: dilectioni vestre indicare properaui: vtrobiqꝫ curam veritatis habens: vt neqꝫ plus aliquis audiens miraculorum congestionē nō credat: nec rursus meritis ei⁹ inferiora cognoscens: nō putet dignū esse miraculo pro tanti nominis viro.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit vita sctī Antonij abbatis ab Athanasio epō alexandrino conscripta. Et ab Euagrio presbytero e greco in latinum translata atqꝫ a btō Hieronymo huic libro inserta.

Igitur Antonius nobilis religiosisqꝫ parentibus natus in egypto exiundus fuit: tanta suoꝝ et sua nutritus cura: vt nihil aliud preter parentes domūqꝫ cognosceret. Et cum iā puer esset nō se litteris erudiri: nō ineptis infantiū iungi passus est fabulis: sed dei desiderio flagrans: scd̄m quod scriptum est: innocenter habitabat domi. Ad ecclesiā quoqꝫ cū parentibus sepe cōueniens: nec infantiū lascivias: nec puerorum negligentiā sectabat̄: sed tantum ea que legebantur auscultans: vtilitatem preceptorum vite institutiōe seruabat: nō suis: vt solet illa etas: incuriosus ꝑ varijs et delicatis cibis: vnq̄ tedio fuit: non esse mollioris blandimenta sectat⁹ est: his solum q̄ dabantur contentus: nihil amplius requisiuit. ¶ Post mortem autē parentum annorum circiter decē: ꝛ octo seu viginti cū sorore admodum paruula derelictus est: ꝛ domus ꝛ sororis honestam curam gerebat. Nec dum vero sex fluxerant menses. quibus ad ecclesiam: vt solebat: accurrens: recordabatur quomodo et apostoli omnibus spretis secuti fuissent saluatorem: ꝛ multi: vt legitur in actibus apostolorum: facultatibus suis venditis: precia ad pedes eorum detulissent egentibus partienda: que ve aut q̄ta spes ijsdem reposita esset in celis. Talia secum voluens intrauit ecclesiam: et accidit: vt tunc euāgeliū legeretur: in quo dominus dicit ad diuitem. Si vis perfectus esse: vade vende omnia tua quecunqꝫ habes: et da pauperibus: ꝛ veni ꝛ sequere me: ꝛ habebis thesaurum in celo. Quo audito: quasi diuinitus huiusmodi ante memoriam cōcepisset: et veluti propter se hec esset scriptura recitata. ad se dominicum traxit imperiū. statimqꝫ egressus possessionē quam habebat dimisit. Arure autem erant trecenti iugeres: et valde optimi: quos vicinis largitus est: ne in aliquo aut sibi aut sorori molestia gigneretur. Ce-

tera vero: que in mobilib⁹ possidebat: vniuersa vendidit: et aggregato non exiguo precio indigentibus dedit: paruis ob sororem reseruatis: que et sexu et etate videbatur infirmior. ¶ Rursus autem ecclesiam ingressus: cum audisset dominum in euangelio dicentem. nolite cogitare de crastino: relictam quoque portionē pauperibus distribuit: neque seuersari passus ē domi: sed sorore fidelibus ac noctis virginibus cōmendata vt ad earum nutriretur exemplū: ipse iam oībus seculi vinculis liber: asperum atque arduum arripuit institutum. Nec dū autem tam crebra erant in egypto mōasteria: neque omnino quisque auiam solitudinem nouerat: et quicunque in xpi seruitute sibimetipsi pdesse cupiebat: non longe a sua villula separatus instituebatur. ¶ Erat igitur in agello vicino senex quidam vitam solitariā a prima sectat⁹ etate: hunc Antonius cum vidisset: emulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiēs etiam ipse in locis paululum a villa remotioribus manebat: ex inde autem si quē vigilantē in hoc studio compererat: pcedens querebat vt apis prudentissima: nec ad habitaculū suum ante remeabat: nisi eius quē cupiebat: frueretur aspectibus. et sic tanque munere mellis accepto: abibat ad sua tali ibidem institutus exordio. Cumque per dies singulos ita animū roboraret: vt nec opum paternarū: nec sororum meminisset affiniū: omne etiam desiderium et sollicitudinem erga id quod ceperat: exerceret: operabatur manibus suis sciens scriptum esse: qui non operatur non māducet. Mercedem sane operis sui precio panis excepto: egentibus largiebatur. Orabat frequēter: quippe qui didicerat que oportebat sine intermissione dominū rogare. ¶ Auditioni etiā scripturarum ita studium commēdabat: vt nihil ex eius animo laberetur: sed vniuersa domini precepta custodiens memoriam p libris haberet. Sic suam vitam instituens: ab vniuersis fratribus puro diligebatur affectu. et oībus ad quos spiritali studio discendi pgebat: obediens proprias singulorum gratias hauriebat: huius continentiam. iocunditatem illi⁹ sectabatur. istius lenitatem: illius vigilias alterius legendi emulabatur industriam. Istū ieiunantem: illum humi quiescentem mirabatur. Alterius patientiam: alterius mansuetudinem predicabat. Omniū quoque vicariam erga se retinens charitatē: atque vniuersis virtutum partibus irrigatus ad sedem proprias regrediebatur. Ibi secū vniuersa pertractās: omnium in se bona nitebatur exprimere. Neque vero aduersum coeuos aliquando mouebatur: sed ea tantum flamma egregio viro crescebat in pectore: ne secundus cuique in predictis operibus īueniretur. Et hoc ita faciebat: vt cum omnes gloria anteiret: omnibus tamē carus esset. Nam et vicini monachi: ad quos sepe veniebat: Antonium videntes deicolam nuncupabant: indultisque nature vocabulis: quidam vt filiū: alij vt fratrem diligebāt. ¶ Dum hec gereret Antonius: quibus omniū in se prouocaret effectum: inimicus nominis xpiani dyabolus: impatienter ferens tantas in adolescente virtutes: veteranis eum aggressus ē fraudibus: et primo quidē tentans: si quo modo posset ab arrepto eum instituto detrahere. Immittebat ei memoriam possessionū sororis defensionē: generis nobilitatem: amorem rerum: fluxam seculi gloriam: esce variam delectationem: et reliqua vite remissioris blandimenta: postremo virtutis arduum finē: et maximū perueniendi laborem: necnon corporis fragilitatem: suggerebat et etatis spacia prolixa: prorsus maxima ei cogitationum caliginē suscitabat: volens eum a recto proposito reuocare. ¶ Postque autē diabolus orationibus ei⁹ ad deum per passionis fidem se intellexit elidi: consueta aduersum omnes adolescētes arma arripiens: nocturnis eum inquietabat illecebris. Per dies etiam tam apertis in eum telis irruebat: vt nullus ambigeret: quin Antonius contra dyabolum dimicaret. Nam et ille cogitationes sordidas conabatur inserere: et hic eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore: hic vigilijs et ieiunijs corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchre mulieris vertebatur ornatū: nulla omittens figmenta lasciuie: hic vltrices gehenne flammas: et dolorem vermis recordans: ingeste sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentie iter et ad ruinā facile pponebat: hic eterna futuri iudicij tormēta cōsiderans: illesam anime puritatem per tentamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant. Qui enim similem se deo fieri posse existimabat: nunc ab adolescente vt miserrimus vincebatur: et qui contra carnem et sanguinem seuiebat: ab homine que carnem portabat: elisus est. Adiuuabat enim seruum suum dominus: qui nostri gratia carnem suscipiens: victoriam corpori contra dyabolū

largitus est: vt singulis ita certantibus apo-
stolicum liceret proferre sermonem: non ego
autē sed gratia dei mecū. ¶ Postremo cū nec
hoc argumento destruere posset Antoniū dra
co teterrimus: et videret se semper ab eius co
gitationibus superari: scd̄m quod scriptū est:
stridens dentibus et eiululās: qualis est meri
to: talis apparebat et vultu: puer horridus at
q niger: ad eius se genua prouoluens: huma
na voce deflebat dicens. Multos seduxi: plu
rimos decepi: nunc autē vt a ceteris sanctis:
ita et tuo labore sum prostratus. Quem cū in-
terrogasset Antonius quisnā esset: qui talia
loqueretur: ait. Ego sum fornicationis ami-
cus: ego multimoda turpitudinis aduersum
adolescentes arma suscepi. hinc et spirit⁹ for-
nicationis vocor. Quantos pudice viuere di
sponentes fefelli? quot tenuiter incipientes
ad sordes pristinas redire persuasi? Ego sum
propter quem ppheta lapsos increpat dicēs.
Spiritu fornicationis seducti estis: et reue-
ra per me illi fuerant supplantati. Ego sum q̄
teipsum sepe tentaui. Et semp repulsus sum:
cū hoc xpi miles audisset: gratias agēs deo:
et largiore aduersus inimicum confortatus
audacia. ait. Multū ergo despicabilis: mul
tumq contemptus es: nam et obscuritas tua:
et etas infirmarū signa sunt rerum. Nulla mi
hi iam de te cura est. Dominus mihi auxilia-
tor est: et ego exultabo super inimicos meos.
Et statim ad vocem canentis fantasma quod
videbatur: euanuit. ¶ Hec autem Antonij cō-
tra diabolum fuit prima victoria: immo virt⁹
in Antonio saluatoris: qui peccatū in carne
cōdemnauit: vt iustificatio legis in nobis cō
pleretur: quia non secundum carnem ambu-
lamus: sed secundum spiritū. Sed neq An
tonio vincendi securitatem dedit vn⁹ triūph⁹:
nec diaboli semel fracte defecere vires. Nā
et iste vt leo rugiens querebat aditum. per
quem posset irrumpere: et ille scripturarū do
ctus eloquio: nō ignorabat multas esse demo
nū captiones. Propter quod solerti ppositū
labore seruabat: considerans: quia posset sa-
thanas in carnis colluctatione superatus: no-
uarū aduersus se artiū machinas cōmouere.
Idcirco magis ac magis subiugabat corpus
suum: ne vincens alia: in alijs vinceretur. Di
sponens igitur duriori seuire lege constringe
re: cū omnes infatigabilem adolescentis mi-
rarentur instantiam sanctum toleranter fere-
bat laborem: quia voluntarie seruitutis. lon-
go in dei opere studio consuetudinem in natu
ram verterat. Inedie autem et vigiliarum in-
tantum patiens erat: vt plus faceret q̄ ab vl-
lo per illum posse fieri crederetur. Pernocta
bat in oratiōe sepissime: edebat semel in die:
post solis occasum. Non nunq̄ biduo triduo-
q sic permanens: vt vix quarta demū die ci-
bum vellet accipere. Sumebat vero panem et
salē: potūq aque paruulū: de carnib⁹ vo et vi
no tacere meli⁹ puto: q̄ quicq̄ dicere. qr nec
apud plurimos q̄dē monachoꝝ istiusmodi esce
in vsu habebāt. Quieti aūt sic mēbra ꝯcedēs
vt iunco cōtexto atq cilitio vteret. Nōnūq̄
etiā sup nudū humi iacēs: sine stramine pma-
nebat: vnguenta penitus repudians. Dicebat
enim minime posse vtentium: et precipue iu-
uenum corpora roborari: si olei essent perūcti
one mollita: oportere vero asperos carni labo
res imperare. secundum apostoli preceptum
dicentis: quando infirmor: tunc fortior sum.
Asserebatq sensum animi sic posse reuiuisce
re: si corporis fuissent impetus fatigati. Vn-
de nec temporum longitudine laborum meri-
ta pensabat: sed amore et famulatu spontaneo
semper tanq̄ in principijs constitutus: ad p-
fectum diuini metus desiderium concitabat.
Nouisq cupiens augere preterita: supra me-
morati doctoris sermonum recordabatur: qui
ait. Preterita obliuiscens: et in futurum con
ualescens. Meminerat quoq helye pphete
dicentis: viuit dominus cui adsto hodie añ ip
sum: et disserebat cur hodie esset appositum:
quia non computabat helyas preteritum tem
pus: sed tanq̄ quotidie in certamine constitu
tus: talē se pbere cupiebat: qlē sciebat dignū
dei esse conspectibus: purum corde: et paratū
obedire voluntati eius. ¶ Igitur sanctus An
tonius secum reputans oportere dei famulū
et instituto magni helye exemplum capere: et
ad illud speculum vitam suam debere cōpone
re: ad sepulchra longe a villa constituta seces
sit. vni de cognatis mādans: vt statutis dieb⁹
sibi alimenta deferret. Et cum in vna memo-
ria supradictus frater eū clausisset: solus ibi
dem morabatur. Metuens ergo dyabolus ne
accessu temporis heremū quoq habitari face
ret: ita cum aggregatis satellitibus suis: va-
ria cede lacerauit: vt dolorū magnitudo: et mo
tum auferret et vocem. Nam et ipse postea re-
ferebat vulnera fuisse tam grauia: vt vniuer-
sa hominū tormenta superarent: sed dei pro-
uidentia que nunq̄ in se sperātibus deest: cō

seruauit eum. Alio die is quem supra dixim⁹, frater aduenit cibos deferens: quos ei deferre consueuerat: atque eum iacentem in terra semimortuum: fractis foribus inuenit. Quem impositum humeris: ad villule domicilium reportauit. Quo audito: ingens vicinorum atque affinium multitudo concurrens: tristi in medio posito funeri debitum reddebat officium. et iam in media noctis parte transgressa: cum iam opportunus et gratus peruigiles omniũ oculos vicerat sopor: Antonius anima paululum redeunte: suspirans eleuauit caput: ceteris vero alta quiete prostratis: eum a quo delatus fuerat vigilare conspexit: eumque nutu aduocans. obsecrauit vt nullo penitus excitato ad pristinum se referret habitaculum. Relatus ergo iuxta consuetudinem solus iterum permanebat: et stare quidem propter recentes plagas non poterat: orãs vero prostratus post orõnẽ clara voce dicebat. Ecce adsum ego Antonius non fugio vestra certamina: etiam si maiora faciatis: nullus me separabit a charitate christi. Psallebatque dicens. Si cõsistãt aduersum me castra: non timebit cor meum. Talia eo docente: bonorum hostis dyabolus ammiratus: quod post tot verbera ausus fuisset reuerti: congregatis canibus suis: et proprio furore se lanians. videtis ait: quia nec spiritu fornicationis: nec corporis doloribus superatus: tam audacter lacessit. Omnia arma corripite: acrius nobis impugnandus est sentiat sentiat. debet scire quos prouocet. Dixit: et adhortantis vocem audientium turba consensit: quia innumeras et diuersas habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit: ita vt loco funditus agitato: et parietibus patefactis: multifaria demonum exinde turba se funderet: nam et bestiarum et serpentium formas induentes: omnem protinus locum repleuere fantasijs: leonum: thaurorum: luporum: aspidum: serpẽtium: scorpionum: necnon et pardorum atque vrsorum. hec singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere volens: thaurus mugitu et cornibus minabatur: serpentes sibilo personabant: luporum impetus inhiabat. pardus discolor auctoris sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus: et vocis horride dirus auditus. Antonius flagellitus atque confossus: sentiebat quidem asperiores corporis dolores: sed interius durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent. sensu tamen idem manens: quasi de inimicis luderet: loq̄batur. si virium aliquid haberetis: sufficeret vnus ad prelium. Sed quoniam domino vos eneruante frangimini: multitudine tentatis inferre terrores: cum hoc ipsum infirmitatis indicium sit: quod irrationabilium: formas induitis bestiarum. Rursumque confidens: aiebat: si quid valetis. Si vobis in me potestatem dominus dedit: ecce presto sum: deuorate. si vero non potestis: cur frustra nitimini? Signum enim crucis et fides ad dominum: inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antonium minantes fremebant dentibus suis. quod nullus earum tentamenta sequeretur effectus. sed maxime econtrario gigneretur illusio. Non oblitus iesus colluctationis serui sui eidem protector factus est. Denique cum eleuaret oculos: vidit desuper culmen aperiri: et deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum: nec demonum aliquis apparuit: et corporis dolor extimplo deletus est. Edificium quoque quod paulo ante dissolutum fuerat: instaurandum est. Ilico presentiam domini intellexit Antonius: et ex imo pectore trahens longa suspiria ad visionem: que ei apparuerat: loquebatur dicens. Ubi eras bone iesu vbi eras? Quare non a principio affuisti: vt sanares vulnera mea? Et vox ad eum facta est. Antoni hic erã: sed expectabã videre certamẽ tuum. Nunc autem quia dimicando viriliter nõ cessisti: semper auxiliabor tibi: et faciam te in omni orbe nominari. His auditis exurgens intantum roboratus orabat: vt intelligeret plures se recepisse tunc virium. quod ante perdiderat. Erat autem tunc Antonius annorum trigintaquinque. Exhinc tum voluntati promptẽ merita religiosa succrescerent: vadens ad supradictum senem: precabatur vt in deserto pariter habitarent. Causante illo senile eum: et rei nouitatem: solus contendit ad montem: et heremi adhuc monachis ignote vite rupto metu viam cenatus est pandere. Sed nec tunc cessauit malignus aduersarius. nam impedire eius propositũ volens: argenteum discũ in itinere proiecit. Quo viso Antonius callidi artificis cognouit astutiã: stansque intrepidus: et discum toruis intuens oculis: doli auctorem in fantasmate obiurgabat argenti: talia secum reputans. Unde hic in deserto discus? Auium hoc iter est: nulla sunt vesti

Jesus Antonium

Discus ante ab Sop

gia commeantium. lapsus de sarcina pre ma-
gnitudine latere non potuit: sed et qui perdi-
derat reuersus ob solitudine locorum: inuenis-
set profecto quod ruerat. Hoc artificium dia-
bole tuum est: non impedies voluntatem meã:
argentum tuum tecum sit in perditionẽ. Hoc
illo dicente: discus vt fumus a facie ignis eua
nuit. Dehinc nõ vt ante in fantasmate: sed in-
gentem auri massam in itinere conspexit. Ue
rum hanc vtrum diabolus attulerit: an ad An
tonium comprobandum: quia nec veris opibus
infestaretur: virtus celestis ostẽderit: ignora
tur. hoc tantum agnouimus: quia quod visum
est aurum fuit. At ille magnitudinẽ ammiratus
radiantis metalli: rapido cursu quasi quoddã
vitaret incendium: ad montem vsque perrexit
ibi flumine transuadato: inuenit castellum de
sertum: plenum ob tempus et solitudinẽ venena
torum animalium: in quo se constituens nouus
hospes habitauit. Statimque ad eius aduentũ
ingens turba serpentium: quasi persecutores
passa profugit. At ille obstructo lapidibus introi
tu. panes mensium sex: vt thebeis mos est: se-
cum recondens: nã crebro per annum incorru
pti durare solent: nec nõ et exiguũ habens aquã
sollitarius perdurabat: nusquã inde procedens: nũ
quam aliquẽ suscipiens intantũ: vt cum bis in an
no per tectum desuper panes acciperet: nullum cum
deferentibus haberet alloquiũ. ¶ Multis igitur
videndi eum desiderio et studio requirẽdi: an
ostium eius pernoctantibus: audiebantur vt vul-
gi voces aduersum Antoniũ: tumultusque dicẽ
tiũ. Quid te nostris ingeris habitaculis? Quid
tibi et deserto? Abscede a finibus alienis: nõ
poteris nostras insidia sustinere. Et primo quĩ
dem qui foris erant extimabant aliquos ho
mines scalis positis introisse: ibidem conten
dere. Postquã autem per cauernam introspiciẽ
tes nullum viderunt: demones contra eum in-
tellexerunt contendere: et nimio metu perterri-
ti Antonij auxilium flagitabant. At ille ostio
propinquans ad consolandos fratres ne time-
rent: atque vt inde recederent: precabatur. trepi-
dantibusque asserebat a demonibus incuti me-
tum: signate vos inquiẽs: et abite securi: istos-
que semetipsos sinite deludere. Itaque illis re-
uertentibus hic remanebat illesus: nec nũquã
incertamine lassabatur. Accendentium eum
augmenta profectuum: vel debilitas repugnã-
tium: maximum contentioni leuamen addide
rat: tũ et animo constantiam suggerebat. Rur
susque ad heremum venientibus turbis: quidã
mortuum eum extimauerant reperturos: il-
le autem psallebat intrinsecus. Exurgat deus
et dissipentur inimici eius: et fugiant qui ode-
runt eum a facie eius. Sicut deficit fumus de-
ficiant: vt liquescit cera a facie ignis ita pere-
ant peccatores a facie dei. Et iterum. Omnes
gentes circundederunt me: et in nomine dñi
vindicaui in eis. Sic Antonius ãnis viginti
solitarie transactis atque ab hominũ segregatus
aspectibus perdurauit. Cum ergo multorum et pro-
positum imitari cupientium: et notorum multitu
do ad eum concurreret: necnon et patientium
infinita se caterua glomeraret: tandem pene
iam per vim foribus euulsis: quasi ex aliquo ce-
lesti aditu consecratus apparuit: obstupuerũt
vniuersi: et oris gratiam: et corporis dignitatẽ
quod nec per quietẽ intumuerat: nec ieiunijs de-
monumque certamine faciem eius pallor obse-
derat: sed econtrario quasi nihil tẽporis egis-
set: antiquus membrorum decor perseuerauerat.
pro tam mira quedam in nullo animi puritas fuit
Nunquã hilaritate nimia resolutus in risum ẽ:
nunquã recordatõe peccati tristitia ora contra-
xit: non magis stupentium se eleuatus est lau
dibus. Nihil in illo indecens solitudo: nihil
asperum quotidiana cum hostibus bella con-
tulerant: sed temperata mens equali ad cun-
cta ferebatur examine. Plurimos igitur ab im
mũdis spiritibus et infirmitatibus varijs: dei
gratia per Antonium liberauit. Sermo eius
sale conditus: consolabatur mestos: docebat in
scios: concordabat iratos: omnibus suadẽs ni
hil amore xpi anteponẽdum. Proponebatque
ante oculos bonorum magnitudinem futuro-
rum: et dei clementiam: et beneficia referebat
indulta: quod proprio filio suo non pepercerit: sed pro
nostra omnium salute eũ tradiderit. Nec mo-
ra plura audientium corda: ad humanarum re
rum conceptum hec eius suasit oratio: et habi
tãde heremi: istud eius exordiũ fuit. ¶ Quid
sane et in arsenoytarum oppido gestum sit: nõ
transibo silentio. Nam cum fratres vellet in-
uisere: et riuulum nyli qui cocodrilis et mul-
tis seuis fluminis bestijs plenus erat trãsua-
dare esset necesse: tam cum comitibus suis
transiuit illesus: quã inde redibat incolumis:
rursusque in pristinis laboribus perseuerans.
multos magisterio suo fratres confirmauit:
ita vt breui tempore plurima fierent monaste
ria. Nouos antiquosque monachos pro etate:
vel tempore: paterno moderabatur affectu.
Quadam autẽ die cũ sanctus Antonius cõgre

gatis fratribus rogaretur: vt eis institutoria
largiretur precepta: quibus cum ꝓphetica fi
ducia exaltans vocem aiebat: ad oēm quidem
mandatorꝫ disciplinā: scripturas posse suffice
re: sed ⁊ hoc optimū fore: si mutuis se inuicē
fratres sermonibus cōsolarent. Et vos ergo
inquit vt patri referte que nostis: ⁊ ego que ꝑ
longā etatē consecutus sum quasi filijs indi-
cabo. Hoc sit aūt p̄mū cunctis in cōmune mā
datum: nullū in arrepti ꝓpositi vigore laces
sere: sed quasi incipientē augere semꝑ debere
quod ceperit. presertim cū humane vite spa
cia: eternitati comparata: breuissima sint. Ita
exorsus paululū siluit: ⁊ āmiratus dei nimiā
largitatem: rursus adiecit dicens. In p̄senti
hac vita equalia sunt ꝓ rerum cōmutatiōe cō
mercia: nec maiora recipit ab emente qui ven
titat. Promissio autē vite sempiterne vili pre
cio comparatur. Scriptum est eñ. Dies vite
nostre septuaginta anni: aut vt multum octo-
ginta: quicquid reliquū est labor et dolor est
Quando ergo octoginta aut centum: vt mul-
tū annis laborantes in dei ope vixerimus: nō
pari tēpore regnaturi sumus in futuro: sed ꝓ
annis predictis oīm nobis seculorꝫ regna tri-
buentur. Non terram hereditabimus: sed ce-
lū. corpus quoqꝫ corruptū relinquentes: id
ipsum cū incorruptione recipiemus. Ergo fi-
lioli non vos aut tediū defatiget: aut vane glo
rie delectet ambitio. non sunt enim condigne
passiones huius temporis ad superuenturā
gloriā que reuelabitur in nobis. Nemo cū de
spexerit mundū reliquisse se arbitretur ingē
tia: quia omnis terra ad infinitatē comparata
celorum: breuis ac parua est. Si ergo nec vni
uerso orbi renunciantes dignum aliquid ha-
bitaculis possumus cōpensare celestibus: se
vnusquisqꝫ consideret: ⁊ statim intelliget par-
uis ingeribus agri ⁊ parietibus vel modica
auri portione contēpta: nec gloriari se debere
quasi magna dimiserit: nec tedere quasi pua
sit recepturꝰ. Ut.n. contēnit aliqs vnā eream
dragmā: ad dragmas cētū aureas cōqrēdas:
ita etiam qui totiꝰ orbis dn̄m dereliquit: cētu
plum de meliorībꝰ premijs in sublimi sede re
cipiet: ad summū illud ꝓspicere debemus: qꝫ ⁊
si nostras velimus retētare diuitias: lege mor
tis ab ipis diuellimur inuiti: vt in libro eccle-
siastes scriptū est. Cur ergo nō facimus de ne
cessitate virtutem: Cur non ad lucranda re-
gna celestia vltro relinquimus: qđ lucis istiꝰ
fine ꝑdendum est: Nihil eorum cure sit xp̄ia-
nis que secum auferre non possunt: illud po-
tius debemus expetere: quod nos ducat ad ce
lum: sapientiā. s. ⁊ castitatem: iusticiā ⁊ virtu
tem: sensum peruigilē: pauperū curam: fidē
in xp̄o robustam: animū ire victorem: hospita
litatem. Hec sectantes: mansionē nobis in ter
ra quietorum secundum euangeliū p̄parabi-
mus. Cōsideremus domini esse nos famulos:
et seruitutem debere ei a quo creati sumus.
Ut eñ seruus preteriti gratia famulatus pre
sens aut futurum non contēnit imperiū: nec
audet asserere qꝫ ex labore trāsacto instātis
operis habere debeat libertatem: sed iugi stu
dio: vt in euangelio scriptū est: eandem semꝑ
exhibet seruitutē: vt ⁊ domino placere possit:
et ne metum incurrat ⁊ verbera. sic et nos di-
uinis congruit parere preceptis: scientes qꝫ
equꝰ ⁊ ille retributor: in quo quēqꝫ inuenerit
in eo sit iudicaturus: quod ꝓphetica ꝑ Ezechi
elem voce testatur. Nam ⁊ infelix Judas pro-
pter vnius noctis impietatem: omni preteri-
ti temporis labore p̄uatus est. Idcirco tenen
dus est continuus instituti rigor: habentibus
deum auxiliatorem: sicut scriptum est: quia oī
ꝓponenti bonum deus coopatur. Ad inertiā
autem calcandam ap̄li p̄cepta replicemꝰ: qui-
bꝰ se mori quotidie testabatur: similiter ⁊ nos
humane conditionis vitam ancipitem retra-
ctantes: nō peccabimus. cū eñ ⁊ excitati ma-
ne a somno ad vesperam nos ꝑuenire dubite-
mus: et quieti corpa concedentes. de lucis nō
confidamus aduentu. et vbiqꝫ nature ac vite
incerte memores: dei nos intelligamus ꝓui-
dentia gubernari. Hoc modo nō delinquemꝰ
aut aliqua fragili cupiditate raptabimur. sed
nec irascemur quidē aduersus aliquē: nec ter
renos ⁊ cōgregare thesauros ambiemꝰ: quin
potius metu quotidiani recessus: ⁊ seiungen
di corpis iugi expectatione oīa caduca calca-
bimus. Cessabit mulierꝫ amor: libidinis extin
guetur incendiū: inuicē nobis debita nostra
donabimus: ante oculos semꝑ hn̄tes vltime re
tributionis aduētū: qꝛ maior formido iudicij:
et penarū timor horridus siē ⁊ lubrice carnis
incentiua dissoluit: ⁊ ruētē animā quasi ex ali
qua rupe sustentat. Ideoqꝫ precor: vt ad finē
ꝓpositi boni omni labore tēdamus. Neo post
tergū respiciens loth imitetur vxorē: preser-
tim cū dn̄s dixerit in euangelio: nullū ponētē
manus suꝑ aratrū: ⁊ respicientē retrorsū di-
gnū esse regno celorū: respicere autē retror-
sū nihil aliud est qꝫ i eo penitere qđ ceperis:

et mundanis rursus desiderijs obligari. Noli te queso virtutis tanq̄ impossibile nomen pauere: nec peregrinū vobis aut procul positum videatur hoc studium: quod ex nostro dei gratia precedente pendet arbitrio: huius operis homini inserta natura est: et eiusmodi res est: que nostrā tantū expectat voluntatem. Greci studia transmarina sectentur: et in alieno orbe constitutos: inanū litterarum querant magistros: nobis vero nulla proficiscendi: nulla transfretandi fluctus necessitas imminet: in omni sede terrarum constituta sunt regna celorum. Unde et dn̄s in euangelio ait. Regnū dei intra vos est: virtusq̄ in nobis est: mentem tm̄ requirit humanam. Cui enim dubiū est: q̄ naturalis anime puritas: si nulla fuerit extrisecus sorde polluta: fons sit et origo virtutū? Bonā necesse est eam esse: quā creauerit bonus auctor. Quod si forte cunctabimur: audiamus iesum filiū naue populo dicentē. Rectū facite cor vestrum ad dn̄m deū israel. Nec Joannes dissonam tulit de virtute sententiā: predicans rectas facite vias vestras. Si qdē hoc est rectā esse animā: cum eius principalis integritas nulla vitiorum labe maculatur: si naturā mutauerit: puersa tunc dicitur: si cōditio seruet. et virtus est. Animā nostrā cōmendauit nobis deus: seruemus depositum quale accepimus: nemo causari potest extrinsecus fictū: quod in se nascitur: facturam suam q̄ fecit: agnoscat: opus suū inueniat vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus: ne deturpes homo quod tibi largitio diuina cōcessit. Opera dei imutare velle: polluere est. Illud etiā sollicite puidere debemus vt tyrannicā ire superemus insaniā: quia scriptū est. Iracundia viri instantiā dei nō operat. Et iterū. Desiderium concupiscens parit peccatū: quo pfecto mors gignitur. Diuine vocis preceptū est: vt iugi custodia tueamur animū: quia exercitatos ad supplantandū habemus inimicos: demones. s. contra quos nobis scd̄m apostolicam contestationē pugna sine intermissiōe est. ait enī. Non est vobis colluctatio aduersus carnē et sanguinē: sed aduersus principatus et potestates huius mundi. Aduersus spiritalia neq̄tie in celestibus. Ingens eorum turba per istum volitat aerem: non pcul a nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatē quidem eorum: nō est mee paruitatis exponere: sed hanc maioribus cōcedo rationē. Quod aūt in prōptu est: et ignorare non expedit: dolos. s. eorū aduersus nos compositos breuiter indicabo: hoc p̄mum mentibus debemus affigere: nihil deū fecisse quod malum est: nec ab eius institutione demonum cepisse initium. Peruersitas illa non nature: sed voluntatis est vicium. Boni etenī vtpote a deo cōditi ex proprio mētis arbitrio ad terras ruere de celis: ibiq̄ in seni sordib⁹ voluntati gētilitatis impias instruxere culturas. Et nunc de nobis torquentur inuidia: atq̄ vniuersa mala commouere non cessant: ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum et partita nequitia est. Quidā enī ad summū noscendi verticem peruenere. Alij ex comparatione peiorum videntur esse leuiores: atq̄ omnes p possibilitate virium diuisi: cōtra singulas causas sumpsere certamina. Idcirco nobis munus necessariū est spiritum discernendorum a domino petere: vt possimus tam fraudes eorum q̄ studia preuidentes: aduersus disparem pugnam vnū dominice crucis eleuare vexillum. Hoc munere paulus accepto docebat dicens. Non enī ei⁹ ignoramus astutias. Ad cuius exēplum etiam nos oportet ex his que passi sum⁹: mutuis nos inuicem instruere sermonibus. Hostile illis cōtra omnes christianos: maxie vero contra monachos et virgines xp̄i odiū est. Eorum semitis laqueos pretendunt: eorum mētes impijs atq̄ obscenis cogitationibus nitūtur euertere: sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelibus enī orationibus atq̄ ieiunijs ad dn̄m confugientibus: statim corruunt: nec tamē si paulum cessauerint: plenam putetis esse victoriam. Solent etiam saucij grauius assurgere: et mutata arte pugnandi cum in cogitatioe nihil egerint: pauoribus terrent: assumētes nūc mulierum nunc bestiarum et serpentium formas: necnon ingentia quedam corpora: et vsq̄ ad tectum domus porrectum caput: infinitas species et militū cateruas. Que omnia ad primū quoq̄ crucis signum euanescunt. His q̄ agnitis fallaciarum modis incipiunt presagare: et futurorum dierū euētus velle predicere. Cūq̄ et in his contempti fuerint: ipsum iam sue nequitie principem ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis vocant. Crebro deniq̄ antonius talem a se visum dyabolum asserebat: qualem et iob beatus: domino reuelante cognouerat. Oculi eius tanq̄ luciferi: et ex ore eius procedunt lāpades incēse. Crines quoq̄ incendijs sparguntur: et ex narib⁹

Diaboli forma

eius fumus egreditur: quasi fornacis estuan tis ardore carbonum. Anima eius vt pruna: flamma vero et ore eius glomeratur. Cuz hu iusmodi terroribus visus est demonū princeps inquit. Antonius: et ingentia sepe: vt dixi: pro mittens impietatis sue defurit lingua magni loqua: de qua dominus triumphauit ad iob di cens. Arbitratur enim ferrū vt paleas: eramentū vt lignum putridum: maria vt terram: tartari profundum tanq̄ captiuum estimabit: abyssū vt deambulatorium. Per pphetam quoq; in crepat dicens. Persequens comprehendam: et omnē orbem terrarum manu mea vt nidum obtinebo: et vt oua derelicta auferam. Sic ini quus funereas euomens voces: bene viuen tium aliquos frequenter illaqueat. Sed nos nec eius pollicitationibus credere: nec minas formidare debemus: fallit enim frequēter: ni hilq; verū innuitit. Nam si non mendacia cū cta loqueretur: quomodo talia et tam infinita pmittens hamo crucis vt draco aduncatus a domino est: et capistro ligatus vt iumentum: et quasi mancipium fugitiuum vinctus circulo: et armilla labia perforatus nullum oīno fide lium deuorare permittitur. Nunc miserabilis vt passer ad ludum irretitus a xp̄o est: nūc co mites suos quasi scorpiones et serpentes cal caneo xp̄ianorum substractos gemit. Ille q̄ vni uersa maria a se deleta plaudebat. ille qui or bem terrarum manu sua tenere pollicebatur: ecce a nobis vincitur: ecce me aduersum se p hibere non potest disputantem. Contēnēda est filioli penitus cum inanibus verbis super ba iactatio. Fulgur ille qui lucere se simulat: non veri splendor est luminis: sed quibus ar surus est indicat flammas. Nam dicto citius recedens: suarum secū refert simulacra pena rum. Solent etiam cum modulatione nonnū q̄ apparentes psallere. Proch nephas adhuc et impuro ore sacra scripturarum eloquia me ditantur frequenter legentibus nobis: quasi echo ad extremo verba respondent. Dormien tes quoq; excitant ad orandū: vt totius noctis somnū eripiant. plerosq; etiā in monachorū nobilium habitu coercent. et pristina quibus conscii sunt peccata imputant: sed spernende sunt eorum increpationes: et āmonitiones ie iunandi: vigiliarum quoq; fraudulenta sug gestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt: vt affinitate virtutum noscētes fa cilius virtutes interserant: et innocētes quosq; per speciem honestatis elidant. Impossibile

postea durumq; hoc studium predicant: vt dū onerosum esse videtur quod ceptum est: et de speratione tedium: et ex tedio succedat igna uia. Idcirco propheta missus a domino: lu ctuosa denuncians sublimi voce dicebat. Ve illi qui potat proximum suum: subuersiōe tur pida. Huiusmodi enim exhortamenta depra uatoria sunt itineris quod ducit ad celum. Id circo cum venisset dominus ad terras. et ve ra de eo demones inuiti predicarent: vere enī dicebant: tu es christus filius dei viui: voci ferantium ora claudebat: qui vinctas homi num linguas soluebat: ne cum preconio veri: peruersitatis venena miscerent: et vt nos eius exemplo: etiam si profutura suaderent: in nul lo his commodaremus assensum: quia pfecto non congruit post libertatem a domino cōces sam: et scripturarum precepta vitalia: a diabo lo viuendi cape consilia: qui suum deserēs or dinem sacrū xp̄i temerauit imperiū. Propte rea etiam dn̄s eū de scripturis loquentē iube bat tacere. quia peccatori dicit deus. Quare tu enarras iusticias meas: et assumis testamen tum meuz per os tuū. Omnia demones simu lant: colloquuntur sepe cum fratribus. sepe cū turba incōditos excitāt sonitus. Manus ap plaudunt. sibilant. insipiēter cachinnat. vt vel in puncto peccati xp̄ianum pectus introeant. Cumq; ab vniuersis fuerint repulsi. ad extre mum debilitatem suam lamentatione testan tur. Et dominus quidem quasi deus et sue con scius maiestatis obmutescere his imperabat: nos autem vestigijs sanctorum inherentes: eandem gradiamur viam: qui memoratas sub tilius fallacias peruidentes canebant. Cum consisteret aduersum me peccator: obmutui et humiliatus sum et silui a bonis. Et iterum. Ego vero tanq̄ surdus non audiebam et tanq̄ mutus nō aperiens os suum: factus suz vt ho mo non audiens. Christus silentium impera uit vt nos diabolo nihil credamus et vincimus. Si orare compellunt: si ieiunia suadent: nō ex eorum nos monitis: sed et nostra consuetudi ne dirigamus. Denicq; etiam si irruen tes mortem nobis intentare videantur: irri dendi potius sunt quam timendi: quia cum sint debiles minantur cuncta: nec faciunt. Hec quidem de istis iam transitorie dixis se me memini: attamen eadem nunc expli canda sunt latius: quia non mediocrem af fert repetitio cautelam. Aduenientе domi no destructus est inimicus. et omne penitus

Non mediocrem affert repetitio cautelam

eius robur elanguit. Propter qd pristine virtutis memor: quasi tyrannus iam senescens: cum ruisse se videat in pernicie3 grassatur humana3: nec tamen potest firmū deo pectus cogitationum et ceterarum fraudū arte peruertere. Nam luce clarius est: quin aduersarij nostri cum nec humana carne sint septi: vt causari valeant iccirco nos a se non posse superari: quia clauso ostio introire non valeant. Et reuera si fuissent hoc fragili corpore colligati: obserato introitu ijsdem negaretur accessus. Cū autem vt diximus: hoc impedimento sint liberi: et obstructa penetrent: atq3 in omni licenter volitent aere: manifestum est: ob enarrationē eoru3 permanere ecclesie corpus illesum. Denique satellites impij cu3 principe suo diabolo: quem saluator in euangelio homicidam: et patrem malitie ab initio fuisse firmat: nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent: si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior: cur nobis sathanas parcis: qui vbique discurris? Cur qui nullo clauderis loco aduersum te viuentium et disputantium non potes labefactare constantiam? Sed fortasse nos diligis: quos quotidie conaris obruere: aut credibile est: te esse bonitatis magistrum et fauere magis optimis q̄ nocere. Et quid ta3 carum tibi potest esse q̄ ledere: maxime eos qui tuis sceleribus viriliter repugnant: secundum qd scriptum est: quia abhominatio est pietas peccatori? Quis tam fecundum ad malitiam possidet pectus? Quis ta3 meditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadauer? Scimus quia iccirco viuimus xpiani: et contra te nobis est secura congressio: quia infirmatus es a domino. Ideo de tuis confoderis iaculis: quia minationem tuam non sequitur effectus. Quod si fallimur: cur cum terrore simulato: cur cum magnitudine corporum nostram aggrederis fidem? Si voluntate3 sequeretur possibilitas: tantum tibi velle sufficiat. Is enim potentie mos est: non extranea fallacie argumento conquirere: sed sua virtute complere quod cupiat. At nunc dum theatrali mutatione formarum quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere: exhaustas vires manifestius probas. Nunquid nam verus ille angelus cōtra assyrios missus a domino: aut populorum eguit societate: aut sonitus quesiuit: aut plausus: non potius tacitam exercens potestatem: centum octogintaquinque milia hostium sermone velocius interfecta iubētis domini prostrauit imperium? Vos ergo cum fragiles sitis viribus: perpetuꝰ vos consequitur interitus. An dicet aliquis. Cur diabolus egrediens beati Job omnem in ruinam impulit domum? Cur eius opibus penitus dissipatis: parietū quoq3 fundamēta subuertens: viuu3 numerose sobolis coaceruauit sepulchrum? Cur ipsu3 ad extremum diri vulneris nouitate percussit? Qui hoc opponit: audiat e diuerso: non diabolum potuisse hoc: sed dominum: a quo potestas aduersum nos dupliciter datur: vel ad gloriam si probamur: vel ad penam si delinquimus: quin potius ex hoc animaduertat: nec contra vnū quidē hominem: diabolu3 quicq̄ potuisse: si nō potestatem accepisset a domino. Nullꝰ em̄ qd sue ditionis est: ab alio depcatur. Sed quid Job memoro? quem nec expetitū potuit vincere. Nec contra iumenta quidem eius: et contra oues: nec contra sues sine concessu dei ,ppriam robur exercuit: sic ut in euangelio scriptum est. Demones aūt rogabant eum dicentes. Si eijcis nos: mitte nos in gregē porcorum. Quō igitur qui porcorum expetunt mores. imaginem dei hominē: et tam caru3 conditori animal: suo valebunt iure peruertere? Magna dilectissimi aduersum demones arma sunt: vita syncera et intemerata ad deum fides. Credite mihi experto: pertimescit sathanas recte viuentium vigilias orationes: ieiunia: mansuetudinem: voluntariam paupertatem. vana glorie contemptū: humilitatem: misericordiam: ire dominatū: et precipue purum erga xp̄m amorem. Nouit teterrimus coluber: ex precepto dn̄i: sub iustorum se iacere vestigijs: qui ait. Ecce dedi vobis potestate3 calcare super serpentes et scorpiones: et super omnem virtutem inimici. Si aute3 et diuinatione3 se habere simulantes venturos fratres nunciauerint: et affuerint quos venire predixerant: nec sic fides est cōmodēda mendacibus. ob id em̄ pcessere venientes: vt credulitas sibi paretur ex nūcio: et postea aditus ex crudelitatē fallacie. Verum in hoc nullū xp̄iano debet esse miraculū: cu3 non tantu3 qui leuitate nature p cuncta discurrunt: valeant puenire gradientes: sed homines quoq3 equoru3 velocitate preuecti nunciant affuturos. Non em̄ ea que nondu3 fieri cepta sunt referunt: quia dominꝰ solus conscius est futurorum: sed quoru3 conspiciunt in actu initiu3: eorū sibi tanq̄ fures apud ignaros vendicat notionē. Nam quātos nunc putatis: q possunt velo

loci tate puerili istum ceptum nostrosq; contra se sermones ante relatum alicuius hic positi: longe manentibus indicare. Quod vobis perspicuum fieri potest exemplis. Si quis a thebaide aut alicui⁹ regionis oppido ceperit pficisci: ⁊ hunc demones in itinere viderint ambulantez: pnicitate memorata possunt pdicere venientem. Ita ⁊ de nyli inundatione solenni: cum multas in ethiopia viderint pluuias: e quibus fluui⁹ intumescens vltra alueum effluere consueuit: precurrentes ad egyptum: nunciant amnis aduentum. Hoc autem ⁊ homines si illis celeritatis esset tanta natura: facile nunciarent. Ut enim speculator beati vauid ad verticez loci celsioris ascendens: prior q̄ hi qui in terra erant pspiciens venientes: non quedaz incerta de futuris: sed de his qui venire ceperant: nūciabat: sic et demones cura puigili omnia considerantes: rapido cursu sibijnuicez nunciant. Sed si forte contigerit: vt dei nutu ad finem cepta non veniant: h̄ est: si aut viator e media regrediat via: aut suspensis nubibus aque ad altum celi cardinem deferantur tunc decipientium vna cum credentibus error aperitur. Hec gentilitatis fuere pncipia: his presagatorū dolis apud delubra demonum: quondam credebātur oracula: que aduentu domini nostri iesu xpi indicto silentia obmutuerunt: suosq; perdidere captiuos. Quis rogo medicum: ex obseruatione morborum cū anime estuantis incendiū: de venarū pulsu leui digitoz scrutatur attactu: diuinam arbitratur habere noticiā? Quis gubernatorem nauigationis sue viā inter celi sydera requirentem: maiestatis omne venerat? Quis agricolam de aridis estatis feruoribus: aut d̄ hyemali aquarū largitate: vel frigore disputātem: non totius ex peritia laudat: q̄ dei consecrat nomine? Uerum vt concedamus paulisp si vera demones nunciarēt: respondete mihi: quis fructus est nosse venientia? Numq̄d aut sciens hec aliquando laudatus: aut punitus ē nesciens? In hoc vnusquisq; sibi pparat: seu tormenta seu gloriam: si vel negligat scripturarum mandata: vel faciat. Null⁹ ob id nostrū hanc arripuit vitam: vt habeat pscientiam futurorum: sed vt pceptis domini obediens: amicus incipiat esse de seruo. Curandum ē nō pscire que veniunt sed implere que iussa sunt nec institutioibus bonis hanc flagitare mercedem: cum magis debeamus victoriam contra diabolum ab auxiliatore domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumit: vt futura cognoscat habeat purū cor: quia credo animam deo seruientez. si in ea perseuerauerit integritate: qua regnata est: plus scire posse q̄ demones. Talis erat anima helisei q̄ alijs incognitas virtutes videbat. Nunc iam ceteras vobis demonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes angelos dei se fingere: laudare studium: mirari pseuerantiam: futura premia polliceri. Quos cum videritis taz vos q̄ domos vestras crucis armate signaculo: ⁊ confestim dissoluentur in nihilum: qr metuunt illud tropheum: in quo saluator aeras expoliās virtutes: eas fecit ostentui. Solent etiam varijs saltationibus membra torq̄re: ⁊ nostris procaciter offerre se visib⁹: vt mētem pauore: ⁊ corp⁹ horrore concutiant. Sz ⁊ in hoc fides deo tota fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorū spirituuz malorumq; discretio: que sic deo tribuente panditur. Sanctorum angelorū amabilis ⁊ tranquillus aspectus est: quia non contendunt neq; clamabunt: neq; aliquis audiet vocem eorum: verum tacite leniterq; pperantes: gaudium: exultationem: fiduciam peccatoribus infundunt. Si quidem cum illis est domin⁹: qui est fōs ⁊ origo letitie. Tunc mēs nostra non turbida: sed lenis ⁊ placida angelorum luce radiatur: tunc anima celestium pmiorū auiditate flagrans e fracto si posset humani corporis domicilio: ⁊ membris exonerata mortalibus: cum his quos videt abire festinat ad celum. Horum tanta benignitas est vt si quis pro conditione fragilitatis humane miro fuerit eorum fulgore pterritus: omnem continuo ex corde auferant metum. Ita gabriel cum zacharie loqueret in templo: et angeli cum diuinum virginis partū pastoribus nunciarent: ⁊ qui dominici corporis agebant excubias: securis videntium se mētibus ostēdentes: ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi: q̄tum et magnaruz rerū sepe concutitur aspectu. Pessimorum vero vultus truces: soni⁹ horrendi: sordidi cogitatus: plausus motusq; indiscipinatorum adolescentum vel latronum: e q̄bus confestim timor anime sensibus torpor icurritur: odium christianorum: monachorum meror: tediū suorum: recordatio ⁊ metus mortis: cupido nequitie: assitudo virtutis: cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore cōcepto successeri gaudium: ⁊ ad deum fiduciā

N. diligen
Alie demo. fallacie
bonorum q³ spiritu discre.
Metus

atq3 ineffabilis charitas: venisse sciamus au
xilium: quia securitas anime: presentis maie-
statis indicium est. Sic namq3 ⁊ abraham pa
triarcha videns deum gauisus est: ⁊ Johan-
nes cum mariam superuenisse sentiret: que in
sacri ventris hospitio vniuersitatis gestabat
parentem: exultauit necdum natus in gaudiū
Si autem incussa formido permanserit: hostis
est qui videtur: quoniam nec refouere nouit:
vt gabriel pauentem virginem ne timeat iu-
bet: ⁊ sicuti pastores nuncio cōsolati sunt: qu-
immo pauorem duplicat: ⁊ vsq3 ad profundas
impietatis foueas: vt sibi homines prosternā
tur: impellit. Exinde misera gentilitas domi-
nice interdictionis ignara falso demones de-
os opinata est: christianorum autem populos
his fallacijs irretiri non passus est dominus:
qui diabolum in euangelio audacter sibi prin
cipatum omnium presumentem repulit dicēs
Vade retro sathanas. Scriptum est enī. Do-
minū deum tuum adorabis: ⁊ illi soli seruies.
Horum verborum etiam nobis licentia est tri-
buta: quia idcirco locutus est talia: vt similitu
do tentamentorum auctoritas nostri frange-
rentur eloquijs. ¶ Illud quoq3 mi charissimi
ammoneo vt vite magis sit vobis ꝙ signorum
sollicitudo. Nullus ex vobis hec faciens: aut
ipse superbia intumescat: aut despiciat eos q̄
facere non possunt. Conuersationem magis
scrutamini singulorum: in hac ⁊ imitari vos q̄
perfecta sunt: conuenit: ⁊ implere que desunt
Nam signa facere non est nostre paruitatis:
sed domini potestatis: qui ad discipulos glori
antes in euāgelio ait. Ne gaudeatis: quia de
mones vobis subiecti sunt: sed ꝙ nomina ve-
stra scripta sunt in celis. Nominū enī in libro
vite conscriptio: testimoniū est virtutis ⁊ me-
riti: expulsio autem sathane largitio saluato-
ris est. Unde his qui non in vite laboribus:
sed in prodigijs exultabant dicentibus. Non-
ne in tuo nomine demonia eiecimus: ⁊ in tuo
nomine virtutes multas fecimus: responde-
bit dominus. Amen dico vobis non noui vos.
Discedite a me operarij iniquitatis. Non enī
nouit dominus vias impiorum: hoc ergo ma-
gnopere postulemus: vt donum spirituū di-
scernendorū mereamur accipere: quo ſm sen-
tentiam scripturarum omni spiritui non cre-
damus. ¶ Volueram quidem iam finire ſmo
nem: ⁊ silentio premere quecunq3 mee accide
rant paruitati: sed ne putetis me frustra com-
memorasse que inuenire nō possent: idcirco li
cet insipiens fiam: tamen dominus qui secre-
te mentis est inspector: nouit non me causa ia
ctantie: sed vestri gratia profectus hoc facere
pauca replicabo de plurimis. Quotiēs me ni-
mis laudibus efferre conati sunt: cum q̄ me in
nomine domini maledicta reciperent? Quoti
ens augmenta nili fluminis futura dixerunt:
cum a me audirent: ⁊ hoc ad vestram quid per
tinet curam? Quotiens minitantes vt milites
armati scorpionib⁹ equis: beluis: ⁊ varijs ser
pentibus circundederunt me: ⁊ domū in qua
eram repleuerunt: cum ego econtra psallerē.
hi in curribus ⁊ hi in equis: nos autem in no
mine domini dei nostri magnificabimur. ⁊ sta
tim misericordia christi fugabantur? Quodā
autem tempore cū ingenti luce venientes di-
xerunt: venimus Antoni nostrum tibi prebe-
re fulgorem. Et ego clausis oculis: quia lucem
diaboli dedignabar aspicere: orabam. ⁊ dicto
citius impiorum lumen extinguebatur. Post
menses autem paucos: cum me coram psalle-
rent: et de scripturis sibimet sermocinarentur
tanꝙ surdus non audiebam. Commouerunt
aliquando monasterium. Et ego mente immo
bili dominum deprecabar. Sepe strepidus: se-
pe saltationes: sepe sibilos ingesserunt: ⁊ me
psallente: sonus eorum in voces flebiles ver-
tebantur. ¶ Credite mi filioli quod dicturus
sum: vidi aliquando diabolum celsum corpo-
re: qui se dei virtutem ⁊ prouidentiam ausus
est dicere: et ait ad me. Quid vis vt a me tibi
donetur Antoni? At ego spectaculum maxi-
mum in os eius iuge minans: totum me in cū
christi nomine armatus ingessi: et statim ille
procerus aspectu: inter medias manus exole
uit. Ieiunanti etiam mihi visus est vt mona-
chus: et panes offerens: his sermonibus sua-
debat vt vescerer: ⁊ huic aliquid indulgerem
corpusculo. Et tu inquit homo es: et humana
fragilitate circundaris: labor paululum con-
quiescat: ne egritudo surripiat. Ilico luridam
faciem serpentis agnoui: ⁊ cum ad consueta
christi munimenta confugerem: tanꝙ per fe-
nestram fumus laberetur euanuit. Auri quo-
q3 decipulas mihi in deserto frequenter tetē-
dit: quod ideo offerebat: vt aut visu irretiret
me: aut tactu vapularet me. Nam sepe me a de
monibus non denego verberatum. Canebam
autem sic. nullus me separabit a charitate xpi
Ad cuius vocis auditum: in se inuicem defu-
rentes: non meo sed domini fugabantur impe
rio: qui ait: vidi sathanam quasi fulgur caden

te de celo. Hec ergo filioli: apostolici memor eloquij in me transformaui: vt propositum vestrum nec demonum terror: nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob vestram vtilitatem multa memorando insipiens factus sum: huius rei vobis impartiri cupio notionem: quam veram esse nullus ambigat audientium. Pulsauit aliquando demon monasterij ostium: egrediens video hominem enormi sublimitate porrectum caput vsque ad celum. Cum ad hoc quisnam esset inquirerem: ait. Ego sum sathanas. Et ego. quid inquam hic queris: respondit. Cur mihi frustra imputant monachi? Cur mihi christianorum populi maledicunt? Et ego iuste faciunt. Cuius enim frequenter molestantur insidijs. At illo ait. Nihil ego facio: sed ipsi se inuicem turbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo. Nonne legisti. quia defecerunt inimici framee in finem. et ciuitates eorum destruxisti? Nullum iam habeo locum: nullam possideo ciuitatem: iam mihi nulla sunt arma. Per omnes nationes: cunctasque prouincias christi personat nomen: solitudines ipse monachorum stipantur choris. Ipsi se queso tueantur et me sine causa non lacerent. Tunc ego dei gratiam cum alacritate miratus: sic ad eum locutus sum. Non tue veritati: que nulla est: tam nouam et tam inauditam ascribo sententiam. Nam cum fallacie caput sis: hoc sine mendacio coactus es confiteri. vere enim iesus tuas funditus surripuit vires: et honore nudatus angelico: volutaris in sordibus. Uix dum verba compleueram: et ille sublimis saluatoris nominatione deiectus est. Que ergo iam o filioli poterit residere cunctatio: que trepidatio manebit vlterius? Quis vos eorum turbo poterit conuellere? Secure sint anime singulorum. non sibi fingant vanas cogitationes. vana discrimina: non aliquis timeat a diabolo sublatum ad precipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas: dominus enim qui nostros prostrauit inimicos: manens vt premisit in nobis: a varijs nos sathane muniuit incursibus. En ipse diabolus: qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias: nihil se posse contra christianos fatetur. Iam cure christianorum et monachorum sit: ne per eorum inertiam vires demonibus prebeant. Nam quales nos et nostras repererint cogitationes: tales se nobis prestare consueuerunt. Et si quid in pectoribus male mentis et pauoris semen inuenerint: quasi latrones qui deserta obsident loca: ceptos cumulant timores: et crudeliter imminentes: infelicem puniunt animam. Si autem alacres fuerimus in domino: et futurorum bonorum cupido nos succenderit. si semper omnia manibus dei committamus: nullus demonum ad expugnandum valedic accedere: magis autem cum munita in christo corda conspexerint: confusi reuertuntur. Ita et iob firmatum in domino diabolus refugit: et infelicissimum iudam expolliatum fide: vinculis captiuitatis innexuit. Una est enim ratio vincendi inimicum letitia spiritualis: et anime dominum semper cogitantis iugis recordatio: que demonum ludos quasi fumum expellens: persequetur aduersarios potius quam timebit. Non est enim nescius sathanas ignium futurorum: et estuantis gehenne copiosa nouit incendia. Sed vt mea iam claudatur oratio: illud in finem commemoro. Cum aliqua se vobis obtulerit visio: audacter requirite quis sit ille: et vnde venerit: ac sine mora si sanctorum fuerit reuelatio: angelica consolatione timor vertetur in gaudium. Si vero diaboli fuerit oblata tentatio: fidelis anime percunctationibus euanescet: quia maximum est securitatis indicium: interrogare quisnam est et vnde. Sic et naue filius auxiliatorem suum interrogando cognouit: nec danielem percunctantem latere potuit inimicus.

¶ Postquam Antonius dicendi finem fecit: letantibus cunctis in alijs virtutis cupido exardescebat: in alijs infirma refouebatur fides: et aliorum mentibus false opiniones pellebantur: et aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio: simulque cum iam demonum insidias contemnerent: mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorum: quam domino tribuente: perceperat. Erant igitur in monte monasteria tanquam tabernacula plena diuinis choris psallentium. legentium orantium: tantumque ieiunandi: et vigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat: vt future spei auiditate: ad charitatem mutuam et misericordia indigentibus exhibendas: iugi studio laborarent: qui infinitam regionem quandam: et oppidum a mundana conuersatione seiunctum: plenum pietatis atque iustitie videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens: virilem illum concordie cetum cernens in quo nullus noces: nulla detractio susurronis: sed multitudo

Letari ... no

N.

abstinentium et certamen officium erat: nō in hanc statim erumperet vocem: quā bone domus tue iacob tabernacula tua israel tanquā nemora obumbrantia: tanquā paradisus sup fluuios. tanquā tabernacula que fixa sunt domino: tanq̄ cedri circa aquas. Dum hec ita geruntur: quibus in dies beate vite studium cresceret: Antonius mansionem in celo positam recordans: et presentis vite despiciens inanitatē: quasi parua essent quecunq̄ iā gesserat: separatus a fratribus instituebatur. Cūq̄ eum siue cibum siue somnum indulgere corpusculo: aut alias nature necessitates cogeret humana confectio: miro afficiebatur pudore q̄ tantam anime libertatem modici carnis termini coercerent. Nam frequenter cum fratribus sedens: a cibo qui fuerat apposit⁹: memoria esce spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen vtpote homo sepe solus sepe cum fratribus. Et cum hec mira vt prediri ageret. cū cōfusione anime adhibendam magnopere corpori diligentiam persuadebat dicens: nec corp⁹ esse penitus enecandum: ne operatio contra voluntatem creatoris dissolueretur: et ob id omne studium anime conferendū: ne vitijs superata corporeis ad eternas inferni tenebras truderetur: quinimo indultum sibi propter alteros in carne imperium vindicans domiciliū suum: vt apostolus paulus ad tertium celum subleuaret. Disserebat hoc a saluatore preceptum in quo ait. Nolite solliciti esse corpori quid vestiamini: et ne quesieritis quid manducetis aut quid bibatis. quia hec gētes querūt vester autem pater nouit q̄ indigetis his omnibus. Querite ergo primū regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis.

His rebus transactis: cum persecutio impijssima maximiani furore vesano vastaret ecclesiam: sanctis martyribus alexandriam perductis: relicto et ipse monasterio secutus est futuras xp̄i victimas: dicēs. Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos: vt aut ipsi congrediamur: aut spectemus alios preliantes. Et amore quidem iam martyr erat: sed cum tradere se vltro non valeret: et sociari confessoribus in metallis vel in carceribus constitutis: magna cum cura et libertate ingrediētes ad iudicem: exortabatur: ne terrore impiorū subacti: dominum negarent. Iamq̄ sententia coronatos exultans quasi ipse vicisset: vsq̄ ad locum felicis sanguinis prosequebatur. Quā obrem motus iudex ob antonij sociorumq̄ ei⁹ constantiam precepit nullum penitus monachorum aut obseruare iudicium aut in ciuitate versari. Et ceteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impauidus neglecto p̄secutoris imperio: lauit epepeditem: id est scapulare suum. Et alia die stās in quodam eminēti loco candente precinctus veste: procedentem iudicem suo prouocabat aspectu: flagrans cupiditate martyrij: ostēdebatq̄ nobis contemptorem penarum et mortis in christianis aīm perseuerare debere: in tantum vt contristaretur: q̄ volenti pati p̄ dei nomine: martyrium non dabatur. Sed dominus qui suo gregi parabat magistrum: seruauit Antonium: vt institutio sicuti factū est monachorum: non solum oratione eius: sed et cōspectibus firmaretur. Nūquā tamen a confessorum vestigijs separatus est: quia maxima circa eos cura et charitatis vinculo colligatus: magis carcerem patiebatur exclusus. Postq̄ autem persecutionis turbo defluxerat: et beato epyscopo petro iam ob marytrij gloriam coronato ad pristinū monasterium regressus ē: quotidianum fidei ac conscientie martyrium merebatur: acrioribus se ieiunijs vigilijsq̄ cōficiens vestimento cilicino intrinsecus desuper pellicio vtebatur: nunquā corpus lauans: nunquā a pedibus sordes abluens: nisi cum p̄ aquas transire necessitas compulisset. Null⁹ deniq̄ antonij corpus nudum anteq̄ moreretur, vnq̄ vidit. Quodam autē tempore cum ab oīm se amouisset oculis: et clauso monasterio neminem omnino susciperet: martinianus militum prepositus: cuius filia immundi spirit⁹ infestationibus quatiebatur: pulsans ostium obsecrabat: vt suo pigneri subueniret: et eriēs deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime voluit: prospiciēs vero desuper ait: o homo quid meum poscis auxiliū? Mortalis et ego sum: et tue socius fragilitatis. Si autem credis in christum cui deseruio: vade et secundum fidem tuam ora deum: et sanabitur filia tua. Confestim ille credēs abijt: et inuocato Jesu filiam reduxit incolumem. Multa et alia mirabilia per illum dominus operatus est: et merito: qui cum promisit in euangelio: petite et dabitur vobis: inuēto qui eius gratiam meretur accipere suam potentiam non negauit. Nam plures vexatorum ante monasterium eius clauso introitu dormientes fidelibus per eum ad christum precibus curabantur. Hec illi multitudo venientium

desideratam solitudinem auferens tedio fuit. Metuens itaq ne signorum copiosa conces-sio: aut suos animos extolleret: aut alios plus de se q̃ videbant in ipso cogeret extimare: ad superiorem thebaidez pergere cogitauit: vbi nullus eum agnosceret. Et a fratribus accep-tis panib⁹: sedebat super fluminis ripam: trã situ͂ nauis obseruans. Illo talia cogitante vox ad eum desuper facta est dicens. Antoni quo pergis ꝛ quare? At ille intrepide quasi con-suetam vocem loquentis agnosceret: respon dit. Quoniam non sinunt me quiescere popu li idcirco ad superiorem thebaidẽ ire optimu͂ duxi: precipue quia ea exigor: que virtutem mee pusillanimitatis excedunt. Et vox ad il-lum ait. Si ad thebaidez vadas ꝛ ad pastora-lia vt cogitas: pergas: maiorez ac duplicez su stinebis laborez. Si autem vere quiescere cu pis: vade nunc ad interius desertum. Cumq Antonius diceret: ꝛ quis mihi locum anium perit ostendere? Ignarus autẽ sum locorum Confestim ei vox que loquebatur: sarracenos indicauit: qui mercandi gratia ad egyptuz ve nire consueuerant. his appropinquans Anto nius: rogauit vt se pariter adduceret in deser tum. Nullus obnisus est: sed tanquam a deo missum comitem suscipientes: amplexi sunt eius societatez. Tribus autem diebus ꝛ nocti bus itinere confecto: inuenit montem valde excelsum: ad cuius radices fons aque dulcis labebatur. Et campus haud magnus totu͂ am biens montem: qui palmis per paucis: ꝛ his neglectis consitus erat. Tunc Antonius lo-cum quasi a deo sibi offerretur amplexus est. Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam se denti qui loquebatur: ostenderat. Et primo q̃ dez accipiens a comitibus panes solus remã-sit in monte: nullo alio cum eodem conuersan te: Quasi propriam enim domum agnoscens: habebat locum illum. Sarraceni quoq vidẽ-tes eius fiduciam optato. per eum trãsitu pa nes eidem cuz letitia deferebant: nec non pal marum licet mediocri: attamen aliquanto so-latio refouebatur. ¶ Exinde cum fratres agni to loco tanquã ad patrem filij: sollicite alimẽ ta transmitterent: videns Antonius q ob su um refrigerium: multis onerosus labor: indi-ceretur: ꝛ parcens etiam in hoc monachis: rogauit vnum de aduenientibus vt sarculum sibi bis acutum cum frumento deferret. Qui-bus allatis circuiens montez haud grandẽ: culture aptum reperit locum ad quem deriua ta aqua desuper poterat influere. Ibiq semi-nauit: atq exinde annuum sibi panem labo-rans: gaudebat q sine cuiusq̃ molestia et p̄-prijs manibus viueret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cepissent: misertus est lassitudini eorum: et olus in par-uo terre cespite coluit: vt post asperum iter aliquãdo venientes: solatio refouerentur. hoc fratrum fuit refrigeriuz: ꝛ paruulam messez: quam bestie: que propter aquam illuc aduení ebant depaste sunt: e quibus vnam apprehen dens dixit omnib⁹. Cur me leditis: nihil a me lese? Abite: et in nomine domini: ne huc ap-propietis vlterius. Quis non credat post hãc denunciationem quasi timentes: nunquam il luc bestias propinquasse? Sic Antonium im penetrabilia montium ꝛ deserti intestina cap-tantem: orationibus etiam deditum introeun tes fratres magnis vix precibus extorserunt: vt oliuas et legumen ꝛ oleum: quod post men ses aliquod ministrabãt: dignaretur accipere ꝛ senili modicuz laxaret etati. Proch nephas quantas ibi conuersans expertus est luctas: vere secum quod scriptum est: non illi aduer-sus carnem ꝛ sanguinem fuisse collutationẽ sed aduersum principat⁹ et potestates: ab his qui ad eum ingrediebantur: agnouimus. Il-lic enim tumultus voces et populi: armorũq sonitus prorsus plenum montem demonum multitudine se vidisse referebant: ipsum etiã quasi contra inimicos palam resistentez: ꝛ for titer colluctantem. Qui tamen ꝛ aduenientes suo refouebat hortatu: et flexis genib⁹ armis q orationum: omnez sathane prosternebat ex ercitum. Admiratione plane dignum est: iam immani solitudine vnum hominem: nec demo num quottidianas expauisse congregationes nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptiliu͂: diuerse cessisse feritati. Iuste dauid cecinit: Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum. Immo-bilem ꝛ tranquillam retinens animi firmita-tem: et demones fugabat: et feras: sicut scrip tum est: secum pacificabat. Sed ꝛ diabolus: vt supradictus propheta ait: obseruans eum: frendebat dentibus suis: et ille saluatoris au-xilio: ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs Quadam ergo nocte cum peruigili cura obse craret dominum: tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit: vt omnes he-remi beluas circum se aspiceret. Que cum ri ctuoris morsum corpori imitarentur: intel-

Miracu

lexit hostis astutias: dixitq;. Si a dño in me
vobis est tributa licentia devorate concessum:
si autem demonū huc venistis impulsu: quã
totius abite: quia xp̄i famulus sum: ita factũ
est: & cum iubentis voce omnis bestiarũ mul
titudo quasi maiestatis verbere cederetur: au
fugit. ¶ Non multi post hec fluxerant dies: &
alia orit cum eodem hoste certatio. Operan
te illo (nam semper: vt venientibus pro his:
que sibi detulerant: aliquod munusculum re
penderet: laborabat) die quadã sportelle te
xebat triciam: siue funiculum. Ad cuius mo
tum exurgens: vidit bestiam pubetenus hu
manam speciem preferentẽ: que exinde in a
sinam finiebatur. Post cui⁹ aspectum vexillũ
crucis in fronte sua pingens hoc tm̄ ait. Chri
sti seru⁹ sum: si ad me missa es non fugio: nul
lum in medio spacium: & statim in forme ꝓdi
giũ dicto ocius cum satellitum turba fugit: &
in medio cursu ruens extinctũ est. Ista autem
explosi mors atq; enecatio prodigij: demonũ
erat cõmunis interitus: qui omni studio labo
rantes: Antoniũ a deserto deducere non va
luerunt. ¶ Mirandis plus miranda succedũt
Nõ grande post ista temp⁹ excesserat: & tanta
rum victoriarũ homo fratrũ precib⁹ vincitur.
A monachis eñ rogatus vt eos dignaret in
uisere: vna cum his ꝓfectus est: impositis ca
melo aqua & panib⁹: quia nusquam preter mo
nasterij locum: ex quo hauserant: potabilis a
qua per arentem viam reperiebat. Uerum in
medio itinere: bibendi subsidia defecerunt.
Ardor nimius: estus intollerabilis: mortem
cuncta minitantur. Circueunt: & querunt sal
tim collectam pluuijs lacunam: nihil prorsus
remedij: nihil occurrit penitus ad salutem. Ca
melus quasi periturus: & ipse estuans dimitti
tur: estuãs pectus exuritur: & sitis desperatio
neferuescit. Mouit senem fratrum cõe discri
men: & vehementissime cõtristatus ingemuit
Dehinc ad solita precum auxilia cõfugiens
paululum ab eis secessit: ibiq; genibus fixis:
supplices man⁹ tetendit ad dominũ. Nec mo
ra: & ad primas rogantis lachrymas: in oratio
nis loco: fons ebulliẽs erupit: ibiq; extincta
siti: & arentia mẽbra refecta sunt: & plenis vtri
bus inuentum potant camelum. Ita enim ca
su euenerat: vt camelus errans per heremum:
dum funiculum trahit: in quodã lapide eiusdẽ
alligatione funiculi teneretur. Tandem con
fecto itinere ad monachos: qui inuitauerant:
peruenit. Tunc vero quasi patri omnes obuiã
currunt: & honorifico salutatu in oscula eius &
amplex⁹ certatim ruũt. Proposito seruẽti gau
det Antonius: & letãtibus de aduentu suo cũ
ctis quasi xenia de monte portans spiritua
lia impartitur alimenta. Laudat veterum stu
dia: hortatur nouorũ. Sororem quoq; iam ve
tulam virginem videns: et aliarum puellarum
magistram: mira exultatione sustollitur.
Exinde quasi diu abesset ab heremo: rursum
festinauit ad montem. Plurimis iam ad illum
venientibus cum etiam vexati a demonibus
malo necessitatis coacti auderent deserta pe
netrare: quos ille consolans: et monachis in
commune precipiens: aiebat. Credite in Je
sum fideliter: mentem a malis cogitationi
bus: carnem ab immundicijs seruate puram:
et iuxta eloquia diuina: ne seducamini in sa
turitate ventris. Odite vanam gloriam: orate
sepissime: psallite vespere & mane & meridie:
et mandata scripturarum reuoluite. Recorda
mini gestorum que sancti quiq; fecerunt: vt
exempli memoria animam incitet ad virtutẽ
refrenet a vitijs. Suadebat etiam iugi medi
tatione retinendum apostoli sermonem quo
ait: sol non occidat super iracundiam vestrã.
Non tantum autem super iracundiam solem
occidere non debere interpretabatur: sed et
super omnia delicta hominum: ne peccatorum
vnꝗ̃ nostrorum: aut in nocte luna: aut in die
sol testes abscederent. Illius quoq; ammone
bat precepti quod dicit. Dijudicate vosmetip
sos: et probate: vt rationem diei noctisq; faci
entes: si in se delictum deprehendissent: pec
care desisterent. Sin autem nullus error dece
pisset: perseuerantes instarẽt potius incepto
ꝙ̃ arrogantia timidi: aut alios contemnerẽt:
aut sibi iusticiam vendicarent: iuxta supradi
cti doctoris eloquium dicentis. Nolite iudi
care ante tempus: magis debere eos christo:
cui soli occulta patent: reseruare iudicium.
Multas esse: vt scriptum est vias: que viden
tur hominibus iuste: sed fines earum ad pro
fundum respicere inferni. Sepe nostra non
posse nos intelligere peccata: sepe falli in ra
tione gestorum: aliud esse dei cuncta cernen
tis iudicium: qui non ex superficie corporum
sed ex mentium iudicat archanis. Equum au
tem esse nos nobis compati: et inuicem one
ra nostra portare: vt concesso examine salua
tori: proprias conscientias nosmetipsos diju

...licantes intueremur. Necnō precipiebat magnam esse virtutis viam: si singuli vel obseruarent quid gererent: vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare: cum relaturus esset ad alium quecunq; peccasset: et subire pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio peccare: etiam si peccet: tamen testem vitare peccati: mentiri magis et negare: et vetus delictum nouo inficiendi augere delicta. ¶ Igitur quasi sub oculis agentes nostris: et cogitatu confundimur et actu: si omnia referenda faciamus: multo autem magis si peccata nostra fideliter describentes: digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictorum fratrum videbitur oculis: tunc timebimus peccati maculas: conscientie ipsi nos arguent apices. Et quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad presentiam ceterorum: ita et nos erubescemus ad litterarum scripturas: hec agamus: hanc virtutis gradiamur viam: et corpora mentibus subiugantes: perniciosas diaboli conteramus insidias. Talibus sermonibus hortamēti sep: et venientes ad se monachos incitabat ad studium: et parentibus condolebat pluresq; eorum dominus per anthonium liberauit. Nunq; tamen: aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam: aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis autem eodem semper animo et vultu manēs gratias deo referebat: suadens occupatis: vt correptionem qua vexabantur patientius ferrent. Non enim antonij: aut cuiusq; hominum omnino hanc esse medicinam: sed dei solius: qui et quibus vellet: et quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione suo: et vexatos equanimiter ferre tentationem et iam liberatos non sibi: sed deo gratias referre docebat. ¶ Fronthο autem quidam vir ex palestinis: qui infestissimo demonio vexabatur. Nam et linguam eius laniabat dentibus: et oculorum nitebatur lumen extinguere: perrexit ad montem: rogabatq; beatum senem: vt pro se dominum rogaret. Orauit Antonius: dixitq; ad eum. Vade: et curaberis. Illo incre...ulo sibi: et violenter ibidem contra preceptū demoranti: eadem geminabat Antonius dicens. Hic curari non poteris: egredere et calcata egypto statim te misericordia christi consequetur: Tandem credidit: et profectus est: ac viso egypto secundum promissionem senis: quam ei dominus oranti reuelauerat infestatio cessauit inimici. ¶ Virgo vero quedā que a tripolitane regiōis ciuitate deuenerat: inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta oculorum lachrymę: aurium putridus humor in terram cadeos et confestim in vermes vertebatur. Augebat calamitatem corpus paralisi dissolutum: oculos quoq; peruersos contra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes: cum ad anthonium monachos ire didicissent: credentes in domino: qui pertinacem sanguinis fluxum in euangelio tactu fimbrie stare precepe rat: rogauerunt: vt miserabilem filie comitatum susciperent. Illis renitentibus eam vsq; ad Antonium perducere: remansere parētes foris cum filia debili: apud beatum confessorem et monachum paphnūcium: qui effossis pro christo oculis sub maximiano persecutore: tali dehonestamento corporis plurimū gloriabatur. Peruenerunt igitur ad anthonium monachi. Cūq; de morbo puelle referre dispone rent relationem eorum senis sermo preuenit: et omnem debilitatis et itineris vsq; ad sctm̄ Paphnuncium causam: quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus aūt eum monachis: vt parentib' cū filia permitteret ingressus: non cōcessit: sed ait. Ite et inuenietis puellam si nō est mortua curatam. Et adiecit. Nullus debet ad meā humilitatem peruenire. q: largitio curationum non est humane miserie: sed iesu xpi misericordie: que vbiq; in se credentibus prestare consueuit auxilium. quobrē et illa pro qua petitis: suis precib' liberata est. et cum ad dominū orarē ego: mihi p̄sentia sanitatis eius indulta est: dixit: et verba eius puelle incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatū Paphnūciū et filiam sospitem: et parētes letos repererunt. ¶ Non multum autem post istos dies: cum duobus fratribus introeuntibus ad Antoniū aqua in itinere defecisset: et vt vno siti mortuo alter iaceret in terra mortē expectās: Antoni' sedens in monte celeriter ad se duos monachos vocauit: qui forte ibidē sunt reperti: et festinato precepit: vt lagenam aque assumentes: inuaderent iter quod ducit ad egyptum: dixitq;. Unus e fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad dominum alter si non cucurreritis: addetur. Hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait:

et iuxta preceptū eius monachi festinātes: ex-
tinctū corpus inueniūt terra, p id operiētes:
alterū refocillatū suo iunxerunt comitatui.
Erat autē spacium itineris vnius diei. For-
tasse aliquis hoc querat: cur nō anteq̄ more-
retur Antonius dixerit: incongruo prorsus
christianis argumēto vtitur: quia non Anto-
nij: sed dei fuit iudicium: quia ꝛ de recedente
quam voluit sententiam tulit: ꝛ de sitiēte reue
lare dignatus est. hoc tantum in Antonio mi
rabile est: q in monte remotissimo sedens cor
de peruigili cuncta procul posita dn̄o indican
te cognosceret. ¶ Alio rursus in tēpore cū se-
deret in mōte: ꝛ oculos subito tendisset in ce-
lum vidit nescio quā animā letantibꝰ in eius
occursu angelis: ad celum pgere. Cuius spe-
ctaculi nouitate stupefactus beatū dixit san-
ctorū chorū: orauitq̄ vt sibi ei presentis agni-
tio panderet. Et statim vox ad eū facta inqui
ens istā esse Ammonis monachi aiam: qui ny
trie morabatur. Erat aūt ammon vir grande-
uus q̄ pseueranter a pueritia vsq̄ ad senectu
tem in sanitate vixerat. Jtinere quoq̄ dierū
.xiij. spatio a nytria locus ī quo sedebat Anto
nius diuidebatur: vidētes aūt eū mōachi am
mirantē q̄ venerant deprecati sunt: vt causā
hilaritatis ediceret. Quibus ait. Modo am-
mon quieuisse: quē ppter frequētem eius ad
antoniū cōmeatum: ꝛ ppter celeritatē indul-
torū ei a dn̄o signorū optime nouerant: de qui-
bus etiā vnū dicendū est. Necesse ei fuit ali-
qn̄ flumen noīe licum subitis aquis inunda-
tum transuadere: rogauitq̄ theodorū qui cum
ipso erat: vt paululum a suo separaretur aspe
ctu: ne nuditatem corporis inuicem vterq̄ cō
spicerent. Recessit theodorus. Nihilominus
ille seipsum cum nudare vellet erubuit. Cogi
tantem autem eum in alteram ripam virꝰ di-
uina transposuit. Rursusq̄ theodorus vir: et
ipse deo deuotus transiens ad senem mirari
cepit: q tam velociter fluuium transuadisset.
Cumq̄ nihil humoris in pedibus: nihil in ve
stibus eius aque conspiceret: rogauit eum: vt
tam incredibilem translationem quasi filio
pater exponeret. Nolente illo dicere que acci
derant: amplexus est pedes eiꝰ: iurauitq̄ nō
se dimissurum priusq̄ sibi id quod celabat re
ferret. Uidens ergo senex cōtentiose vincere
volētē fratrem: exegit vicissim ab eo: vt nulli
hoc ante suam mortem indicaret: atq̄ ita con
fessus est: se subito in alterā ripam fuisse trā
positum: neq̄ omnino vndis impressisse vesti
gia: dominici corporis hoc tantūmodo priui-
legium asserens et eorum: quibus ipse: vt apo
stolo petro donauerat: vt aquarū leuitate hu
manū corpus insisteret. Hec autem theodo-
rus premisso tempore non dixit: post eiꝰ mor
tem retulit. ¶ Monachi ergo quibus dixe
rat Antonius de morte ammon: notauerūt di-
em: ꝛ venientibꝰ de nytria fratribus: post di-
es triginta sciscitantes: reppererūt illo die il
lā hora dormisse ammon: qua aīam eius fer
ri senex viderat: vtriq̄ igitur puritatē mētis
in antonio mirati sunt: quomodo rei tam lon-
ge geste statī ad eū fuisset perlata cognitio.
¶ Archelaus quoq̄ comes: cū eū inuenisset
in exteriori mōte: rogauit: vt oraret pro poli-
craria publij filia: que in laodicia erat: admira
bili ꝛ christo dedita virgine. Patiebatur enī
pessimos stomachi ꝛ lateris dolores: quos ie-
iunijs nimijs vigilijsq̄ contraxerat: ꝛ erat pe
nitꝰ toto debilis corpore. Orauitq̄ antonius:
et diem quo oratio fuerat facta: annotauit ar-
chelaus. Redit in laodiciam: ꝛ inuenit virgi-
nem incolumen. Percūctatus diem sanitatis
repperit tempus medele: cum annotatione cō
gruere. Et omnes ammirati sunt: agnoscētes
eo tēpore illam a domino fuisse a doloribus li
beratam: quo orans Antonius pro ipsa: boni-
tatem saluatoris inuocauerat. ¶ Sepe etiā ad
se venientium turbarū: ante dies ꝛ menses:
et causas predixit ꝛ tēpora. Nā quosdam vidē
di eum tantum desideriū alios imbecillitas:
nōnullos obsessa a demonibus corpora ptra-
hebant: nemo tamen vnq̄ vexationem: aut de
trimētū laboriosi itineris ɔquestus est: regre
diebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille
precipiebat: non sue laudi hanc ammiratio-
nem ab eis applicari debere: sed domini: q̄ sui
notionem hominibus p capacitate mortalita
tis indulserit. Quodam autem tempore cum
exisset ad exteriora monasteria: ꝛ rogatꝰ eēt a
fratribus: vt in naui quadā cū monachis p-
ficiscentibus oraret: ascēdit: et solus ex oibꝰ
odorē sensit teterrimū: asserebant cuncti pis-
cium salsorum et caricarum in naui positarū
hunc esse putorem. At ille alterius rei fetorē
se sentire affirmauit. Adhuc loquēte illo: ado
lescens quidam possessus a demone: qui pce-
dens iuxta carinam se nauis absconderat re-
pente exclamauit: Quo statim per Antonium
in noīe dn̄i iesu christi curato: intellexere vni-
uersi diaboli illum fuisse putorem. ¶ Aliꝰ quo
q̄ eum vir inter suos nobilis demoniosus ad

ducitur tanta oppressus insania: vt non sciret se esse apud antoniū: necnō & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant: vt pro illo dominum oraret: intm̄ iuuenis miserie condoluit: vt tota nocte peruigilans cum eo: aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cū iam lucesceret: et obsessus impetu in Antoniū facto: vehementer eū p̄ impulisset: irasci cepūt qui eum adduxerant: cur seni fecisset iniuriā Quibus Antonius ait. Nolite alienā culpam iuueni misero ascribere: furor iste obs' dentis est: nō possessi. Idcirco antem in hāc prorupit dolens hostis audaciam: quia dominus ad aridam regionem ire eum iussit: & expulsi sathane iudicium iste aduersum me impetus fuit. Nulla post verba et mora: et adolescens recepto sensu: et gratias agens deo: et locum vbi esset agnouit: et toto antonium complectans: deosculatus est affectu. ¶ Innumera et alia istiusmodi signa sunt: que monachorum concordi sepe relatione cognouimus. Uerum nō tantum his adhibēd' est stupor: q2 multo plus que sequuntur conditionem nostre fragilitatis excedunt. Hora circiter nona: cum ante cibum orare cepisset: raptū se sensit in spiritu: & ab angelis in sublime ferri, p̄hibentibus transitus aereis demonibus: ceperunt angeli contradicentes requirere que esset causa retinēdi nullis existentibus in antonio criminibus Illis vo ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus: calumniosa angeli ora clause runt dicētes: nō debere eos a natiuitate eius delicta narrare: que iam christi essent bonitate sopita: si qua antē scirēt ex eo tempore: quo factus est monachus: & deo se consecrasset: liceret proferri. Accusabāt demones multa p̄ audaciter mētientes: & cum deessent probamen ta fallacibus: liber antonio conscensus aperit Statim rediens in se: in eo loco in quo stare ceperat: hoc se rursum vidit esse quod fuerat Tunc vero oblitus esce ex illa hora noctem gemitu: ac lamentatione transegit reputās secū humanorum hostilium multitudinē: & collucta tionem tanti exercitus: & laboriosum per aerē iter ad celū: & hoc apostoli dictū quod ait. Nō est vobis colluctatio aduersus carnem: sed aduersum principes potestatis hui' aeris. Qui sciens aereas potestates ob id semper tētare: luctari: & contendere: ne nobis liber transit' esset ad celum: hortabatur monens. Assumite arma dei: vt possitis resistere in die mala: vt nihil mali habēs: quod de vobis dicere possit inimicus confundatur: nos autē apostolici sermonis recordemur dicentis. Siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. & paulus quidem vsq ad celum tertium raptus ē: ibiq auditis verbis ineffabilibus descendit. Antonius autem vsq ad aerem sublatus post colluctationem liber conscensus apparebat. Habebat etiā istiusmodi donum. Si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset: & eius secum inquireret notionem: oranti ei a domino reuelabatur: & erat secundum quod scriptum est a deo doctus. ¶ Deniq cum a fratribus haberetur iste tractatus: & ab eo sedule sciscitaretur. quēadmodum se post corporis sarcinā anima gereret: quiue ei locus post exitum concederetur: proxima nocte vox desuper nomen ei' inclamitans ait. Antoni exurge: exi: et vide. Qui exurgēs egressus ē: sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad celum oculis: vidit quendam longum atq terribilem caput: vsq ad nubes attollentem: vidit etiā pēnatos quosdam euolare cupientes ad celum atq illum extensis manibus prohibere transgressum: e quibus alios appr ehēsos elidebat ad terram. alios frustra retinere contendens dolebat super se ad celestia trāsuolare: & maximū gaudium mixtum merore: victi victoresq tribuebant. Statimq ad eum vox facta est dicens. Animaduerte quod vides Et tunc cepit illuminato corde intelligere: animarum esse consensum: & diabolū prohibentem: qui & sibi retineret obnoxios: & in sanctorum quos decipere non poterat: cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus: quottidie ad meliora crescebat. Neq vero id quod sibi reuelatum fuerat causa iactantie: fratribus indicabat: sed cum orans iugiter dei laudaret auxilium: interrogantibus compellebatur edicere: nec spirituales filios pura ī xp̄o anima occultare quicq̄ volebat: presertim cum huiusmodi signorum relatio: et amorem ministraret proposito: & fructū laboris ostenderet. Nū q̄ ille: aut fra subita cōcitatus patientiam rupit: aut humilitatē erexit in gloriam. Nam omnes clericos vsq ad vltimū gradū ante se orare compellens: Episcopis quoq atq presbyteris: quasi humilitatis discipulus: ad benedicendum se caput submittebat. Dyaconos vero qui ad eum vtilitatis causa veniebant: cum pro adiutorio eorum eis presentibus disputaret: ad orandum dominū sibi proponebat: non

visio

Anim

=

surrectio copuletur: passionē diuinam stolido
laceratis eloquio: ⁊ non statim iungitis cecoꝛ
rum visum: surdoꝝ auditum: claudoꝛum gres
sum: lepꝛe emundationē: seruiens ambulanti
deo suo mare: demonū fugas: resurrectionem
moꝛtuoꝛum: ⁊ defunctoꝛum ab inferis reddi
tus? Hec omnia scripturis quas interpolatis
inserta sunt: ⁊ iisdem voluminibus continen
tur pꝛeconia maiestatis ⁊ moꝛtis. Quamobrē
odio quo imbuti estis abiecto: inuenietis illicō:
⁊ deū verū esse iesum: ⁊ salutis humane gra
tia fragilem assumpsisse naturam. Vestram tñ
nobis si nō pudet: narrate religionē. Sed q̄s
(o erroꝛ infelix) poteris referre culturas de
tanta rerum feditate atq̄ vecoꝛdia? nisi foꝛ
te: vt audio: fabulas asseritis deoꝝ vestroꝛū:
⁊ obscenitates ⁊ crudelitates: ⁊ vanitates: et
moꝛtes: tegentes eas allegoꝛicis velaminib⁹:
liberū raptum terram ꝓserpine: semiclodum
vulcanū ⁊ debilē ignem: iunonē aerē: appolli
nem solem: dianā lunā: neptunū maria: ⁊ libi
dinū pꝛincipem iouē etherem interpꝛetantes.
Nec post hanc excusationis ꝓcacitatem: deū
sed creaturas contempto creatoꝛe suscipistis.
Quod si pulchritudo vos elementoꝝ ad suam
traxit venerationem: modum fas erat custodi
re: ⁊ opoꝛtebat mirari tantū: nec colere: ne fa
cture veneratio creatoꝛis esset iniuria. Nam
s̄m illiusmodi: quam vos sequimini: ratio est
ꝑpostera atq̄ peruersa: ⁊ architecti honoꝛ mi
grauit ad domū: ⁊ medici scientia ad remedia
conferetur: omniū quoq̄ artificiū merita vel
laudes ad opa transferentur. Quid ad hec di
citis: vt agnoscam⁹ que sit crucis ridicule vo
bis ignominiosa confusio? Hac disputatione
conuertentibus inter se philosophis oculos:
simulq̄ musitantibus: subridens Antoni⁹ rur
susq̄ p interp̄tātem ait. Predurū namq̄ cun
cto videtur opi: quotiens iusso vniuerse rei te
noꝛe calcato: laboꝛis merita factis magisq̄ fa
ctoꝛibus astruunt: Elementa quidem: vt me
moꝛaui ex ipso conspectu suā compꝛobāt serui
tutem. Sed q̄m vos obseruatione dialetica ne
cessaria: vt putatis: queq̄ colligitis: hoc q̄ ar
tificio: etiam nostram religionē compellitis af
firmare. Respondete mihi. Cognitio dei quē
admodum manifestius appꝛobat: p lectionem
verboꝝ: an p opationē fidei? Et quid antiqui
tus est: opatio fidei: an disputatio p argumen
ta ꝓcedens? Illis rñdentibus firmioꝛē s̄mo
nibus opationē esse: ⁊ hanc liquidā de deo co
gnitionē: bene eos ⁊ ipse dixisse consensit: qꝛ

opationem: q̄ ex fide descendit animi gener at
affect⁹: dialeticā vero ex artificio cōponentiū
sumpsisse oppositiōis exoꝛdia. Cum ergo ait
opationem fidei animo sitam quis habuerit:
supflua erit verboꝝ cōpositio: p quā cōceptā
sensu nostro credulitatem tentatis euellere: et
tñ sepe nostras explicare intelligētias nō va
letis. Ita solidioꝛa sunt mentis opa: q̄ sophis
matū fraudulenta conclusio. Nos xp̄iani my
steriū vite nostre: nō in sapia mundi habemus
repositū: sed in virtute fidei: que nobis a deo
tributa p xp̄m est. Hanc oꝛationis mee verita
tem: rerū quottidie geruntur oꝛdo cōmendat
vobis impitis ⁊ litterarū vestrarū ignaris ad
dei cognitionem: cuius solum verba sufficiunt.
Ecce nos tot gentilitatis gregib⁹ abstractis
in vniuersum oꝛbē quottidie ꝓpagāmur: vo
bis vero post aduentū dñi nodose sophismatū
defecerunt versutie. Ecce nos simplicem xp̄i
fidem docti idolatriam debellauim⁹. ⁊ p p̄dica
tionem ignominiose crucis: aurata tēpla ceci
derunt. Vos si potestis: ostendite qua cōtē
tione verboꝝ gentilitatē xp̄o ꝑponere suaseri
tis. Per omnes iam terras de⁹ dei filius xp̄s
est agnitus: nihil eloquentia sophismatum ni
hil disputatio pbie multitudini potest obesse
credentiū. Crucifixum nominam⁹: ⁊ vniuersi
demones: quos vos ⁊ deos colitis: rugiūt atq̄
ex obsessis coꝛpib⁹ ad p̄mū dñice cruc signū
fugantur: Ubi sunt illa fabulosa oꝛacula? vbi
egyptioꝝ incātatiōes? q̄ magoꝝ ꝓfecere car
mina? Certe tūc vastata sunt oia: cū de sua cru
ce mūdo xp̄s intonuit. Nihilomi⁹ vos ꝑtermis
sis debilitatoꝝ cateruis: gl'iosam iesu moꝛtem
irridere conamini. Illud aūt quale est: q̄ nun
q̄ infestatiōe regali cōcussa gētilitas: imo se
culo cara: ⁊ hoim pꝛesidiis fulta iam coꝛruit?
Nos famuli xp̄i q̄ plus p̄mimur: eo magis as
surgim⁹ ⁊ floꝛem⁹. Vestra simulacra oꝛnatis
quondā septa parietibus. iam vetustate collap
sa sunt. Xp̄i vero doctrina: que vobis stultitia
videtur: ⁊ ludus: licet tyrannica persequētiū
pꝛincipū temptamēta ptulerit: licet variis sit in
cursata terroꝛibus: nullū tñ terrarū oꝛbe con
cludit: nullo gentiū barbarū fine ꝓhibetur.
Quē eni diuine scientie tant⁹ splendoꝛ illuxit?
Quando tot simul in se conuenere virtutes?
cōtinentia in matrimonio: virginitas in eccle
sia: floꝛet martyrum pꝛo dño suo gloꝛiosa con
stantia: quoꝝ omniū crux xp̄i pꝛincipiū est. Cū
interim eos inter tantos virtutum choꝛos: sy
logismoꝛum retia tenditis: ⁊ veram rerum lu

cem tenebroſis conamini argumẽtationibus obuoluere: Ecce nos vt dixit doctor noster: nõ in gentili perſuaſione: ſed in fide apertiſſima ſuademus: que verborum affirmationem pre uenire conſueuit. Aſſunt quippe patientes a demonibus vexati: quos cum in medium pdu xiſſet: verba repetiuit dicens. Nunc vos colle ctionibus veſtris: et quo vultis malefico car mine deos vr̃os quos putatis expellite: ſinau tem non poteſtis victas ſummittite manus: et ad chriſti trophea confugite: et ſtatim crucifi xi credulitate maieſtatis potẽtia proſequeꝛ. Dixit: et inuocato nomine ieſu: cum vitale ſi gnum in ſacro numero trinitatis preſſiſſet in frontibus: vna cũ expulſis demonibus: vana preſentium phõrum confutata ſapientia eſt. Expauerunt enim ſtupẽtes hominẽ: cui poſt tantum ingenium affluxeret ſignorum diuina largitio. At ille vniuerſa chriſto: qui curaue rat aſcribens: vſus eſt affectu reciproco: et ait. Nolite me putare his ſanitatem dediſſe: chri ſtus per ſeruos ſuos facit iſta miracl'a. Credi te et vos: et videbitis: quia deuota deo fides: non eloquentie vanus tumor talia ſigna mere atur. Confugite ad crucifixi legem: noſqꝫ ei⁹ imitamini famules: et hoc ſcientie fine contẽ ti: nulla deinceps ſecularis imprudẽtie argu menta queratis. Hactenus Antonio dicente: miro philoſophi ſtupore perculſi: et cum hono rifico ſalutatu ab eo recedentes: multũ eius ſibi fatebantur profuiſſe conſpectum. ¶ Hoc in eo viro mirabile eſt: vt hominem in extre mo mundi limite conditum: et fauor princi pum: et omnis celebraret aula regalis. Nam et conſtãtin⁹ auguſtus: et ei⁹ liberi cõſtans atqꝫ cõſtãtius talia cognoſcẽtes: crebro ad eũ qua ſi ad patrem miſſis litteris obſecrabant: vt re ciprocis eos ſcriptis hylararet. at ille eiuſmo di manens: qualis et anteqꝫ littere ad eum ve nirent fuerat: nec ſalutatione principum mo uebatur: et tanqꝫ nõ acceptis litteris conuoca tis monachis aiebat. Reges ſeculi ad nos mi ſerunt epiſtolas que hic xp̃anis adhibẽda mi ratio eſt? Licet enim diuerſa ſit dignitas: atta men eadẽ naſcendi moriendiqꝫ conditio eſt. Illa ſunt veneratione omni pcolenda: illa to to animi affectu retinenda ſunt: qꝫ hominib⁹ deus legem ſcripſerit: qꝫ p filium ſuum pro prijs eccleſias ditauerit eloquijs. Que mona chis eſt rõ: cum epiſtolas regum. Cur accipiã litteras quibus conſueta neſciaꝫ reddere ſalu tationis obſequia? Igitur rogatus ab vniuer

ſis fratrib⁹: vt xp̃ianos reges ſuis litteris re frigeraret: ne ſcꝫ p ſilentiũ eius exaſperaren tur: ad ſuſceptas epiſtolas conueniẽtia reſcri pſit. Laudauit primũ qꝫ xp̃m colerent deinde ſalutaria perſuaſit ne magnã putarẽt regiam poteſtatẽ. ne preſentis carnis imperio tumẽ tes: ſe homines eẽ neſcirent: et iudicandos a xp̃o obliuiſcerentur. Ad poſtremum clemẽtie circa ſubiectos et iuſticie: curã quoqꝫ inopum admonuit: atqꝫ vnum ſempiternũ eſſe regem oĩm ſeculoꝝ ieſum xp̃m epiſtolis teſtatus eſt. His principes ſuſceptis vehementiſſime le tabantur. ¶ Sancta qꝫ apud cunctos Antonij flagrabat opinio: ita vt eius ſe filios cuperẽt notari. Magna etenĩ cum aduenientibus af fabilitas: omniũ in ſe ſtudium conuerterat. Poſtqꝫ ergo gentiles confutati: reges admo niti: fratres ab eo ſunt conſolatione reuelati ad interiorem montem: et ad rigorem ſolitum regreſſus eſt: ibiqꝫ ſepe cum introeũtibus de ambulans ac reſidens ſtupebat: ſicuti in dani ele ſcriptum eſt: et interiectis horarũ ſpacijs conſequẽtia reſpondebat: vt intelligereꝛ ali qua reuelationis vidiſſe ſecreta. Nam in mõ te poſitus: ea que in egypto longe gerebãtur preuidens: ep̃o Serapioni ibi conſtitutio nar rauit. Lamentabilis ſequitur viſio: et omni la chrymarũ fonte plangenda. Cũ eñ cũ fratri bus circa ſe ſedentibus oparetur. intente fi xit oculos in celum gemẽs atqꝫ ſuſpirans. Et poſt aliquãtũ ſpacium reuelatiõis incepte: ni mio dolore contremuit: et ſtatim fixis genib⁹ ante dei vultũ puolutus orauit: vt clementia ſua futurũ aduerteret ſcelus: Succedunt ora tioni lachryme: metus ingens inuadit p̃ntes: obſecrant vt ante calamitatis exponeret viſio nem. Singultus occupant vocem: lingua fle tibus prepedit: et in medio conatu ſermo ge mitu interrumpitur. Uix tñ cũ vociferatione fluctuoſa ait. Melius erat o filioli impendẽs piaculum cita morte lucrari. Sic icipiẽs rur ſum lachrymis vincitur: et inter egra ſuſpiria tandem pectori cõmodans vocem: magnũ in quit quoddã et vniuerſis ſeculis inauditũ im minet nephas. Magno fides catholica tur bine ſubuertentur: et homines iumentis ſimi les: xp̃i ſancta deripient. Uidi eñ altare do mini multorum circumdatũ multidine: qꝛ cre bris calcium ictib⁹ oĩa diſſipabãt. Hec ẽ cau ſa gemituũ quos audiſtis. Et facta eſt vox dñi dicens: Abhominabitur altariũ meũ: nec mo ra: viſionem ſeqt̃ur effectus. Nam poſt annos

viſio lamenta eiuſqꝫ

duos: seua arrianoꝝ irrupit īsania. Tūc eccle
siaꝝ rapine: tūc diuinoꝝ temeratio vasoꝝ: tūc
pollutis ethnicoꝝ manibꝰ sacra polluta sūt mi
nisteria: tūc paganoꝝ opificū ꝑſidia aduersū
xp̄m cōparata cum assumptione palmarū: qđ
ydolatrie apud alexandriā insigne est: ad ec-
clesiam pergere cōpellebantur xp̄iani: vt arri
anoꝝ populi crederentur. Proch scelus: hor-
ret animꝰ replicare q̄ gesta sunt: Uirginū ma
tronarūq̄ ereptus pudor. sanguis ouiū xp̄i in
xp̄i templo effusus veneranda respsit altaria: ba
ptisteriū ꝓ voluntate gentilium pollutū est.
Nihil defuit visionis. veritatem mōstrauit ef
fectꝰ: q̄ calcitrātiū muloꝝ indisciplinatio: ar
rianoꝝ esset impietas. ¶ Sed istam tristiciā
cōsequentis reuelationis ꝓsperitate consola
tus est: ⁊ ait: Nolite filioli merori vos penitꝰ
dedere: vt eñ iratus est dñs sic rursum misere
bitur: ⁊ suū cito ecclesia recupabit ornatum:
eosq̄ qui in ꝑsecutionibus fidē dñi seruaue
rint: solito videbitis fulgore relucentes. Re-
uertentur ad foueas suas serpentes: ⁊ religio
longius ꝓpagabitur: tm̄ videte ne fidei vestre
sinceritas arriana labe sordescat. Non apl̄oꝝ:
sed demonū ⁊ patris eorū dyaboli ista doctri-
na est: ob id per insipientiā iumentoꝝ similis
pecudum coꝝ expressus est animꝰ: Hucusq̄
Antonius. ¶ Sed nos mīme cōuenit diffide-
re: tam grande miraculū per hominē potuisse
ostendi. Saluatoris eñ ꝓmissio est: ita dicen
tis. Si habueritis fidē vt granum sinapis di
cetis huic monti trāsfer te: ⁊ trāsferetur: ⁊ ni-
hil impossibile erit vobis: Et iterum. Amen
amen dico vobis: omne qđ petieritis patrē in
nomine meo: dabit vobis. Petite ⁊ accipietis
Ipse enim suis discipulis ⁊ vniuerso creden
tium gregi: nūc subiectionē demonū: nunc va
riaꝝ infirmitatum pollicēs curationē: aiebat.
Gratias accepistis: gratis date. Nūquid sue
virtutis impio curabat Antonius: Nunquid
sue possibilitatis arbitrabat qđ fecerat: Ora
tionibus nō preceptis demones morbiq̄ ces-
serunt: et ad xp̄i dei nostri nominationē: semꝑ
vniuersa perfecta sunt. Nemo sapientiū sani-
tatum admirationē ascribat Antonio: sed do-
mino iesu: qui solitā erga creaturas suas exi
bens beniuolentiam: nūc quoq̄ per electum
famulum suum indulgenter exercuit. Anto-
nius tantum orabat: et ob vite eius merita: cū
cta dñs largiebatur. Sepe autem ⁊ contra vo
luntatem ad exteriorem montem a fratribus
ꝑducebatur. Et cum iudices q̄ ad interius ar
chisteriū ꝓpter asperitatē itineris: ⁊ obsequē
tiū multitudinē ⁊ horridā sollicitudinē ire nō
poterant: precario quererēt: vt eiꝰ fruerēt as-
pectibus: nec impetrare possent: q̄ molestissi
me ferebat vexationē discursuū. Ipsos cate-
natos quos aut noxietas: aut vigor publicus
constrinxerat: ad eū destinabant: scientes ta-
les ab Antonio nō posse contemni: quoꝝ fleti
bus superatus ꝑtrahebatur ad exteriorē mon
tē agnoscēs laborē suū vtilē miserꝭ fore. Sua
debatq̄ iudicibus q̄ eum inuitauerant: vt in
sententia ꝓferenda: et odio ⁊ gratie dei timo
rē anteponerent: nec ignorare eos debet qđ
scriptū est. Quocūq̄ iudicio iudicaueritis: in
eo iudicabitur de vobis. Attamē inter medi-
os sermones care sibi sollicitudinis recorda-
bat. Post coactā itaq̄ presentiam: quā ducis
preces: ⁊ quod veriꝰ est miseroꝝ fletus extor
serat: post salutaria monita: post reoꝝ cōmen
dationē: quorūdā vero ⁊ absolutionē: postulā
ti duci vt paulo largius eidē suā p̄ntiā indul
geret: ait nō posse se diutius ibidem morari:
grato vsus exemplo: q̄ sicuti pisces ab aqua
extracti mox in arenti terra moriuntur: ita ⁊
monachos cū secularibus retardantes: huma
nis statim resolui cōfabulationibus. Ob id er
go inquit: cōuenit vt pisces ad mare: ita nos
ad montē festinare: ne tardantibꝰ nobis aliq̄
ꝓpositi succedat obliuio. ¶ Pre tanta homi-
nis sapiētia dux miratus iustā de eo tulit ve-
rāq̄ sententiā dicens. Uere istū esse dei fa-
mulū: nec in rustico homine potuisse tātā ali
quādo inesse sapiētiā: nisi diuino amore rege
retur. ¶ Preterea cū balacius. qui sub nesto-
rio prefecto alexandrie dux egypti fuit: hō ar
riane iniquitatis studiosissimꝰ fautor: ita xp̄i
ecclesiam persequeretur: vt aīo vesano virgi-
nes monachosq̄ nudatos verberaret in publi
ce: ad eū Antoniꝰ litteras misit: quaꝝ ista sen
tentia est. Uideo irā dei venientē super te: de-
sine ꝑsequi christianos: ne te ira occupet: que
proximū iam tibi minatur interitū. Legit in-
felix epistolam et irrisit atq̄ in eam expuens
proiecit in terram: portitores q̄ multis affici
ens iniurijs: Antonio talia renunciari prece-
pit: Qm̄ cura tibi tātopere monachorum est:
etiā ad te mei vigoris transiliet disciplina. Sꝫ
confestim minitatorem oppressit suppliciū:
et post quinq̄ dies os effrenatum vltio diua
cōpescuit. Egredit enī ad primā māsionē ale
xandrie q̄ appellat chereū: cū supradicto egy
pti ꝑfecto nestorio: vehuntur equis: quos in-

hec ant[onius] ad ballacium
arrianorum fautorem

ter oēs balacius: cuius erant: mā suetissimos nutrierat. Cū ḡ pariter solito sibimet equi alluderent: mitior quo nestori⁹ vehebatur: morsu repētino balaciū decussit in terrā: ac si in eū inhians femora ei⁹ laceravit atq̧ corrosit: vt statim relatus ad civitatē: post tertiū diē moreretur: vniversiq̧ agnoscerent minarū ab antonio predictarū effectū quantocius consecutū: digno psecutoris fine cōpleto. ¶ Ceteros ad se venientes mira cū modestia Antonius admonebat: vt oblita seculi dignitate: remotioris vite beatitudinem appeterēt. Siqui aūt maiori potestate premebantur: nec poterant obtinere iusticiā. ita eos obnixe defendebat vt ipse pro illis pati videretur iniuriā. Multis vtilis fuit preclari senis oratio: multi magnis diuitijs ꝛ altiori gradu militie derelicto eius adhesere curriculis. Et vt infinita breui sermone cōprehendā: bonū egypto medicum xp̄s indulserat. Quis nō tristiciam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis nō irā vt derit in pacem? Quis orbitatis luctum: nō ad eius tēꝑauit aspectū? Quis non merore paupertatis: quo ꝓmebatur: abiecto: statim et diuitū despexit opulentias: ꝛ in sua letatus est pauꝑtate? Quis post lassitudinē monach⁹ nō eius vegetatu hortatus est? Quis adolescētie etatis accensus ardoribus: nō ex eius admonitu pudicitie amator fuit? Quis vexatus diabolo: sine medela redijt? Quis inimici cogitationib⁹ distract⁹ nō ceca tēpestate sopita: serenio regressus est aīo? Sciebat eñ quo q̄sq̧ laboraret incōmodo: ꝛ ex vite meritis discretionem spirituum agnoscens adhibebat verboꝝ ꝓut erant vulnera sanitatem. Unde effectum est: vt post eius doctrinā oēs dyaboli pāderēt insidie. Multe quoq̧ ad ei⁹ cōspectū desp̄osate puelle: ab ipso pene thalamo recedētes ī ecclesie matris gremio concederūt. Quid plura? Toti⁹ orbis hoīes ad eū cōfluebāt: ꝛ vniuersarū gētiū varietas: bellicosissimū cōtra demões virū cōspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est oībus delectabile atq̧ iocundum laboris cōmerciū fuit. Fatigatio eñ itineris emolumentū viatici reprobat: sicut rei ꝓbauit effectus. Nā post resolutionē eius: quasi cōmuni funere orbitatis excepto: ꝓpriū singuli parentē luxerūt. ¶ Quis aūt finis vite eius fuerit: dignū est et me cōmemorare et vos cum desiderio audire: quia et hoc in eo imitabile cunctis fuit. Juxta consuetudinē ad visendos fratres: qui in exteriori monte erant: venit: ibiq̧ a diuina ꝓuidētia de sua morte condiscens ita exorsus est: dicens. ¶ Ultimā filioli patris audite sententiam: non eñ arbitror q̄ in h̄ seculo iterū vos visuri simus. Cogit cōditio nature: vt post cētenariū numerum: quē annis q̄nq̧ supergredior: iā resoluar. Jta locutus audientium pectora cōtristauit: gemit⁹ lachrymeq̧ dicta mercentia consecute sunt. Amplexabantur eū vniuersi: quasi iā de seculo recessurū. At ille tā q̄ aliena deserens ad ꝓpriā patriā ꝓfecturus: magna cū leticia ꝑcipiebat: desidiā instituto nō debere surripere: sed tā q̄ quotidie morituros: vt ante predixerat: a sordidis cogitationibus aīam custodire: et oēs emulationē ad sanctos quosq̧ conuertere: ad melecianos vero scismaticosq̧: ne ꝓpe quidem accedere. Scitis eñ: aiebat: eoꝝ antiquā puersitatem: neq̧ cum arrianis cōmunioni iungamini: q2 impietas eoꝝ iam oīb⁹ manifesta ē. ¶ His etiam illud addebat: nullū debere christianū: cū seculi viderit potestates: ꝓ arrianorum ꝛ meleciaoꝝ pugnare nequitia: a xp̄i tertium discedere veritate: mortaliū illā esse defensionē: nec diu fallacem ꝑmanere nosse fantansiā. Qua ꝓpter aiebat custodienda est pia fides in xp̄o: et patrum religiosa traditio: quam et scripturarum lectione: et crebro mee paruitatis didicistis admonitu. Finito sermone fratres eum vehementissime retardabant: glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas quas et silentio demonstrabat: ꝑcipue tñ ob presumptā egypti consuetudinem: ꝓdixit: Mos etenī egyptijs est: nobilium ꝛ precipue beatoꝝ martyrum corpora: linteamine q̄dem obuoluere: et studium funeri solitum nō negare: terra vero non abscondere: sed sup lectulos domi posita reseruare. Hunc honorem quiescentibus reddi: inueterata consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sepe ꝛ episcopos deprecatus est: vt pp̄los ecclīastica contestatione corrigerent: et laycos viros ac mulieres rigidius ipse cōuenit: dicēs: nec legitimū hoc esse nec deo placitum: q̄ppe cū patriarchaꝝ ꝛ ꝓphetarū sepulchra: q̄ ad nos vsq̧ perdurant: hec facta cōuincerent. Dñici q̧ corporis exemplum oportere intueri iubebat: quod in sepulchro positū lapide vsq̧ ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit. Atq̧ his modis vicium circa defunctos egypti: etiam si sancta essent corpora: coarguebat dicens. ¶ Quid maius aut sanctius corpore

pōt esse dñico: qđ iuxta consuetudinē gentiū ceterarū: humo conditū esse scim⁹. Hec iuxta ꝑsuasio multoꝝ insitū euellit errorē: ꝛ reposit[a] in terra cadauerib⁹: dño gratias ꝓ bono magisterio retulerūt. Metuens ergo consuetudinē supradictā: ne eodē etiā circa se laberent errore: celeriter valedicens monachis q̄ confluxerant: ad amicū virtutis habitaculū repedauit. Post menses aūt paucos: cū nō mediocre incōmodum senilia membra turbasset: vocatis ad se duob⁹ fratribus: quos ibidem ante q̄ndecim annos: modico interuallo seiunctos instituerat: quiq; eni iam seni ceperant ministrare: ait. Ego quidē filioli ſm eloquia scripturarū: patrū gradior vias: iam enī dñs me inuitat: iā cupio videre celestia: sed vos o viscera mea admoneo: ne tanti temporis laborē repente perdatis. Hodie vos religiosum studiū arripuisse arbitramini: ꝛ cepte voluntatis fortitudo succrescet. Varias demonū nostis insidias: vidistis eoꝝ ꝛ impetus feroces ꝛ vires effeminatas. Jesum suspirate: ꝛ credulitatē nominis eius vestris figite mentibus: ꝛ a certa fide vniuersi demones fugabunt. Memētote etiā admonitionū mearū: ꝛ incerte cōditiōis vitam quottidie ancipitē ptractate: ꝛ celeste vobis premiū: sine cuncta mine tribuetur. Scismaticorū quoq; ꝛ hereticoꝝ venena vitate: meūq; circa eos odiū sectamini: quia xp̄i sunt inimici. Scitis ipsi: q̄ null⁹ mihi nec pacificus quidem sermo cū eis aliquando fuerit: ꝓpter prauam eoꝝ voluntatem: ꝛ ptinax contra xp̄m bellum. In hoc aūt magis estote solliciti: vt dñi precepta seruetis: vt post mortem vestrā sancti quiq;: quasi amicos ꝛ notos in eterna vos recipiant tabernacula. Hec cogitate: hec sapite: hec retexite: ꝛ siqua mei vobis cura: siqua patris memoria est: si mihi vicariū rependatis affectum: nullus ad egyptū meas ꝑferat reliquias: ne vano corp⁹ honore seruetur: ne viperati ritus a me vt nostis etiā circa me seruentur obsequia. Huius enim rei gratia: maxime huc sum regressus. Vos igit humo tegite: vos patris operite corpusculū: ꝛ illud quoq; senis vestri custodite mandatū: vt nemo preter vestrā dilectionē: locum tumuli mei nouerit. Cōfido in dño q2 necessario resurrectionis tempore: hoc corpusculum resiliet incorruptum. Vestimentoꝝ aūt meoꝝ fit ista diuisio: Melotem ꝛ pallium tritum cui superiaceo: athanasio episcopo date: quod mihi nouū ipse detulerat. Serapion episcop⁹: aliū accipiat melotem: vos cilicinū habetote vestimentū ꝛ valete viscera mea: Antoni⁹ enī migrat: ꝛ iam non erit in p̄senti seculo vobiscum

Verba finierat: ꝛ osculantibus se discipulis: extendens paululū pedes: mortem letus aspexit: ita vt ex hilaritate vult⁹ eius angeloꝝ sanctoꝝ: qui ad ꝑferendam animā eius descenderant: p̄sentia nosceret. Hos intuens tanq̄ amicos videret: aīam exalauit: ꝛ additus est patribus ſm ordinem scripturaꝝ. Seruauerunt mandata discipuli: inuolutū vt p̄ceperat corpus humo operientes: ꝛ nemo interim vsq; ad hanc diē p̄ter eos vbi sit conditū nouit. Legatarius autem Antonij bñdictionem: qui tritū pallium cum melote impio eius meruerat accipere: Antoniū in antonij muneribus amplectitur: ꝛ tanq̄ magna hereditate ditatus letāter p vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. Hic Antonio vite terminus fuit ista principia meritoꝝ. Que licet parcior: vt p̄dixi: sermone seruauerim: tamē et his potestis aduertere: qualiter homo dei a pueritia ad senectā vsq; peruenerit: ꝛ quod omni sp dubitatiōe calcata: nec languori nec lōgeue quicq̄ etati aliquando cōcesserit. Magis autem eq̄litatem ꝓpositi tenens: nec vestimentū mutauit nec pedes lauit: nec escam sectatus est meliorem: oculoꝝ quoq; aciem ꝛ numerū dentiū licet paululū ob etatē viderētur attriti: nec nō ꝛ pedum incessum: totius etiā corporis firmitatem: ita contra iura nature meritorū gratia custodiuit: vt lautorū corpoꝝ que balneis atq; delitijs confouent: hilarior eius caro videretur. Hoc etiam fratres qđ p oēs ꝓuincias amor eius famaq; volitauit: quem nec libroꝝ disseminatoꝝ oratio luculenta: nec mundane sapiētie disputatio: nec nobilitas generis: nec opum infinita congestio cōmendauit: cui oīm ore est ascribendū nisi xp̄o: cui⁹ hoc donū est qui deuotos eius aīos: erga suā puidens maiestatem hominē alio pene orbe celatum: ꝛ inter tantas positū solitudines africe: hispanie gallie: italie: illirico: ip̄i etiam q̄ vrbiū caput est rome: vt in exordio promiserat: demonstrauit. Creatoris est ista benignitas: qui famlos suos licet nolentes: nobilitare cōsueuit: vt virtus possibilis nec vltra humanā esse naturā: sanctoꝝ doceatur exēplis ꝛ ad beate vite imitationē: et fructu laboris optimus quisq; impellat. Hunc itaq; fratrib⁹ libꝝ magnope plegere curate: vt agnita fideli vita sublimium monachoꝝ: sciāt q̄ saluator noster Jesus xp̄s

glorificantes se glorificat: et seruientibus sibi met: non tantū regna celorum: sed etiā hic in ipsis montiū secretis latere cupiētib⁹: fame tribuit nobilitatem. s. vt et ipsi fruantur laude meritorum: et ceteri eorum prouocentur exemplis. Si autem necessarium fuerit et gentibus legite: vt vel sic agnoscant: quia dn̄s noster iesus xp̄s nō solum est deus dei filius: sed etiā his qui eum sollicite colunt et in eum fideliter credūt: hāc dedit potestatem: vt demones quos illi deos esse arbitrantur: conculcent atque eijciant: deceptores scilicet hominum: et totius corruptionis artifices.

Finit vita beati Antonij.

Prologus sancti Hieronymi presbyteri in vitam beati Hylarionis.

In sanctis orationibus tuis memento mei decus ac dignitas virginum: nonna et stella. Scripturus vitam beati hylarionis habitatorē ei⁹ inuoco spiritūsanctū: vt qui illi virtutes largitus est: mihi ad enarrandas eas sermonem tribuat vt facta dictis exequātur. Cui⁹ nāque cōuersatio et absti̅nētia: ac p̄clara dona mirabiliū que operatus est: vt ait crispus tanta ac talia habentur: q̄tum vel et paruulis verbis potero extollere cuiuscūque preclara ingenia. Alexander magnus macedo: quē vel pardum vel hircum caprarū Daniel vocat: cum ad Achillis tumulū peruenisset: felicem te ait iuuenis qui magno frueris precone meritorum: homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conuersatio: vitaque dicenda est: vt homerus quoque si adesset: vel inuideret materie: vel succūberet. Quāq̄ enī sanct⁹ Epiphanius salamine et cypri ep̄s: qui cum Hylarione plurimū cōuersat⁹ est: laudē ei⁹ breui ep̄la scripserit: que vulgo legit̄: defunctū tn̄ aliud est locis cōmunib⁹ laudare: aliud defuncti proprias narrare virtutes. Vn̄ et nos fauore magis illius q̄ iniuria: ceptum ab eo opus aggredientes: maledicorum voces contēnim⁹: qui olim detrahentes sancto Paulo meo: nūc forsitan detrahent et Hylarioni: illi sollicitudines calūniantes: huic obijcientes frequentiā multorum: vt qui semper latuit nō fuisse: qui a multis visus est: vilis existimet̄. Fecerunt hoc et maiores eorum quondā pharisei: quib⁹ nec Johānis heremus atque ieiuniū: nec dn̄i saluatoris turba cibi potusque placuerunt. Verū destinato iā operi imponā manū et scilleos canes obturata aure transibo. Opto vt in xp̄o permaneas: Et memor in orationibus tuis, sis mei virgo sacratissima.

Incipit vita beati Hylarionis heremite.

Hilarion ortus est vico thabatha qui circiter quinque milia a gaza vrbe palestine ad austrum sit⁹ est: cū parentes haberet ydolis deditos: sicut rosa de spinis floruit. A quib⁹ missus alexandriam grammatico traditus est: ibi q̄ q̄tum illa patiebatur etas: magna ingenij et morū documenta prebuit breui: carus oib⁹ et loquendi arte nō ignarus: quodque his maius oībus est xp̄s credens. Nō circi furorib⁹: non harene sanguine: non theatri luxuria delectabatur: sed illi tota voluntas in ecclesie congregatione erat: Audiens aūt celebre tūc nomē Antonij qd̄ per omnes egypti populos ferebatur: incensus visendi eum studio: perexit in heremū. Et statim vt eum vidit mutato pristino habitu: duobus ferme mensibus iuxta eum mansit: contemplās ordinē vite eius: morūque grauitatem: q̄ creber in oratione: q̄ humilis in suscipiendis fratribus: seuerus in corripiēdis: alacer in exhortandis esset: et vt continētiam cibique eius asperitatē nulla vnq̄ infirmitas frangeret. Porro frequētiā eorum qui ad eum ob varias passiones et impetus demonum concurrebant: vltra non ferens: nec congruū esse dicens pati in heremo populos ciuitatis: sicque sibi magis incipiendū eē vt cepisset Antonius: illum quasi virū fortē: victorie premia accipere: se nec dū militare cepisse: reuersus est cū quibusdā monachis ad patriam: et parentibus iam defunctis: partē substantie fratrib⁹ partem pauperib⁹ largitus est: nihil sibi oīno seruans: et timens illud de actib⁹ apostolorum anānie et saphire: vel exemplū vel supplicium maximeque dominice sentētie memor dicētis. qui non renunciauerit omnibus que possidet non pōt meus esse discipulus. Erat autē tunc annorum q̄ndecim. Sic nudus et armat⁹ in xp̄o: solitudinē que in septimo miliario a maium agaze emporio p litt⁹ euntib⁹ egyptū: ad leuā flectit̄: ingressus est. Cūque eēnt cruenta latrocinijs loca: et propinqui amicique ei⁹ iminens periculū denūciarēt: cōtēpsit mortē vt mortē euaderet. Mirabant̄ oēs animū: mirabāt̄ etatē: nisi q̄ flāma q̄dam pectoris et scintille fidei in oculis relucebant. Lenes erant gene: delicatum corpus ac tenue: et ad oēm iniuriā impa

tiens: qd leui vel estu vel frigore posset affligi. Igitur sacco tantum membra coopertus: et pelliciū habens: et empediten hoc est pallium qd illi beatus antonius pficiscenti dederat: sagumq3 rusticum inter mare et paludē: vasta et terribili solitudine fruebat: quindecim tantū caricas post solis occasum edens. Et qr regio latrociniis infamis erat: nunq̄ in eodem loco quisq̄ habitare consueuerat. ¶ Uidens hoc diabol?: quid faceret quo se verteret: torquebatur qui gloriabat ante dicens: in celum ascēdā: super sidera celi ponā nidū meū et ero similis altissimo: cernebat se vinci a puero: et prius ab eo fuisse calcatū: q̄ per etatem peccare potuisset. Titillabat itaq3 sensus eius: et pubescenti corpori eius insolita voluptatū incēdia suggerebat. Cogebatur em̄ tyruncul? xpi cogitare quod nesciebat: et eius rei animo causam voluere: cui? experimenta non nouerat. Iratus itaq3 sibi: et pectus pugnis verberās quasi cogitationes cede manus posset excludere: ego te inquit aselle faciam vt non calcitres: nec ordeo alam: sed paleis fameq3 conficiam et siti: grauiq3 onerabo pondere. Per est? indicabo et frigora vt cibum potiusq̄ lasciuiā cogites. Herbarū ergo succo et paucis caricis post triduum vel quadriduū deficientē aīam sustentabat orans frequenter et psallens: et rastro humū fodiens: vt ieiuniorum laborem labor operis duplicaret: simulq3 fiscellas hoc est sportellā iuncto texens: emulabat monachorum egypti disciplinā: et apl'i sniam dicentis. Qui aūt non operat non māducet. ¶ Sic attenuatus et intātū exhaustus corpore: vt ossibus vix hereret: quadā nocte infantium cepit audire vagitus: balatus pecorum: mugitus bouū: planctus quasi muliercularum: leonū rugitus: murmur exercitus: et prorsus variarū portentarorum: vt ante sonitu q̄ aspectu territ? cederet. Intellexit hec esse demonū ludibria: et pvolutus genibus: crucē xpi signabat in fronte: taliq3 armatus casside: et lorica fidei circundatus: iacens fortius preliabat: quodāmodo videre desiderans quos horrebat videre: et sollicitis oculis huc illucq3 circūspiciens: cum interim ex improuiso splendente luna: cernit redam feruentibus equis super se irruere. Cūq3 inclamasset iesum: ante oculos eius repentino terre hiatu: pompa omnis illa absorta est Tunc ille ait. Equū et ascensorē pieci in mare. Et hi in curribus et hi in equis: nos aūt in noie dñi nostri magnificabimur. Multe sunt tentationis eius: et die noctuq3 varie demonū insidie: quas omnes narrare velim: modum excedam voluminis. Quotiens illi nudas mulieres cubanti ac circūiacentes finxit: et mult otiens esurienti largissime apparuere dapes. Interdum orantem lupus vlulans: et vulpecula gāniens transiliuit: psallentiq3 gladiatorum pugna spectaculū prebuit: vt vnus quasi interfectus et ante pedes illius corruens sepulturā rogaret. Orabat semel fixo i terrā capite: et vt natura fert hominū: abducta ab oratione mēs nescio qd aliud cogitabat: insiluit dorso eius festinus agitator: et latera calcibus: ceruicem flagellādo verberās: eya inquit curre cur dormitas? Et cachinnans desuper si defecisset an ordeū vellet accipere sciscitabat. Igitur a sextodecimo vsq3 ad vicesimū etatis sue annum: estus et pluuias breui tuguriunculo declinabat: qd iuncto et carice texerat: extructa deinceps breui cellula: que vsq3 hodie permanet: latitudine pedū quattuor: altitudine vero pedum qnq3: hoc est statura sua humiliorē: porro longitudine paulo ampliorē q̄ eius corpusculū patiebatur: vt sepulchrū poti? q̄ domus crederes. Capillum semel in anno pasche die totōdit. Supra nudā humū hoc est terrā stratūq3 iunceū vsq3 ad mortē cubabat. Saccum quo semel fuerat indutus nunq̄ lauans: supfluū dicens mūdicias in cilicio querere. Nec mutabat alteram tunicā: nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoq3 sanctas memoriter tenens post orationes psalmos: quasi deo presente recitabat. Et quia longū est p diuersa tempora magnalia eius dicere comprehendā breuiter ante lectoris oculos vitā ei? pariter exponēs: et deinceps ad narrādi ordinē regrediar. A vicesimoprimo anno vsq3 ad vicesimūsextum per tres annos: dimidiū lentis sextariū malefactū aqua frigida comedit: et aliis tribus annis panē aridū cum sale et aqua. Porro a vicesimoseptimo anno vsq3 ad tricesimū herbis agrestibus et virgultorum quorūdā radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo aūt primo vsq3 ad tricesimū qntum annū: sex vncias ordeacei panis: et coctū modice olus absq3 oleo in cibo habuit. Sentiens aūt caligare oculos suos et totū corpus impetiginē et puniceam quandā scabredinē contrahi: ad superiorem victū adiecit oleum: et vsq3 ad sexagesimū tertiū vite sue annū: hoc cōtinentie cucurrit tenore: nihil extrinsecus: aut pomorum: aut leguminis: aut cuiuslibet rei gustans. Inde cū

abstinentia maxima Hilarionis

se videret corpore de fatigatū. ꝛ ꝓpinquā putaret imminere mortem: a sexagesimoquarto anno vsq ad octuagesimū pane abstinuit: incredibili feruore mentis: vt eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutē dñi: quo ceteri solent remissius viuere. Fiebant autē ei de farina ꝛ cōminuto olere sorbiciuncula: cibo ꝛ potu vix quinq vncias appendentib⁹. Sicq complens ordinem vite: nunq̄ ante solis occasuz nec in dieb⁹ festis: nec in grauissima valitudine soluit ieiuniuz. ¶ Sed iam temp⁹ est vt ad ordinē reuertamur. Cū habitaret adhuc in tuguriūculo: annos decē ꝛ octo: latrones ad euz nocte venerunt vel estimantes habere aliqd qd tollerent: vel in conteptum sui reputantes fieri: si puer solitarius eoꝝ impetus nō pertimesceret. Itaq inter mare ꝛ paludez a vespa vsq ad solis ortū discurrentes: nunq̄ locū cubilis eius inuenire potuerūt. Porro clara luce repto puero: quasi ꝑ iocum quid inquiūt faceres: si ad te latrones venirent? Quibus ille respondit. Nudus latrones non timeo. Et illi certe aiunt occidi poteris. Possuz inquit possum: ꝛ ideo latrones non timeo: quia mori paratus sum. Tunc ammirati cōstantiaz ei⁹ ꝛ fidem: confessi sunt noctis errorem: deinde vite pollicentes correptionē. ¶ Uigintiduos iā in solitudine habebat annos: fama tantū not⁹ omnib⁹: ꝑ totas palestine vulgat⁹ vrbes. Cū interim mulier quedā eleutropolitane vrbis terriens despectui se haberi a viro ob sterilitatem: iam enim ꝑ annos q̄ndecim nullos cōiugij fruct⁹ dederat: p̄ma irrumpe ausa est beatum Hylarionē: ꝛ nihil tale suspicanti: repente genibus aduoluta: ignosce inquit audacie: ignosce necessitati mee. Quid auertis oculos? Quid rogantem fugis? Noli me mulierē aspicere: sed miseram. Hic sexus genuit saluatorem: nō habent sani opus medico: sed qui male habent. Tandē substitit: ꝛ post tempis visa muliere interrogabat causas aduent⁹ eius: ac fletuū. Et postq̄ didicit: leuatis ad celū oculis redire eam iussit: euntēq eaz lachrymis ꝑsecutus est. Exactio ante anno: vidit eam cuz filio. Hoc signorū eius ꝑncipiuz aliud maius signum nobilitauit. ¶ Aristhene elpidij: qui postea p̄fectus p̄torij fuit: vxor valde nobilis inter suos: ꝛ inter xp̄ianos nobilior: reuertēs cum marito ꝛ tribus liberis: a beato Antonio gaze propter infirmitatem eoꝝ remorata est. Ibi enim siue ob corruptū aerem: siue: vt postea claruit: ꝓpter gloriaz hylarionis serui dei: e nutricei pariter arrepti: omēs a medicis desperati sunt. Jacebat vlulans mater: et quasi inter tria filiorum discurrens cadauera quem p̄mum plangeret: nesciebat. Agnito aūt q̄ esset quidā monachus in vicina solitudine: oblita matronalis pompe: tantū se matrem nouerat: vadit comitata ancillulis ꝛ eunuchis: vix q; ei a viro suo suasum est: vt asello sedens ꝑgeret. Ad quem cum venisset. Per eum te: ait: Jesum clementissimū dñm nostrum obtestor: per crucem eius ꝛ sanguinē: vt redas mihi tres filios: vt glorificetur in vrbe gentilium nomen dñi saluatoris. Jngrediat̄ seru⁹ eius gazam: ꝛ marnas corruat. Rennuente illo ꝛ dicente: nunq̄ se egressum de cellula: nec habere consuetudinē vt non modo ingrederet̄ ciuitates: sed nec villas ingrederetur: ꝓstrauit se humi crebro clamitans. Hylarion serue xp̄i redde mihi filios meos: quos antonius tenuit in egypto: a te seruentur in syria. Flebant cuncti q̄ aderāt: sz ꝛ ipse negans lachrymabat̄. Quid multa? Non prius mulier recessit: q̄ ille pollicitus est: se post solis occasum gazam introiturum. Qui postq̄ venit: singulorum lectulos ꝛ ardentia mēbra considerans inuocauit iesum. Et: o mira virtus: statim quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos: lugentemq matrez cognoscentes et benedicentes deum sancti manus deosculati sunt. Quod postq̄ auditum est: ꝛ longe lateq; percrebruit: certatim ad euz de syria ꝛ egypto populi confluebant: ita vt multi christiani fierent: ꝛ se monachos profiterentur. Nec dum enim tunc monasteria erant in palestina nec quisq̄ monachos ante sanctum Hylarionem in syria nouerat. Ille fundator ꝛ eruditor huius conuersationis ꝛ studij: in hoc prouincia fuit. Habebat dominus ihesus in egypto senem Antonium: ꝛ in palestina Hylarionem iuniorem. ¶ Facidia viculus est rinocorure vrbis egypti: de hoc decem iam annis ceca mulier adducta est ad beatum Hylarionez: allataq ei a fratribus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem suam substantiam se expendisse ait in medicos. Cui respondit. Si que inquit in medicos perdidisti: dedisses pauperibus: curasset te verus medicus iesus. Clamante autem illa et misericordiam deprecāte: expuit in oculos ei⁹: statimq saluatoris exemplum virtus eadem secuta ē sani

 Anna Martyr Ant.

abstinentium et certamen officiū erat: nō in hanc statim erumperet vocem: quā bone domus tue iacob tabernacula tua israel tanquā nemora obumbrantia: tanquā paradisus sup fluuios. tanquā tabernacula que fixa sunt domino: tanq̄ cedri circa aquas. Dum hec ita geruntur: quibus in dies beate vite studiū cresceret: Antonius mansionem in celo positam recordans: et presentis vite despiciens inanitatē: quasi parua essent quecunq̄ iā gesserat: separatus a fratribus instituebatur. Cū q̄ eum siue cibum siue somnū indulgere corpusculo: aut alias nature necessitates cogerē humana confectio: miro afficiebatur pudore q̄ tantam anime libertatē modici carnis termini coercerent. Nam frequenter cum fratribus sedens: a cibo qui fuerat appositꝰ: memoria esce spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen vtpote homo sepe solus sepe cum fratribus. Et cum hec mira vt prediximus ageret. cū cōfusione anime adhibendā magnopere corpori diligentiam persuadebat dicens: nec corpꝰ esse penitus enecandum: ne operatio contra voluntatem creatoris dissolueretur: et ob id omne studium anime conferendū: ne vitijs superata corporeis ad eternas inferni tenebras truderetur: quinimo indultum sibi propter alteros in carne imperium vindicans domiciliū suum: vt apostolus paulus ad tertium celum subleuaret. Asserebat hoc a saluatore preceptum in quo ait. Nolite solliciti esse corpori quid vestiamini: et ne quesieritis quid manducetis aut quid bibatis. quia hec gētes querūt vester autem pater nouit q̄ indigetis his omnibus. Querite ergo primū regnum dei et iustitiam eius: et hec omnia adijcientur vobis. His rebus transactis: cum persecutio impijssima maximiani furore vesano vastaret ecclesiam: sanctis martyribus alexandriam perductis: relicto et ipse monasterio secutus est futuras xp̄i victimas: dicēs. Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos: vt aut ipsi congrediamur: aut spectemus alios preliantes. Et amore quidem iam martyr erat: sed cum tradere se vltro non valeret: et sociari confessoribus in metallis vel in carceribus constitutis: magna cum cura et libertate ingrediētes ad iudicem: exortabatur: ne terrore impiorū subacti: dominum negarent. Jamq̄ sententia coronatos exultans quasi ipse vicisset: vsq̄ ad locum felicis sanguinis prosequebatur. Quā obrem motus iudex ob antonij sociorumq̄ eiꝰ constantiam precepit nullum penitus monachorum aut obseruare iudicium aut in ciuitate versari. Et ceteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impauidus neglecto p̄secutoris imperio: lauit ependitem: id est scapulare suū. Et alia die stās in quodam eminēti loco candente precinctus veste: procedentem iudicem suo prouocabat aspectu: flagrans cupiditate martyrij: ostēdens q̄ nobis contemptorem penarum et mortis in christianis aīm perseuerare debere: in tantum vt contristaretur: q̄ volenti pati p̄ dei nomine: martyrum non dabatur. Sed dominus qui suo gregi parabat magistrum: seruauit Antonium: vt institutio sicuti factū est monachorum: non solum oratione eius: sed et cōspectibus firmaretur. Nūquā tamen a confessorū vestigijs separatus est: quia maxima circa eos cura et charitatis vinculo colligatus: magis carcerem patiebatur exclusus. Postq̄ autem persecutionis turbo defluxerat: et beato episcopo petro iam ob martyrij gloriam coronato ad pristinū monasterium regressus ē: quotidianum fidei ac conscientie martyrium merebatur: acrioribus se ieiunijs vigilijsq̄ cōficiens vestimento cilicino intrinsecus desuper pellicio vtebatur: nunquā corpus lauans: nunquā a pedibus sordes abluens: nisi cum p̄ aquas transire necessitas compulisset. Nullꝰ deniq̄ antonij corpus nudum anteq̄ moreretur, vnq̄ vidit: Quodam autē tempore cum ab oīm se amouisset oculis: et clauso monasterio neminē omnino susciperet: martinianus militum prepositus: cuius filia immundi spiritꝰ infestationibus quatiebatur: pulsans ostium obsecrabat: vt suo pigneri subueniret: et etiēs deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime voluit: prospiciēs vero desuper ait: o homo quid meum poscis auxiliū? Mortalis et ego sum: et tue socius fragilitatis. Si autem credis in christū cui deseruio: vade et secundum fidem tuam ora deum: et sanabitur filia tua. Confestim ille credēs abijt: et inuocato Jesu filiam reduxit incolumem. Multa et alia mirabilia per illum dominus operatus est: et merito: qui eum promisit in euangelio: petite et dabitur vobis: inuēto qui eius gratiam meretur accipere suam potentiam non negauit. Nam plures vexatorum ante monasterium eius clauso introitu dormientes fidelibus per eum ad christum precibus curabantur. Hec illi multitudo venientium

desideratam solitudinem auferens tedio fuit Metuens itaq; ne signorum copiosa conces/sio: aut suos animos extolleret: aut alios plus de se quam videbant in ipso cogeret extimare: ad superiorem thebaidem pergere cogitauit: vbi nullus eum agnosceret. Et a fratribus accep/tis panib9: sedebat super fluminis ripam: trā situ nauis obseruans. Illo talia cogitante vox ad eum desuper facta est dicens. Antoni quo pergis et quare? At ille intrepide quasi con/suetam vocem loquentis agnosceret: respon dit. Quoniam non sinunt me quiescere popu li idcirco ad superiorem thebaidē ire optimū duxi: precipue quia ea exigor: que virtutem mee pusillanimitatis excedunt. Et vox ad il/lum ait. Si ad thebaidem vadas et ad pastora/lia vt cogitas: pergas: maiorem ac duplicem su stinebis laborem. Si autem vere quiescere cu pis: vade nunc ad interius desertum. Cumq; Antonius diceret: et quis mihi locum auium perit ostendere? Ignarus autē sum locorum Confestim ei vox que loquebatur: sarracenos indicauit: qui mercandi gratia ad egyptum ve nire consueuerant. his appropinquans Anto nius: rogauit vt se pariter adduceret in deser tum. Nullus obnisus est: sed tanquam a deo missum comitem suscipientes: amplexi sunt eius societatem. Tribus autem diebus et nocti bus itinere confecto: inuenit montem valde excelsum: ad cuius radices fons aque dulcis labebatur. Et campus haud magnus totū am biens montem: qui palmis per paucis: et his neglectis consitus erat. Hunc Antonius lo/cum quasi a deo sibi offerretur amplexus est. Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam se denti qui loquebatur: ostenderat. Et primo q̄dem accipiens a comitibus panes solus remā/sit in monte: nullo alio cum eodem conuersan te: Quasi propriam enim domum agnoscens: habebat locum illum. Sarraceni quoq; vidē/tes eius fiduciam optato. per eum trāsitu pa nes eidem cum letitia deferebant: nec non pal marum licet mediocri: attamen aliquanto so/latio refouebatur. ¶ Exinde cum fratres agni to loco tanquā ad patrem filij sollicite alimē ta transmitterent: videns Antonius quod ob su um refrigerium: multis onerosus labor indi/ceretur: et parcens etiam in hoc monachis: ogauit vnum de aduenientibus vt sarculum bi bis acutum cum frumento deferret. Qui/us allatis circuiens montem haud grandē: ulture aptum reperit locum ad quem deriua ta aqua desuper poterat influere. Ibiq; semi/nauit: atq; exinde annuum sibi panem labo/rans: gaudebat quod sine cuiusquam molestia et pro prijs manibus viueret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire cepissent: misertus est lassitudini eorum: et olus in par/uo terre cespite coluit: vt post asperum iter aliquādo venientes: solatio refouerentur. hoc fratrum fuit refrigerium: et paruulam messem: quam bestie: que propter aquam illuc aduení ebant depaste sunt: e quibus vnam apprehen dens dixit omnib9. Cur me leditis: nihil a me lese? Abite: et in nomine domini: ne huc ap/propietis vlterius. Quis non credat post hāc denunciationem quasi timentes: nunquam il luc bestias propinquasse? Sic Antonium im penetrabilia montium et deserti intestina cap/tantem: orationibus etiam deditum introeun tes fratres magnis vix precibus extorserunt: vt oliuas et legumen et oleum: quod post men ses aliquod ministrabāt: dignaretur accipere et senili modicum laxaret etati. Proch nephas quantas ibi conuersans expertus est luctas: vere secum quod scriptum est: non illi aduer/sus carnem et sanguinem fuisse colluctationē sed aduersum principat9 et potestates: ab his qui ad eum ingrediebantur: agnouimus. Il/lic enim tumultus voces et populi: armorumq; sonitus prorsus plenum montem demonum multitudine se vidisse referebant: ipsum etiā quasi contra inimicos palam resistentem: et for titer colluctantem. Qui tamen et aduenientes suo refouebat hortatu: et flexis genib9 armis que orationum: omnem sathane prosternebat ex ercitum. Admiratione plane dignum est: iam immani solitudine vnum hominem: nec demo num quottidianas expauisse congregationes nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptiliū: diuerse cessisse feritati. Iuste dauid cecinit: Qui confidunt in domino sicut mons syon non commouebitur in eternum. Immo/bilem et tranquillam retinens animi firmita/tem: et demones fugabat: et feras: sicut scrip tum est: secum pacificabat. Sed et diabolus: vt supradictus propheta ait: obseruans eum: frendebat dentibus suis: et ille saluatoris au/xilio: ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs Quadam ergo nocte cum peruigili cura obse craret dominum: tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit: vt omnes he/remi beluas circum se aspiceret. Que cum ri/ctu oris morsum corpori minitarentur: intel/

lerit hostis astutias: dixitqz. Si a dño in me vobis est tributa licentia deuorate concessuz: si autem demonū huc venistis impulsu: quātotius abite: quia xpi famulus sum: ita factuz est: & cum iubentis voce omnis bestiaruz multitudo quasi maiestatis verbere cederetur: aufugit. ¶ Non multi post hec fluxerant dies: & alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo (nam semper: vt venientibus pro his: que sibi detulerant: aliquod munusculum rependeret: laborabat) die quadā sportelle texebat triciam: siue funiculum. Ad cuius motum exurgens: vidit bestiam pubetenus humanam speciem preferentē: que exinde in asinam finiebatur. Post cui⁹ aspectum vexillū crucis in fronte sua pingens hoc tm̄ ait. Christi seru⁹ sum: si ad me missa es non fugio: nullum in medio spacium: & statim informe pdigiuz dicto ocius cuz satellitum turba fugit: & in medio cursu ruens extinctū est. Ista autez explosi mors atqz enecatio prodigij: demonū erat cōmunis interitus: qui omni studio laborantes: Antoniū a deserto deducere non valuerunt. ¶ Mirandis plus miranda succedūt. Nō grande post ista temp⁹ excesserat: & tantarum victoriaꝝ homo fratrū precib⁹ vincitur. A monachis em̄ rogatus vt eos dignaret inuisere: vna cum his pfectus est: impositis camelo aqua & panib⁹: quia nusquam preter monasterij locum: et quo hauserant: potabilis aqua per arentem viam reperiebat. Uerum in medio itinere: bibendi subsidia defecerunt. Ardor nimius: estus intollerabilis: mortem cuncta minitantur. Circūeunt: & querunt saltim collectam pluuijs lacunam: nihil prorsus remedij: nihil occurrit penitus ad salutez. Camelus quasi periturus: & ipse estuans dimittitur: estuās pectus exuritur: & sitis desperatione feruescit. Mouit senez fratrum cōe discrimen: & vehementissime cōtristatus ingemuit. De hinc ad solita precum auxilia cōfugiens paululum ab eis secessit: ibiqz genibus fixis: supplices man⁹ tetendit ad dominū. Nec mora: & ad primas rogantis lachrymas: in orationis loco: fons ebulliēs erupit: ibiqz extincta siti: & arentia mēbra refecta sunt: & plenis vtribus inuentum potant camelum. Ita eniz casu euenerat: vt camelus errans per heremuz: dum funiculuz trahit: in quodā lapide eiusdē alligatione funiculi teneretur. Tandem confecto itinere ad monachos: qui inuitauerant: peruenit. Tunc vero quasi patri omnes obuiā currunt: & honorifico salutatu in oscula eius & amplex⁹ certatim ruūt. Proposito seruēti gaudet Antonius: & letātibus de aduentu suo cūctis quasi exenia de monte portans spiritualia impartitur alimenta. Laudat veterum studia: hortatur nouorū. Sororem quoqz iaz vetulam virginem videns: et aliarum puellaruz magistram: mira exultatione sustollitur.

Exinde quasi diu abesset ab heremo: rursum festinauit ad montem. Plurimis iam ad illuz venientibus cum etiam vexati a demonibus malo necessitatis coacti auderent deserta penetrare: quos ille consolans: et monachis in commune precipiens: aiebat. Credite in Jesum fideliter: mentem a malis cogitationibus: carnem ab immundicijs seruate puram: et iuxta eloquia diuina: ne seducamini in saturitate ventris. Odite vanam gloriam: orate sepissime: psallite vespere & mane & meridie: et mandata scripturarum reuoluite. Recordamini gestorum que sancti quiqz fecerunt: vt exempli memoria animam incitet ad virtutē refrenet a vitijs. Suadebat etiam iugi meditatione retinendum apostoli sermonem quo ait: sol non occidat super iracundiam vestrā. Non tantum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur: sed et super omnia delicta hominuz: ne peccatorum vnqz nostrorum: aut in nocte luna: aut in die sol testes abscederent. Illius quoqz ammonebat precepti quod dicit. Dijudicate vosmetipsos: et probate: vt rationem diei noctisqz facientes: si in se delictum deprehendissent: peccare desisterent. sin autem nullus error decepisset: perseuerantes instarēt potius incepto qz arrogantia tumidi: aut alios contemnerēt: aut sibi iusticiam vendicarent: iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis. Nolite iudicare ante tempus: magis debere eos christo: cui soli occulta patent: reseruare iudicium. Multas esse: vt scriptum est vias: que videntur hominibus iuste: sed fines earum ad profundum respicere inferni. Sepe nostra non posse nos intelligere peccata: sepe falli in ratione gestorum: aliud esse dei cuncta cernentis iudicium: qui non ex superficie corporum sed et mentium iudicat archanis. Equum autem esse nos nobis compati: et inuicem onera nostra portare: vt concesso examine saluatori: proprias conscientias nosmetipsos diju

dicantes intueremur. Necnō precipiebat magnam esse virtutis viam: si singuli vel obseruarent quid gererent: vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare: cum relaturus esset ad alium quecunqꝫ peccasset: et subire pudorem in publicum turpia proferendi. Deniqꝫ nullum peccantem coram alio peccare: etiam si peccet: tamen testem vitare peccati: mentiri magis et negare: et vetus delictum nouo inficiendi augere delicta. ¶ Igitur quasi sub oculis agentes nostris: et cogitatu confundimur et actu: si omnia referenda faciam⁹: multo autem magis si peccata nostra fideliter describētes: digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictorum fratrum videbitur oculis: tūc timebimus peccati maculas: conscientie ipsi nos arguent apices. Et quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad presentiam ceterorum: ita et nos erubescemus ad litterarum scripturas: hec agamus: hanc virtutis gradiamur viam: et corpora mentibus subiugantes: perniciosas diaboli conteram⁹ insidias. Talibus sermonibus hortamēti sēs: et venientes ad se monachos incitabat ad studium: et parentibus condolebat pluresqꝫ eorum dominus per anthonium liberauit. Nunqꝫ tamen: aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam: aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis autem eodem semper animo et vultu manēs gratias deo referebat: suadens occupatis: vt correptionem qua vexabantur patientius ferrent. Non enim antonij: aut cuiusqꝫ hominum omnino hanc esse medicinam: sed dei solius: qui et quibus vellet: et quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione suo: et vexatos equanimiter ferre tentationem et iam liberatos non sibi: sed deo gratias referre docebat. ¶ Frontho autem quidam vir et palestinis: qui infestissimo demonio vexabatur. Nam et linguam eius laniabat dentibus: et oculorum nitebatur lumen extinguere: peruenit ad montem: rogabatqꝫ beatum senem: vt pro se dominum rogaret. Orauit Antonius: dixitqꝫ ad eum. Vade: et curaberis. Illo incredulo sibi: et violenter ibidem contra preceptū remoranti: eadem geminabat Antonius dicens. Hic curari non poteris: egredere et calcata egypto statim te misericordia christi consequetur: Tandem credidit: et profectus est: ac viso egypto secundum promissionem senis: quam ei dominus oranti reuelauerat infestatio cessauit inimici. ¶ Virgo vero quedā: que a tripolitane regiōis ciuitate deuenerat: inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Et enim narium purgamenta oculorum lachryme: aurium putridus humor in terram cadēs et ꝯfestim in vermes vertebatur. Augebat calamitatem corpus paralisi dissolutum: oculos quoqꝫ peruersos contra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes: cum ad anthonium monachos ire didicissent: credentes in domino: qui pertinacem sanguinis fluxum in euangelio tactu fimbrie stare preceperat: rogauerunt: vt miserabilem filie comitatum susciperent. Illis renitentibus eam vsqꝫ ad Antonium perducere: remansere parētes foris cum filia debili: apud beatum confessorem et monachum paphūcium: qui effossis ꝓ christo oculis sub maximiano persecutore: tali dehonestamento corpis plurimū gloriabatur. Peruenerunt igitur ad anthonium monachi. Cūqꝫ de morbo puelle referre disponerent relationem eorum senis sermo preuenit: et omnem debilitatis et itineris vsqꝫ ad scm̄ Paphuncium causam: quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus aūt eum monachis: vt parentib⁹ cū filia permitteret ingressus: non cōcessit: sed ait. Ite et inuenietis puellam si nō est mortua curatam. Et adiecit. Nullus debet ad meā humilitatem peruenire. qꝛ largitio curationum non est humane miserie: sed iesu xpi misericordie: que vbiqꝫ in se credentibus prestare consueuit auxilium. Quobrē et illa pro qua petitis: suis precib⁹ liberata est. et cum ad dominū orarē ego: mihi ꝑsentia sanitatis eius indulta est: dixit: et verba eius puelle incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatū Paphūciū et filiam sospitem: et parētes letos repererunt. ¶ Non multum autem post istos dies: cum duobus fratribus introeuntibus ad Antoniū aqua in itinere defecisset: et vt vno siti mortuo alter iaceret in terra mortē expectās: Antoni⁹ sedens in monte celeriter ad se duos monachos vocauit: qui forte ibidē sunt reperti: et festinato precepit: vt lagenam aque assumentes: inuaderent iter quod ducit ad egyptum: dixitqꝫ. Vnus e fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad dominum alter si non cucurreritis: addetur. Hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait:

et iuxta preceptũ eius monachi festinãtes: extinctũ corpus inueniũt terra,p id operiẽtes: alterũ refocillatũ suo iunxerunt comitatui. Erat autẽ spacium itineris vnius diei. Forsitan aliquis hoc querat: cur nõ anteꝗ̃ moreretur Antonius dixerit; incongruo prorsus christianis argumẽto vtitur: quia non Antonij: sed dei fuit iudicium: quia ⁊ de recedente quam voluit sententiam tulit: ⁊ de sitiẽte reuelare dignatus est. hoc tantum in Antonio mirabile est: ꝙ in monte remotissimo sedens corde peruigili cuncta procul posita dño indicante cognosceret. ¶ Alio rursus in tẽpore cũ sederet in mõte: ⁊ oculos subito tendisset in celum vidit nescio quã animã letantib⁹ in eius occursu angelis: ad celum pgere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus beatũ dixit sanctorũ chorũ: orauitq̃ vt sibi ei presentis agnitio pãderet. Et statim vox ad eũ facta uiqui ens istã esse Ammonis monachi aiam: qui nytrie morabatur. Erat aũt ammon vir grandeuus q̃ pseueranter a pueritia vsq̃ ad senectutem in sanitate vixerat. Itinere quoq̃ dierũ .xiij. spatio a nytria locus ĩ quo sedebat Antonius diuidebatur: vidẽtes aũt eũ monachi ammirantẽ q̃ venerant deprecati sunt: vt causaꝫ hilaritatis ediceret. Quibus ait. Modo ammon quieuisse: quẽ ,ppter frequẽtem eius ad antoniũ cõmeatum: ⁊ ,ppter celeritatẽ indultorũ ei a dño signorũ optime nouerant: de quibus etiã breuiter dicendũ est. Necesse ei fuit aliquã flumen noĩe licum subitis aquis inundatum transuadere: rogauitq̃ theodorũ qui cum ipso erat: vt paululum a suo separaretur aspectu: ne nuditatem corporis inuicem vterq̃ cõspicerent. Recessit theodorus. Nihilominus ille seipsum cum nudare vellet erubuit. Cogitantem autem eum in alteram ripam virt⁹ diuina transposuit. Rursusq̃ theodorus vir: et ipse deo deuotus transiens ad senem mirari cepit: ꝙ tam velociter fluuium transuadisset. Cumq̃ nihil humoris in pedibus: nihil in vestibus eius aque conspiceret: rogauit eum: vt tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere que acciderant: amplexus est pedes ei⁹: iurauitq̃ nõ se dimissurum priusꝗ̃ sibi id quod celabat referret. Uidens ergo senex cõtentiose vincere volẽtẽ fratrem: exegit vicissim ab eo: vt nulli hoc ante suam mortem indicaret: atq̃ ita confessus est: se subito in alterã ripam fuisse trãspositum: neq̃ omnino vadis impressisse vestigia: dominici corporis hoc tantũmodo priuilegium asserens et eorum: quibus ipse: vt apostolo petro donauerat: vt aquarũ leuitate humanuꝫ corpus insisteret. Hec autem theodorus premisso tempore non dixit: post ei⁹ mortem retulit. ¶ Monachi ergo quibus dixerat Antonius de morte ammonis: notauerũt diem: ⁊ venientib⁹ de nytria fratribus: post dies triginta sciscitantes: repperẽrũt illo die illacꝫ hora dormisse ammon: qua aiam eius ferri senex viderat: vtriq̃ igitur puritatẽ mẽtis in antonio mirati sunt: quomodo rei tam longe geste statiꝫ ad eũ fuisset perlata cognitio. ¶ Archelaus quoq̃ comes: cũ eũ inuenisset in exteriori mõte: rogauit: vt oraret pro polycraria publij filia: que in laodicia erat: admirabili ⁊ christo dedita virgine. Patiebatur eñ pessimos stomachi ⁊ lateris dolores: quos ieiunijs nimijs vigilijsq̃ contraxerat: ⁊ erat penit⁹ toto debilis corpore. Orauitq̃ antonius: et diem quo oratio fuerat facta: annotauit archelaus. Redit in laodiciam: ⁊ inuenit virginem incolumen. Percũctatus diem sanitatis repperit tempus medele: cum annotatione cõgruere. Et omnes ammirati sunt: agnoscẽtes eo tẽpore illam a domino fuisse a doloribus liberatam: quo orans Antonius pro ipsa: bonitatem saluatoris inuocauerat. ¶ Sepe etiã ad se venientium turbarũ: ante dies ⁊ menses: et causas predixit ⁊ tẽpora. Nã quosdam vidẽdi eum tantum desideriuꝫ alios imbecillitas: nõnullos obsessa a demonibus corpora ptrahebant: nemo tamen vnꝗ̃ vexationem: aut detrimẽtũ laboriosi itineris ꝯquestus est: regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille precipiebat: non sue laudi hanc ammirationem ab eis applicari debere: sed domini: q̃ sui notionem hominibus ,p capacitate mortalitatis indulserit. Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora monasteria: ⁊ rogat⁹ eẽt a fratribus: vt in naui quadã cũ monachis ,pficiscentibus oraret: ascẽdit: et solus ex oib⁹ odorẽ sensit teterrimuꝫ: asserebant cuncti piscium salsorum et caricarum in naui positaruꝫ hunc esse putorem. At ille alterius rei fetorẽ se sentire affirmauit. Adhuc loquẽte illo: adolescens quidam possessus a demone: qui ,pcedens iuxta carinam se nauis absconderat repente exclamauit: Quo statim per Antonium in noĩe dñi iesu christi curato: intellexere vniuersi diaboli illum fuisse putorem. ¶ Ali⁹quoq̃ eum vir inter suos nobilis demoniosus ad

ducitur tanta oppressus insania: vt non sciret se esse apud antoniū: necnō ⁊ corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant: vt pro illo dominum oraret: intantum iuuenis miseric condoluit: vt tota nocte peruigilans cum eo: aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cū iam lucesceret: et obsessus impetu in Antoniū facto: vehementer eū pp impulisset: irasci ceperūt qui eum adduxerant: cur seni fecisset iniuriā Quibus Antonius ait. Nolite alienā culpam iuueni misero ascribere: furor iste obsidentis est: nō possessi. Idcirco autem in hāc prorupit dolens hostis audaciam: quia dominus ad aridam regionem ire eum iussit: ⁊ expulsi sathane iudicium ille aduersum me impetus fuit. Nulla post verba et mora: et adolescens recepto sensu: et gratias agens deo: et locum vbi esset agnouit: et toto antonium complectans: deosculatus est affectu. ¶ Innumera et alia illiusmodi signa sunt: que monachorum concordi sepe relatione cognouimus. Uerum nō tantum his adhibēd⁹ est stupor: qꝛ multo plus que sequuntur conditionem nostre fragilitatis excedunt. Hora circiter nona: cum ante cibum orare cepisset: raptū se sensit in spiritu: ⁊ ab angelis in sublime ferri ꝓhibentibus transitus aereis demonibus: ceperunt angeli contradicentes requirere que esset causa retinēdi nullis existentibus in antonio criminibus Illis vō ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus: calumniosa angeli ora clauserunt dicētes: nō debere eos a natiuitate eius delicta narrare: que iam christi essent bonitate sopita: si qua autē scirēt ex eo tempore: quo factus est monachus: ⁊ deo se consecrasset: liceret proferri. Accusabāt demones multa ꝓcaciter mētientes: ⁊ cum deessent probamenta fallacibus: liber antonio conscensus aperit Et statim rediens in se: in eo loco in quo stare ceperat: hoc se rursum vidit esse quod fuerat Tunc vero oblitus esce ex illa hora noctem gemitu: ac lamentatione transegit reputās secū humanorum hostilium multitudinē: ⁊ colluctationem tanti exercitus: ⁊ laboriosum per aerē iter ad celū: ⁊ hoc apostoli dictū quod ait. Nō est vobis colluctatio aduersus carnem: sed aduersum principes potestatis hui⁹ aeris. Qui sciens aereas potestates ob id semper tētare: luctari: ⁊ contendere: ne nobis liber transit⁹ esset ad celum: hortabatur monens. Assumite arma dei: vt possitis resistere in die mala: vt nihil mali habēs: quod de vobis dicere possit inimicus confundatur: nos autē apostolici sermonis recordemur dicentis. Siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit. ⁊ paulus quidem vsqꝫ ad celum tertium raptus ē: ibiqꝫ auditis verbis ineffabilibus descendit. Antonius autem vsqꝫ ad aerem sublatus post colluctationem liber conscensus apparebat. Habebat etiā illiusmodi donum. Si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset: ⁊ eius secum inquireret notionem: oranti ei a domino reuelabatur: ⁊ erat secundum quod scriptum est a deo doctus. ¶ Deniqꝫ cum a fratribus haberetur iste tractatus: ⁊ ab eo sedule sciscitarētur. quēadmodum se post corporis sarcinā anima gereret: quiue ei locus post exitum concederetur: proxima nocte vox desuper nomen ei⁹ inclamitans ait. Antoni exurge: exi: et vide. Qui exurgēs egressus ē: sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad celum oculis: vidit quendam longum atqꝫ terribilem caput: vsqꝫ ad nubes attollentem: vidit etiā pēnatos quosdam euolare cupientes ad celum atqꝫ illum extensis manibus prohibere transgressum: e quibus alios apprehēsos elidebat ad terram. alios frustra retinere contendens dolebat super se ad celestia trāsuolare: ⁊ maximū gaudium mixtum merore: victi victoresqꝫ tribuebant. Statimqꝫ ad eum vox facta est dicens. Animaduerte quod vides Et tunc cepit illuminato corde intelligere: animarum esse conscensum: ⁊ diabolū prohibentem: qui ⁊ sibi retineret obnoxios: ⁊ in sanctorum quos decipere non poterat: cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus: quottidie ad meliora crescebat. Neqꝫ vero id quod sibi reuelatum fuerat causa iactanctie: fratribus indicabat: sed cum orans iugiter dei laudaret auxilium: interrogantibus compellebatur edicere: nec spirituales filios pura ī xp̄o anima occultare quicq̄ volebat: presertim cum huiusmodi signorum relatio: et amorem ministraret proposito: ⁊ fructū laboris ostenderet. Nūq̄ ille: aut ira subita cōcitatus patientiam rupit: aut humilitatē erexit in gloriam. Nam omnes clericos vsqꝫ ad vltimū gradū ante se orare compellens: Episcopis quoqꝫ atqꝫ presbyteris: quasi humilitatis discipulus: ad benedicendum se caput submittebat. Dyaconos vero qui ad eum vtilitatis causa veniebant: cum pro adiutorio eorum eis presentibus disputaret: ad orandum dominū sibi proponebat: non

erubescens: et ipse discere. Nam et interroga
bat frequenter eos cum quibus erat: et si aliqd
ab eis necessarium audierat: se fatebatur ad/
iutum. Habebat autē et in vultu magnam gra/
tiam: et ammirabile a saluatore etiā hoc mun⁹
acceperat. Si quis enim ignarus eius: inter
multitudinē monachorum eum videre deside
rasset: nullo indicāte ceteris pretermissis ad
Antonium currebat: et anime puritatem agno
scebat: in vultu: et p speculum corporis: gratiā
sancte mentis intuebatur. Nam semper hyla/
rem faciem gerens: liquido ostēdebat se de ce
lestibus cogitare: sicut scriptura ait. Corde le
tante vultus floret: sed in merore constituto
tristatur. Ita et iacob agnouit laban socerum
suum insidias sibi machinantem dicens ad fi
lias eius. Nō est facies patris vestri: sicut he/
ri et nudiusterti⁹. Sic samuel agnouit dauid
letificatos enim habebat oculos: et dentes sicut
lac candidos. Similiter agnoscebat Antoni/
us: qr semper eandem faciem: inter prospera
et aduersa retinēs: nec secundis extollebatur
nec frangebatur aduersis. Erat aūt et in vultu
amabilis: et in fidei puritate mirabilis. Nūq̄
enim scismaticorum se miscuit cōmunioni: anti
quam eorum sciens prauitatem: atq̄ transgres
sionem. Nunquam Manicheis: aut alijs: he/
reticis saltim amicabilia verba largitus est:
nisi tantum ea que eos possent ab ea iniquita
tis errore reuocare: denūcians talium amici/
tias atq̄ sermones perditionem esse anime.
Sic etiam arrianos detestabatur: vt oībus di
ceret: nec iuxta eos quidē esse accedendum.
Nam cum venissent quidā arronianite: reper
ta post eorum examinationē infidelissima se/
cta: effugauit eos de monte: dicens multo ser
pentibus deteriores horū esse sermōes. Mē
tientibus autē Arrianis aliquando: antonium
ita vt se credere: ammiratus eorum audaciā:
et iusti doloris ira cōmotus: rogatusq̄ episco
pis atq̄ vniuersis fratribus: alexādriā descē
dit: ibiq̄ arrioniatas publico sermone condē
nauit: vltimā hanc esse heresim et precursorē
antichristi affirmans: predicauitq̄ in populo
filium dei: nō facturam: non ex vllis instanti/
bus: sed proprium et vnius cum patre substā/
tie: ne creatura potius aut adoptio: aut appel
latio videretur: impium esse dicens: vel mēte
concipere: erat quando non erat: cum verbum
dei deus: qui est: semper patri sit coeternus:
quia et eo natus est patre. qui semper est. Un
de aiebat. Cum arriani s vobis nulla sit cōiu
ctio. Que enim societas luci ad tenebras? Uos
fideliter credentes et piani estis: illi verbū. i.
filium qui ex deo patre est creaturam docētes
nullo interuallo a gentibus separantur: q̄ ser/
uiunt creature potiusq̄ creatori: qui est bene
dictus in secula. Ipsa mihi credite irascūtur
elementa: et omnis cōtra arrianum furorem se
cundum apostoli dictum cōgemiscit creatura:
q̄ sibi dominū suū per quem oīa facta sunt: vi
deat coequari alias aggregari. Hec tanti vi/
ri predicatio exprimi non potest quātum ad fi
dem populos roborauerit. Letabantur quip/
pe hostilē et christo inimicā heresim: anathe/
matizari ab ecclesie columna. Nulla tūc etas
nullus sexus domi remansit. Taceo de christi
anis: pagani quiq̄: et ipsi ydolorū sacerdotes
ad dominicū imperiū cōuolabant dicētes. De
precamur: vt videamus hominem dei: qr hoc
apud vniuersos conspicuū erat nomen Anto/
nij. ¶ Ambiebant quoq̄ saltim fimbriā vesti/
menti eius attingere: multum sibi et tactū p/
desse credētes. Quot tunc diabolica obsidiōe
et varijs infirmitatibus liberati: quot simula
chris erepte sunt spolia: quāti etiam ab erro/
re gentilium retracti nostro iuncti sunt gregi?
Tanti certe: vt paucorum dierū spacio ex ydolo/
rum supstitiōne conuersio: omnē per annū cre
dentium vinceret turbam. Preterea cum irru/
entem multitudinē comites repellerent: exti/
mātes tedio illi cōuentū populi fore ipse tran
quillo aīo dicebat. Nunquid hic cetus demo/
nū maior est turbis? Nunquid obsequentium
multitudo collectorum in mente nostrorū ca/
teruis est numerosior? Accidit etiam vt cū eū
redeuntem circa portas prosequeremur: a ter
go quedem mulier clamitaret dicens. Expe/
cta homo dei: filia mea atrocissimo vexat de/
monio: expecta obsecro expecta: ne et ego cor/
ruens inteream. Hoc audito ammirabilis se/
nex: a nobis ammonitus: volens tamen et ipse
paululū substitit. Cumq̄ appropinquāte mu
liere: puella iaceret explosa orauit tacitus ie/
sum: et ad cōminationē eius: statim spirit⁹ im/
purus egressus est. Puella incolumis: popu/
lus in laudibus dei: mater in gaudio fuit. Ip
se autem letabatur: quia ad desideratam soli/
tudinem repedabat. Erat autem valde sapiēs
et hoc in se mirabile habebat: quia cum litte/
ras non didicisset: ingeniosissimus et pruden/
tissimus immobilis et mansuetus erat. ¶ Ali
quando ex enim philosophi duo gentiles vene/
runt ad eum putantes antonium se posse deci

pere. Erat. n. in supiori monte. Quos cu vidis
sz paganos itellexit ex vultu: et pcedes ad eos
p interpretē. ita cepit appellare: Quare taz lō
ge ad stultū hominē: sapientes se vexare vo-
luerunt: Illis dicentibus nō esse illū stultū:
sed nimiū sapientez: vigilanter respōdit. Si
ad stultū venistis: supflu9 est labor vester. Si
aūt putatis me sapientem esse: et sapientiam
habere bonū est: imitamini que pbatis: quia
bona cōuenit imitari: Si ergo ad vos venissē:
vos imitarer: sz quia vos ad me quasi ad sapi
entem venistis: estote sicut ego sum xpiani:
Abscesserunt philosophi vti ūqz mirantes: et
acumē ingenij et demonū expulsiones. ¶ Ali-
os quoqz similiter mundi sapientes: q eum ir
ridere cupiebant: quia litteras ignoraret: ta
li disputatione colligauit dicens. Responde-
te mihi. Quid prius est sensus an littere. Et
quid cuius exordium. Sensus ex litteris: an
littere oriuntur ex sensu: Illis asserentibus:
quia sensus esset auctor atqz inuentor littera
rū ait. Igitur sicut sensus incolumis est: hic
litteras non requirit. Quis presentium post
hanc colluctationem non exclamauerit: cū ob
stupuerunt: et ipsi qui victi sunt: tantam in im
perito litterarum sagacitatem animi ammirā
tes: Neqz enim vt in solitudine et montibus
versatus atqz omnem ibidem erigens vitaz:
agrestis et rudis erat: sed iocundus atqz affa
bilis: sermonen secundum apostoli preceptū
diuino conditum sale proferebat: ita vt inui-
dia careret: et amore omniū potiretur. ¶ In-
ter hec quasi parum esset: bis gentilitatem fu
isse superatam: et tertio venerunt viri: omnis
secularis prudentie nube cecati: atqz vniuer
sis phie studijs artium suaruz estimatione do
ctissimi. Hi cuz rationē ab eo exigerent fidei
quam in christo habemus: et niterentur argu
ta sophismatuz interrogatione: de diuina cru
ce eum illudere: intra silentium paululum vo
ce compressa: primū eorum miseratus errorē
est. Deinde per interpretem: qui eius verba
diligentissime in grecum solebat exprimere
sermonem: ita exorsus est: dicens. Quid pul-
chrius est: quidue honestius: crucē colere: an
adulteria: parricidiū vel incestū: his assigna-
re quos colitis: cū in altero cōteptus mortis
insigne virtutis sit in altero turpis religio fit
obscenitatis magistra: Quid melius est dicere
q dei verbū manens: vt erat ob salutē nostrā
humanū corpus assumpserit: vt societate mor
talitatis nos eueheret ad celum: participesqz
nature celestis efficeret: an vt ipsi asseretis
diuine mētis haustum et ad terrena venerāda
caput submittere: et pecudum atqz serpentiū
formis celeste nomē includere: Quo ore chri
stianorum crudelitatem audetis irridere: di-
centium christum filium dei sine sui detrimē
to: et cepisse esse qd non erat: et mansisse quod
fuerat: cum ipsi animam de celestibus detra
hentes: non tantum hominum sed et pecudū
soleatis sepire corporibus: christiana credu-
litas pro salute mundi deum suum venisse te
statur: vos vero innatam animam predican-
tes: vltro citroqz trāffertis. Christiana fides
que omnipotentiam dei clementiamqz vene-
rat: consequenter incarnationem dicit deo fu
isse possibilem: ita tamen vt non euacuerit
dignatio dignitatem: vos qui animam ex splē
didissimo dei fonte manantem turpiter deci-
disse iactatis: qui mutabilem et conuertibi-
lem eam post sui diminutionem audetis asse-
rere: iam illam quoqz naturam dominā secu-
lorum: per anime contumelias impia lingua
temeritatis: imago eñi que secundū nos natu
ralem similitudinem sui retinet auctoris: cui
vna est: et quo defluit: eademqz substantia hu
militati et proprias et iniurias consequēter ad
suam originem remittit. Igitur aiaduertite
contumelias animarū: ad patrē: vt appellatis
earum: per vestram blasphemiam redundare
Crux christi domini dei nostri nobis ingerit
Rogo que hic est religionis obscenitas: Nō
ne potius est crucem: aut alicuius gūis mor-
tem ab iniquis hoibus illatam patiēter susti-
nere: q ysidis plāgere post osirim vagos in-
certosqz discursus: Pudeat queso vos infidi-
arum typhonis: pudeat saturni fuge: et deuo-
ratiōis crudelissime liberorū. Erubescite par
ricidium ouis: et incestum erubescite: raptum
eius et coitū mulierū atqz puerorūz. Ille sicut
vestri fingunt poete ad explenduz imanissi
me libidinis furorem: molles dedit in amore
vagitus: ille in diane fluuit sinus: ipse ama-
tor et precium: ille modulatus ales: ledeos
petiuit amplexus: ille in proprium seniens
serum regium puerum ministris auibus pol-
luit. Hec vos creditis. Hec colitis. Hec sunt
vestrorum ornamenta templorum. Equo dep
cor pro vestra salute nostra dicta pensate iu-
dicio. Cuncta an nihil libris credenda sunt
christianis: Si nihil: nec crucis quoqz cui
detrahetis nomen agnoscitis. Si vniuersa
credenda sunt: cur euz in iisdem libris cruci

Confutatio gentilis culture
p Antonium

surrectio copuletur: passionē diuinam stolido laceratis eloquio: ⁊ non statim iungitis cecorum visum: surdorum auditum: claudorum gressum: lepre emundationē: seruiens ambulanti deo suo mare. demonū fugas: resurrectionem mortuorum: ⁊ defunctorum ab inferis reditus. Hec omnia scripturis quas interpolatis inserta sunt: ⁊ iisdem voluminibus continentur preconia maiestatis ⁊ mortis. Quamobrē odio quo imbuti estis abiecto: inuenietis illico: ⁊ deū verū esse iesum: ⁊ salutis humane gratia fragilem assumpsisse naturā. Uestram tñ nobis si nō pudet: narrate religionē. Sed quis (o error infelix) poteris referre culturas de tanta rerum feditate atque vecordia? nisi forte: vt audio: fabulas asseritis deorum vestrorū: ⁊ obscenitates ⁊ crudelitates: ⁊ vanitates: et mortes: tegentes eas allegoricis velaminib⁹: liberū raptum terram proserpine: semiclodum vulcanū ⁊ debilē ignem: iunonē aerē: appollinem solem: dianā lunā: neptunū maria: ⁊ libidinū principem iouē etherem interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatem: deū sed creaturas contempto creatore suscipistis. Quod si pulchritudo vos elementorum ad suam traxit venerationem: modum fas erat custodire: ⁊ oportebat mirari tantū: nec colere: ne facture veneratio creatoris esset iniuria. Nam sm istiusmodi: quam vos sequimini: ratio est prepostera atque peruersa: ⁊ architecti honor migrauit ad domū: ⁊ medici scientia ad remedia conferetur: omniū quoque artificiū merita vel laudes ad opera transferentur. Quid ad hec dicitis: vt agnoscam⁹ que sit crucis ridicule vobis ignominiosa confusio? Hac disputatione conuertentibus inter se philosophis oculos: simulque musitantibus: subridens Antoni⁹ rursusque per interpretatem ait. Predurū namque cuncto videtur operi: quotiens iusto vniuerse rei tenore calcato: laboris merita factis magisque factoribus astruunt: Elementa quidem: vt memoraui ex ipso conspectu suā comprobāt seruitutem. Sed quoniam vos obseruatione dialetica necessaria: vt putatis: queque colligitis: hoc quoque artificio: etiā nostram religionē compellitis affirmare. Respondete mihi. Cognitio dei quēadmodum manifestius approbatur: per lectionē verborum: an per operationē fidei? Et quid antiquius est: operatio fidei: an disputatio per argumenta procedens? Illis rñdentibus firmiorē finnoribus operationē esse: ⁊ hanc liquidā de deo cognitionē: bene eos ⁊ ipse dixisse consensit: quia operationē: quod ex fide descendit animi genere atque affect⁹: dialeticā vero ex artificio cōponentiū sumpsisse oppositiōis exordia. Cum ergo ait operationem fidei animo sitam quis habuerit: superflua erit verborum cōpositio: per quā cōceptā sensu nostro credulitatē tentatis euellere: et tñ sepe nostras explicare intelligētias nō valetis. Ita solidiora sunt mentis opera: quam sophismatū fraudulenta conclusio. Nos xpiani mysteriū vite nostre: nō in sapiā mundi habemus repositū: sed in virtute fidei: que nobis a deo tributa per xpm est. Hanc orationis mee veritatem: rerū quottidie geruntur ordo cōmendat vobis impitis ⁊ litterarū vestrarū ignaris ad dei cognitionē: eius solum verba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregib⁹ abstractis in vniuersum orbē quottidie propagamur: vobis vero post aduentū dñi nodose sophismatū defecerunt versutie. Ecce nos simplicem xpi fidē docti idolatriam debellauim⁹: ⁊ per predicationem ignominiose crucis: aurata tēpla ceciderunt. Uos si potestis: ostendite qua cōtertione verborum gentilitatē xpo proponere suaseritis. Per omnes iam terras de⁹ dei filius xps est agnitus: nihil eloquentia sophismatum nihil disputatio prohibere multitudini potest obesse credentiū. Crucifixum nominam⁹: ⁊ vniuersi demones: quos vos ⁊ deos colitis: rugiūt atque ex obsessis corpib⁹ ad primū dñice crucis signū fugantur. Ubi sunt illa fabulosa oracula? vbi egyptiorum incātatiōes? quod magorum perfecere carmina? Certe tūc vastata sunt oīa: cū de sua cruce mūdo xps intonuit. Nihilomin⁹ vos pretermissis debilitatorum cateruis: gl'iosam iesu mortē irridere conamini. Illud aūt quale est: quod nunc quam infestatiōe regali cōcussa gētilitas: imo seculo cara: ⁊ hoim presidijs fulta iam corruit? Nos famuli xpi quod plus premimur: eo magis assurgim⁹ ⁊ florem⁹. Uestra simulacra ornatis quondā septa parietibus. iā vetustate collapsa sunt. Xpi vero doctrīa: que vobis stultitia videtur: ⁊ ludus: licet tyrannica persequētiū principū temptamēta pertulerit: licet varijs sit incursata terroribus: nullū tñ terrarū orbe concludit: nullo gentiū barbarū fine prohibetur. Non eī diuine scientie tant⁹ splendor illuxit? Quando tot simul in se conuenere virtutes? cōtinentia in matrimonio: virginitas in ecclesia: floret martyrum pro dño suo gloriosa constantia: quorum omniū crux xpi principiū est. Cū interim eos inter tantos virtutū choros: syllogismorum retia tenditis: ⁊ verum rerū lu

cem tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere: Ecce nos vt dixit doctor noster: nō in gentili persuasione: sed in fide apertissima suademus: que verborum affirmationem preuenire consueuit. Assunt quippe patientes a demonibus vexati: quos cum in medium pduxisset: verba repetiuit dicens. Nunc vos collectionibus vestris: et quo vultis malefico carmine deos vestros quos putatis expellite: sinautem non potestis victas summittite manus: et ad christi tropbea confugite: et statim crucifixi credulitatē maiestatis potētia prosequetur. Dixit: et inuocato nomine iesu: cum vitale signum in sacro numero trinitatis pressisset in frontibus: vna cum expulsis demonibus: vana presentium phōrum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupētes hominē: cui post tantum ingenium afflueret signorum diuina largitio. At ille vniuersa christo: qui curauerat ascribens: vsus est affectu reciproco: et ait. Nolite me putare his sanitatem dedisse: christus per seruos suos facit ista miracula. Credite et vos: et videbitis: quia deuota deo fides: non eloquentie vanus tumor talia signa meretur. Confugite ad crucifixi legem: nosque eius imitamini famulos: et hoc scientie fine contēti: nulla deinceps secularis imprudētie argumenta queratis. Hactenus Antonio dicente: miro philosophi stupore perculsi: et cum honorifico salutatu ab eo recedentes: multum eius sibi fatebantur profuisse conspectum. ¶ Hoc in eo viro mirabile est: vt hominem in extremo mundi limite conditum: et fauor principum: et omnis celebraret aula regalis. Nam et constātinus augustus: et eius liberi cōstans atque cōstātius talia cognoscētes: crebro ad eū quasi ad patrem missis litteris obsecrabant: vt reciprocis eos scriptis hylararet. at ille eiusmodi manens: qualis et anteque littere ad eum venirent fuerat: nec salutatione principium mouebatur: et tanque nō acceptis litteris conuocatis monachis aiebat. Reges seculi ad nos miserunt epistolas que hic xpianis adhibēda miratio est? Licet enim diuersa sit dignitas: attamen eadē nascendi moriendique conditio est. Illa sunt veneratione omni pcolenda: illa toto animi affectu retinenda sunt: que hominibus deus legem scripserit: que p filium suum propriis ecclesias ditauerit eloquiis. Que monachis est rō: cum epistolas regum. Cur accipiā litteras quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia? Igitur rogatus ab vniuersis fratribus: vt xpianos reges suis litteris refrigeraret: ne scz p silentiū eius exasperarentur: ad susceptas epistolas conueniētia rescribsit. Laudauit primū que xpm colerent deinde salutaria persuasit ne magnā putarēt regiam potestatem. ne presentis carnis imperio tumētes: se homines eē nescirent: et iudicandos a xpo obliuiscerentur. Ad postremum clemētie circa subiectos et iusticie: curā quoque inopum admonuit: atque vnum sempiternū esse regem oīm seculorum iesum xpm epistolis testatus est. His principes susceptis vehementissime letabantur. ¶ Sancta quoque apud cunctos Antonii flagrabat opinio: ita vt eius se filios cuperēt nominari. Magna etem̄ cum aduenientibus affabilitas: omnium in se studium conuerterat. Postque ergo gentiles confutati: reges admoniti: fratres ab eo sunt consolatione releuati ad interiorem montem: et ad rigorem solitum regressus est: ibique sepe cum introeūtibus deambulans ac residens stupebat: sicuti in daniele scriptum est: et interiectis horarum spaciis consequētia respondebat: vt intelligeret aliqua reuelationis vidisse secreta. Nam in mōte positus: ea que in egypto longe gerebātur preuidens: epō Serapioni ibi constitutio narrauit. Lamentabilis sequitur visio: et omni lachrymarū fonte plangenda. Cū em̄ cū fratribus circa se sedentibus operaretur. intente fixit oculos in celum gemēs atque suspirans. Et post aliquātū spacium reuelatiōis incepte: nimio dolore contremuit: et statim fixis genibus ante dei vultū pvolutus orauit: vt clementia sua futurū aduerteret scelus: Succedunt orationi lachrymae: metus ingens inuadit pñtes: obsecrant vt ante calamitatis exponeret visionem. Singultus occupant vocem: lingua fletibus prepedit: et in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Uir tñ cū vociferatione fluctuosa ait. Melius erat o filioli impendēs piaculum cita morte lucrari. Sic icipiēs rursum lachrymis vincitur: et inter egra suspiria tandem pectori cōmodans vocem: magnum inquit quoddā et vniuersis seculis inauditū imminet nephas. Magno fides catholica turbine subuertentur: et homines iumentis similes: xpi sancta deripient. Uidi em̄ altare domini multorum circumdatū multudine: qui crebris calcium ictibus oīa dissipabāt. Hec ē causa gemituū quos audistis. Et facta est vox dñi dicens: Abhominabitur altariū meū: nec mora: visionem sequtur effectus. Nam post annos

visio lamenta cuiusque

duos: seua arrianoꝝ irrupit isania. Tūc eccle
siaꝝ rapine: tūc diuinoꝝ temeratio vasoꝝ: tūc
pollutis ethnicoꝝ manibꝰ sacra polluta sūt mi
nisteria: tūc paganoꝝ opificū ꝑfidia aduersū
xp̄m cōparata cum assumptione palmarū: qđ
ydolatrie apud alexandriā insigne est: ad ec-
clesiam pergere cōpellebantur xp̄iani: vt arri
anoꝝ populi crederentur. Proch scelus: hor-
ret animꝰ replicare q̄ gesta sunt: Uirginū ma
tronarūq; ereptus pudor. sanguis ouiū xp̄i in
xp̄i tēplo effusus veneranda respsit altaria: ba
ptisteriū ꝓ voluntate gentilium pollutū est.
Nihil defuit visionis. veritatem mōstrauit ef
fectꝰ: q calcitrātiū muloꝝ indisciplinatio: ar
rienoꝝ esset impietas. ¶ Sed istam tristiciā
cōsequentis reuelationis ꝓsperitate consola
tus est: ꝛ ait: Nolite filioli merori vos penitꝰ
dedere: vt em̄ iratus est dn̄s sic rursum misere
bitur: ꝛ suū cito ecclesia recupabit ornatum:
eosq; qui in ꝑsecutionibus fidē dn̄i seruaue
rint: solito videbitis fulgore relucentes. Re-
uertentur ad foueas suas serpentes: ꝛ religio
longius ꝓpagabitur: tm̄ videte ne fidei vestre
sinceritas arriana labe sordescat. Non aploꝝ:
sed demonū ꝛ patris eorū dyaboli ista doctri-
na est: ob id per insipientiā iumentoꝝ similis
pecudum corꝰ expressus est animꝰ: Hucusq;
Antonius. ¶ Sed nos minime cōuenit diffide-
re: tam grande miraculū per hominē potuisse
ostendi. Saluatoris em̄ ꝓmissio est: ita dicen
tis. Si habueritis fidē vt granum sinapis di
cetis huic monti trāsfer te: ꝛ trāsferetur: ꝛ ni-
hil impossibile erit vobis: Et iterum. Amen
amen dico vobis: omne qđ petieritis patrē in
nomine meo: dabit vobis. Petite ꝛ accipietis
Ipse enim suis discipulis ꝛ vniuerso creden
tium gregi: nūc subiectionē demonū: nunc va
riaꝝ infirmitatum pollicēs curationē: aiebat.
Gratias accepistis: gratis date. Nunquid sue
virtutis impio curabat. Antonius? Nunquid
sue possibilitatis arbitrabat qđ fecerat? Ora
tionibus nō preceptis demones morbiq; ces-
serunt: et ad xp̄i dei nostri nominationē: semꝑ
vniuersa perfecta sunt. Nemo sapientiū sani-
tatum admirationē ascribat Antonio: sed do-
mino iesu: qui solitā erga creaturas suas exi
bens beniuolentiam: nūc quoq; per electum
famulum suum indulgenter exercuit. Anto-
nius tantum orabat: et ob vite eius merita: cū
cta dn̄s largiebatur. Sepe autem ꝛ contra vo
luntatem. ad exteriorem montem a fratribus
ꝑducebatur. Et cum iudices q̄ ad interius ar
chisteriū ꝓpter asperitatē itineris: ꝛ obsequē
tiū multitudinē ꝛ horridā sollicitudinē ire nō
poterant: precario quererēt: vt eiꝰ fruerēt as-
pectibus: nec impetrare possent: q: molestissi
me ferebat vexationē discursuū. Ipsos cate-
natos quos aut noxietas: aut vigor publicus
constrinxerat: ad eū destinabant: scientes ta-
les ab Antonio nō posse contemni: quoꝝ fleti
bus superatus ptrahebatur ad exteriorē mon
tē agnoscēs laborē suū vtilē miser fore. Sua
debatq; iudicibus q̄ eum inuitauerant: vt in
sententia ꝓferenda: et odio ꝛ gratie dei timo
rē anteponerent: nec ignorare eos debet qđ
scriptū est. Quocūq; iudicio iudicaueritis: in
eo iudicabitur de vobis. Attamē inter medi-
os sermones care sibi sollicitudinis recorda-
bat. Post coactā itaq; presentiam: quā ducis
preces: ꝛ quod veriꝰ est miseroꝝ fletus extor
serat: post salutaria monita: post reoꝝ cōmen
dationē: quoꝝdā vero ꝛ absolutionē: postulā
ti duci vt paulo largius eidē suā pn̄tiā indul
geret: ait nō posse se diutius ibidem morari:
grato vsus exemplo: q sicuti pisces ab aqua
extracti mox in arenti terra morerentur: ita ꝛ
monachos cū secularibus retardantes: huma
nis statim resolui cōfabulationibus. Ob id er
go inquit: cōuenit vt pisces ad mare: ita nos
ad montē festinare: ne tardantibꝰ nobis aliq̄
ꝓpositi succedat obliuio. ¶ Pre tanta homi-
nis sapiētia dux miratus iustā de eo tulit ve-
rāq; sententiā dicens. Uere istū esse dei fa-
mulū: nec in rustico homine potuisse tātā ali
quādo inesse sapiētiā: nisi diuino amore rege
retur. ¶ Preterea cū balacius. qui sub nesto-
rio prefecto alexandrie dux egypti fuit: hō ar
riane iniquitatis studiosissimꝰ fautor: ita xp̄i
ecclesiam persequeretur: vt aio vesano virgi-
nes monachosq; nudatos verberaret in publi
ce: ad eū Antoniꝰ litteras misit: quaꝝ ista sen
tentia est. Uideo irā dei venientē super te: de-
sine ꝑsequi christianos: ne te ira occupet: que
proximū iam tibi minatur interitū. Legit in-
felix epistolam et irrisit atq; in eam expuens
proiecit in terram: portitores q̄ multis affici
ens iniurijs: Antonio talia renunciari prece-
pit: Qm̄ cura tibi tātopere monachorum est:
etiā ad te mei vigoris transiliet disciplina. sꝫ
confestim minitatorem oppressit suppliciū:
et post quinq; dies os effrenatum vltio diua
cōpescuit. Egredit em̄ ad primā māsionē ale
xandrie q̄ appellat chereū: cū supradicto egy
pti ꝑfecto nestorio: vehuntur equis: quos in-

hec ant^s ad ballacium arrianorum fautorem

ter oēs halacius: cuius erant: mãsuetissimos nutrierat. Cū ḡ pariter solito sibimet equi al luderent: mitior quo nestori⁹ vehebatꝛ: morsu repētino balaciū decussit in terrā: ac si in euȝ inhians femora ei⁹ laceravit atq corrosit: vt statim relatus ad civitatē: post tertiū diē moreretur: vniuersiq agnoscerent minarū ab antonio predictarū effectū quantotius consecutū: digno psecutoris fine cōpleto. ¶ Ceteros ad se venientes mira cū modestia Antonius admonebat: vt oblita seculi dignitate: remoti oris vite beatitudinem appeterēt. Siqui aūt maiori potestate premebantur: nec poterant obtinere iusticiaȝ. ita eos obnixe defendebat vt ipse pro il is pati videretur iniuriā. Multis vtilis fuit preclari senis oratio: multi magnis divitijs ꝛ altiori gradu militie derelicto eius adhesere curriculis. Et vt infinita brevi sermone cōprehendā: bonū egypto medicum xp̄s indulserat. Quis nō tristiciam apud Antonium mutavit in gaudium? Quis nō irā viderit in pacem? Quis orbitatis luctum: nō ad eius tēpavit aspectū? Quis non merore paupertatis: quo pmebatur: abiecto: statim et divitū despexit opulentias: ꝛ in sua letatus est paupertate? Quis post lassitudinē monach⁹ nō eius vegetatu hortatus est? Quis adolescētie etatis accensus ardoribus: nō ex eius admonitu pudicitie amator fuit? Quis vexatus diabolo: sine medela redijt? Quis inimici cogitationib⁹ distract⁹ nō ceca tēpestate sopita: serenō regressus est aīo? Sciebat eīm quo q̄sq laboraret incōmodo: ꝛ ex vite meritis discretionem spirituum agnoscens adhibebat verboꝝ pꝛut erant vulnera sanitatem. Unde effectum est: vt post eius doctrinā oēs dyaboli pāderēt insidie. Multe quoq ad ei⁹ cōspectuȝ despōsate puelle: ab ipso pene thalamo recedētes i ecclesie matris gremio concederūt. Quid plura? Toti⁹ orbis hoīes ad eū cōfluebāt: ꝛ vniuersarū gētiū varietas: bellicosissimū cōtra demōes vix cōspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est oībus delectabile atq iocundum laboris cōmerciū fuit. Fatigatio eīm itineris emolumentū viatici reprobat: sicut rei pbavit effectus. Nā post resolutionē eius: quasi cōmuni funere orbitatis excepto: pꝛiū singuli parentē lugerūt. ¶ Quis aūt finis vite eius fuerit: dignuȝ est et me cōmemorare et vos cum desiderio audire: quia et hoc in eo imitabile cunctis fuit. Iuxta consuetudinē ad visendos fratres: qui in exteriori monte erant: venit: ibiq a divina p̄vidētia de sua morte condiscens ita exorsus est: dicens. ¶ Ultimā filioli patris audite sententiam: non eīm arbitror q in h̄ seculo iteruȝ vos visuri simus. Cogit cōditio nature: vt post cētenariū numerum: quē annis q̄nq supergredior: iā resoluar. Ita locutus audientium pectora cōstristavit: gemit⁹ lachrymeq dicta merentia consecute sunt. Amplexabantur eū vniuersi: quasi iā de seculo recessurū. At ille tāq̄ aliena deserens ad pꝛiā patriaȝ pfecturus: magna cū letitia pcipiebat: desidiaȝ instituto nō debere surripere: sed tāq̄ quotidie morituros: vt ante predixerat: a sordidis cogitationibus aīam custodire: et oēȝ emulationē ad sanctos quosq convertere: ad melecianos vero scismaticosq: ne pꝛe quidem accedere. Scitis eīm: aiebat: eoꝝ antiquā puersitatem: neq cum arrianis cōmunioni iungamini: q2 impietas eoꝝ iam oīb⁹ manifesta ē. ¶ His etiam illud addebat: nullū debere christianū: cuȝ seculi viderit potestates: pꝛ arrianorum ꝛ maleciānoꝝ pugnare nequitia: a xp̄i tertium discedere veritate: mortaliū illā esse defensioneȝ: nec diu fallacem pmanere nosse fantasiā. Quapropter aiebat custodienda est pia fides in xp̄o: et patrum religiosa traditio: quam et scripturarum lectione: et crebro mee parvitatis didicistis admonitu. Finito sermone fratres eum vehementissime retardabant: glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas quas et silentio demonstrabat: pcipue tū ob presumptā egypti consuetudinem: pdixit: Mos etēm egyptijs est: nobilium ꝛ precipue beatoꝝ martyrum corpora: linteamine q̄dem obvolvere: et studium funeri solitum nō negare: terra vero non abscondere: sed sup lectulos demi posita reservare. Hunc honorem quiescentibus reddi: inveterata consuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sepe ꝛ episcopos deprecatus est: vt pplos eccl'iastica contestatione corrigerent: et laycos viros ac mulieres rigidius ipse cōvenit: dicēs: nec legitimū hoc esse nec deo placitum: q̄ppe cū patriarchaꝝ ꝛ pphetarū sepulchra: q̄ ad nos vsq perdurant: hec facta convincerent. Dūici q corporis exemplum oportere intueri iubebat: quod in sepulchro positū lapide vsq ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit. Atq his modis vicium circa defunctos egypti: etiam si sancta essent corpora: coarguebat dicens. ¶ Quid maius aut sanctius corpore

Oro. [illegible] te ob[illegible]

Ma[illegible] m[illegible] um [illegible]

pôt esse dñico? qd iuxta consuetudinẽ gentiũ ceterarũ: humo conditũ esse scim⁹. Hec iuxta psuasio multoꝝ infixũ euellit errorẽ: ꝛ reposit in terra cadaverib⁹: dño gratias p bono magisterio retulerũt: Metuens ergo consuetudinẽ supradictã: ne eodẽ etiã circa se laberent errore: celeriter valedicens monachis q con fluxerant: ad amicũ virtutis habitaculũ repedauit. Post menses aũt paucos: cũ nõ mediocre incõmodum senilia membra turbasset: vocatis ad se duob⁹ fratribus: quos ibidem ante qndecim annos: modico interuallo seiunctos instituerat: quiqꝫ em̃ iam seni ceperant ministrare: ait/ Ego quidẽ filioli fm eloquia scripturarũ: patrũ gradior vias: iam em̃ dñs me inuitat: iaꝫ cupio videre celestia: sed vos o viscera mea admoneo: ne tanti temporis laborẽ repente perdatis. Hodie vos religiosum studiũ arripuisse arbitramini: ꝛ cepte voluntatis fortitudo succrescet. Varias demonũ nostis insidias: vidistis eoꝝ ꝛ impetus feroces ꝛ vires effeminatas. Jesum suspirate: ꝛ credulitateꝫ nominis eius vestris figite mentibus: ꝛ a certa fide vniuersi demones fugabunt. Memẽtote etiaꝫ admonitionũ mearuꝫ: ꝛ incerte cõditiõis vitam quottidie ancipitẽ ptractate: ꝛ celeste vobis premiũ: sine cuncta mine tribuetur. Scismaticorũ quoqꝫ ꝛ hereticoꝝ venena vitate: meũqꝫ circa eos odiuꝫ sectamini: quia xp̃i sunt inimici. Scitis ipsi: qꝫ null⁹ mihi nec pacificus quidem sermo cũ eis aliquando fuerit: ꝑpter prauam eoꝝ voluntatem: ꝛ ptinax contra xp̃m bellum. In hoc aũt magis estote solliciti: vt dñi precepta seruetis: vt post mortem vestrã sancti quiqꝫ: quasi amicos ꝛ notos in eterna vos recipiant tabernacula. Hec cogitate: hec sapite: hec retexite: ꝛ siqua mei vobis cura: siqua patris memoria est: si mihi vicariũ rependatis affectum: nullus ad egyptũ meas pferat reliquias: ne vano corp⁹ honore seruetur: ne viperati ritus a me vt nostis etiã circa me seruentur obsequia. Huius enim rei gratia: maxime huc sum regressus. Vos igit humo tegite: vos patris operite corpusculuꝫ: ꝛ illud quoqꝫ senis vestri custodite mandatuꝫ: vt nemo preter vestrã dilectionẽ: locum tumuli mei nouerit. Cõfido in dño qꝛ necessario resurrectionis tempore: hoc corpusculum resilict incorruptum. Vestimentoꝝ aũt meoꝝ sit ista diuisio: Melotem ꝛ pallium tritum cui superiaceo: athanasio episcopo date: quod mihi nouũ ipse detulerat Serapion episcop⁹: aliũ accipiat melotem: vos cilicinũ habetote vestimentũ ꝛ valete viscera mea: Antoni⁹ em̃ migrat: ꝛ iam non erit in p̃senti seculo vobiscum Verba finierat: ꝛ osculantibus se discipulis: extendens paululũ pedes: mortem letus aspexit: ita vt ex hilaritate vult⁹ eius angeloꝝ sanctoꝝ: qui ad pferendam aı̃mã eius descenderant: p̃sentia noscerent. Hos intuens tanq̄ amicos videret: aı̃am exalauit: ꝛ additus est patribus fm ordinem scripturaꝝ. Seruauerunt mandata discipuli: inuolutũ vt p̃ceperat corpus humo opientes: ꝛ nemo interim vsqꝫ ad hanc diẽ p̃ter eos vbi sit conditũ nouit. Legatarius autem Antonij bñdictionem: qui tritũ pallium cum melote impio eius meruerat accipere: Antoniũ in antonij muneribus amplectitur: ꝛ tanq̄ magna hereditate ditatus letã ter p vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. Hic Antonio vite terminus fuit ista principia meritoꝝ. Que licet parciori: vt p̃dixi: sermone seruauerim: tamẽ ex his potestis aduertere: qualiter homo dei a pueritia ad senectaꝫ vsqꝫ peruenerit: ꝛ quod omni sp dubitatiõe calcata: nec languori nec lõgeue quicq̄ etati aliquando cõcesserit. Magis autem equalitatem ꝑpositi tenens: nec vestimentũ mutauit nec pedes lauit: nec escam sectatus est meliorem: oculoꝝ quoqꝫ aciem ꝛ numerũ dentiũ licet paululũ ob etatẽ viderẽtur attriti: nec nõ ꝛ pedum incessum: totius etiã corporis firmitatem: ita contra iura nature meritorũ gratia custodiuit: vt lautorũ corpoꝝ que balneis atqꝫ delitijs confouent: hilarior eius caro videretur. Hoc etiam fratres qd p oĩs ꝓuincias amor eius famaqꝫ volitauit: quem nec libroꝝ disseminatoꝝ oratio luculenta: nec mundane sapiẽtie disputatio: nec nobilitas generis: nec opum infinita congestio cõmendauit: cui oı̃m ore est ascribendũ nisi xp̃o: cui⁹ hoc donuꝫ est qui deuotos eius aı̃os: erga suã puidens maiestatem hominẽ alio pene orbe celatum: ꝛ inter tantas positũ solitudines africe: hispanie gallie: italie: illirico: ip̃i etiam q̃ vrbiuꝫ caput est rome: vt in exordio promiserat: demonstrauit. Creatoris est ista benignitas: qui famlos suos licet nolentes: nobilitare cõsueuit: vt virtus possibilis nec vltra humanã esse naturaꝫ: sanctoꝝ doceatur exẽplis ꝛ ad beate vite imitationẽ: et fructu laboris optimus quisqꝫ impellat. Hunc itaqꝫ fratrib⁹ libꝝ magnopere plegere curate: vt agnita fideli vita sublimium monachoꝝ: sciãt qꝫ saluator noster Jesus xp̃s

glorificantes se glorificat: et servientibus sibi met: non tantu regna celorum: sed etiam hic in ipsis montium secretis latere cupientibus: fame tribuit nobilitatem. s. ut et ipsi fruantur laude meritorum: et ceteri eorum provocentur exemplis. Si autem necessarium fuerit et gentibus legite: ut vel sic agnoscant: quia dominus noster iesus christus non solum est deus dei filius: sed etiam his qui eius sollicite colunt et in eum fideliter credunt: hanc dedit potestatem: ut demones quos illi deos esse arbitrantur: conculcent atque eijciant: deceptores scilicet hominum: et totius corruptionis artifices.

¶ Finit vita beati Antonij.

¶ Prologus sancti Hieronymi presbyteri in vitam beati Hylarionis.

In sanctis orationibus tuis memento mei decus ac dignitas virginum: nonna asella. Scripturus vitam beati hylarionis habitatorem eius inuoco spiritumsanctum: ut qui illi virtutes largitus est: mihi ad enarrandas eas sermonem tribuat ut facta dictis exequantur. Cuius namque conversatio et abstinentia: ac preclara dona mirabilium que operatus est: ut ait crispus tanta ac talia habentur: quantum vel et paruulis verbis potero extollere cuiuscumque preclara ingenia. Alexander magnus macedo: quem vel pardum vel hircum caprarum Daniel vocat: cum ad Achillis tumulum peruenisset: felicem te ait iuuenis qui magno frueris precone meritorum: homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conuersatio: vitaque dicenda est: ut homerus quoque si adesset: vel inuideret materie: vel succuberet. Quamquam enim sanctus Epiphanius salamine et cypri episcopus: qui cum Hylarione plurimum conuersatus est: laudem eius breui epistola scripserit: que vulgo legitur: defunctum tamen aliud est locis comunibus laudare: aliud defuncti proprias narrare virtutes. Unde et nos fauore magis illius quam iniuria: ceptum ab eo opus aggredientes: maledicorum voces contemnimus: qui olim detrahentes sancto Paulo meo: nunc forsitan detrahent et Hylarioni: illi sollicitudines calumniantes: huic obijcientes frequentiam multorum: ut qui semper latuit non fuisse: qui a multis visus est: vilis existimetur. Fecerunt hoc et maiores eorum quondam pharisei: quibus nec Johannis heremus atque ieiunium: nec domini saluatoris turba cibi potus placuerunt: Uerum destinato iam operi imponam manum et scilleos canes obturata aure transibo. Opto ut in christo permaneas: Et memor in orationibus tuis. sis mei virgo sacratissima.

¶ Incipit vita beati Hylarionis heremite.

Hilarion ortus est vico thabatha qui circiter quinque milia a gaza urbe palestine ad austrum situs est: cum parentes haberet ydolis deditos: sicut rosa de spinis floruit. A quibus missus alexandriam grammatico traditus est: ibique quantum illa patiebatur etas: magna ingenij et morum documenta prebuit breui: carus omnibus et loquendi arte non ignarus: quodque his maius omnibus est christo credens. Non circi furoribus: non harene sanguine: non theatri luxuria delectabatur: sed illi tota voluntas in ecclesie congregatione erat: Audiens autem celebre tunc nomen Antonij quod per omnes egypti populos ferebatur: incensus visendi eum studio: perrexit in heremum. Et statim ut eum vidit mutato pristino habitu: duobus ferme mensibus iuxta eum mansit: contemplans ordinem vite eius: morumque grauitatem: quam creber in oratione: quam humilis in suscipiendis fratribus: seuerus in corripiendis: alacer in exhortandis esset: et ut continentiam cibique eius asperitatem nulla umquam infirmitas frangeret. ¶ Porro frequentiam eorum qui ad eum ob varias passiones et impetus demonum concurrebant: ultra non ferens: nec congruum esse dicens pati in heremo populos ciuitatis: sicque sibi magis incipiendum esse ut cepisset Antonius: illum quasi virum fortem: victorie premia accipere: se nec dum militare cepisse: reuersus est cum quibusdam monachis ad patriam: et parentibus iam defunctis: partem substantie fratribus partem pauperibus largitus est: nihil sibi omnino seruans: et timens illud de actibus apostolorum ananie et saphire: vel exemplum vel supplicium maximeque dominice sententie memor dicentis. qui non renunciauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus et armatus in christo: solitudinem que in septimo miliario a maium agaze emporio per littus euntibus egyptum: ad leuam flectitur: ingressus est. Cumque essent cruenta latrocinijs loca: et propinqui amicique eius iminens periculum denunciarent: contempsit mortem ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animum: mirabantur etatem: nisi quod flamma quedam pectoris et scintille fidei in oculis relucebant. Lenes erant gene: delicatum corpus ac tenue: et ad omnem iniuriam impa

tiens: qd levi vel estu vel frigore posset affligi. Igitur sacco tantu3 membra coopertus: et pelliciu habens: et empediten hoc est pallium qd illi beatus antonius pficiscenti dederat: sagumqz rusticum inter mare et palude: vasta et terribili solitudine fruebat: quindecim tantu caricas post solis occasum edens. Et qr regio latrocinijs infamis erat: nunqz in eodem loco quisqz habitare consueverat. ¶ Videns hoc diabolus: quid faceret quo se verteret: torquebatur qui gloriabat ante dicens: in celum ascedam: super sidera celi ponam nidu meu et ero similis altissimo: cernebat se vinci a puero: et prius ab eo fuisse calcatu: qz per etatem peccare potuisset. Titillabat itaqz sensus eius: et pubescenti corpori eius insolita voluptatu incendia suggerebat. Cogebatur eni tyrunculus xpi cogitare quod nesciebat: et eius rei animo causam volvere: cuius experimenta non noverat. Iratus itaqz sibi: et pectus pugnis verberas quasi cogitationes cede manus posset excludere: ego te inquit aselle faciam ut non calcitres: nec ordeo alam: sed paleis fameqz conficiam et siti: gravique onerabo pondere. Per estus indicabo et frigora ut cibum potiusqz lasciviam cogites. Herbaru ergo succo et paucis caricis post triduum vel quadriduu deficiente aiam sustentabat orans frequenter et psallens: et rastro humu fodiens: ut ieiunior laborem laboris duplicaret: simulqz fiscellas hoc est sportella iuncto texens: emulabat monachorum egypti disciplina: et apli snam dicentis. Qui aut non operat non manducet. ¶ Sic attenuatus et intantu exhaustus corpore: ut ossibus vix hereret: quada nocte infantium cepit audire vagitus: balatus pecorum: mugitus bovu: planctus quasi muliercularu3: leonu rugitus: murmur exercitus: et prorsus variaru portentavocu3: ut ante sonitu qz aspectu territus cederet. Intellexit hec esse demonu ludibria: et provolutus genibus: cruce xpi signabat in fronte: taliqz armatus casside: et lorica fidei circundatus: iacens fortius preliabat: quodamodo videre desiderans quos horrebat videre: et sollicitis oculis huc illucqz circuspiciens: cum interim ex improviso splendente luna: cernit rhedam ferventibus equis super se irruere. Cu qz inclamasset iesum: ante oculos eius repentino terre hiatu: pompa omnis illa absorta est Tunc ille ait. Equu et ascensore piecit in mare. Et hi in curribus et hi in equis: nos aut in noie dni nostri magnificabimur. Multe sunt tentationis eius: et die noctuqz varie demonu insidie: quas omnes narrare velim: modu3 excedam voluminis. Quotiens illi nudas mulieres cubanti ac circuiacentes finxit: et multotiens esurieti largissime apparuere dapes. Interdum orantem lupus ululans: et vulpecula ganiens transilivit: psallentiqz gladiatorum pugna spectaculu prebuit: ut unus quasi interfectus et ante pedes illius corruens sepultura3 rogaret. Orabat semel fixo i terra capite: et ut natura fert hominu: abducta ab oratione mes nescio qd aliud cogitabat: insilivit dorso eius festinus agitator: et latera calcibus: cervicem flagellado verberas: eya inquit curre cur dormitas? Et cachinnans desuper si defecisset an ordeu vellet accipere sciscitabat. Igitur a sextodecimo usqz ad vicesimu etatis sue annum: estus et pluvias brevi tuguriunculo declinabat: qd iuncto et carice texerat: extructa deinceps brevi cellula: que usqz hodie permanet: latitudine pedu quattuor: altitudine vero pedum qnqz: hoc est statura sua humiliore: porro longitudine paulo ampliore qz eius corpusculu patiebatur: ut sepulchru potius qz domu3 crederes. Capillum semel in anno pasche die totodit. Supra nuda humu hoc est terra stratuqz iunceu usqz ad morte cubabat. Saccum quo semel fuerat indutus nunqz lavans: superfluu dicens mudicias in cilicio querere. Nec mutabat alteram tunica: nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoqz sanctas memoriter tenens post oratione3 psalmos: quasi deo presente recitabat. Et quia longu est p diversa tempora magnalia eius dicere comprehenda breviter ante lectoris oculos vita eius pariter expones: et deinceps ad narradi ordine regrediar. A vicesimoprimo anno usqz ad vicesimusextum per tres annos: dimidiu lentis sextariu malefactu aqua frigida comedit: et alijs tribus annis pane aridu cum sale et aqua. Porro a vicesimoseptimo anno usqz ad tricesimu herbis agrestibus et virgultorum quoruda radicibus crudis sustentatus est. A tricesimo aut primo usqz ad tricesimu qntu3 annu: sex uncias ordeacei panis: et coctu modice olus absqz oleo in cibo habuit. Sentiens aut caligare oculos suos et totu corpus impetigine et punicea quada scabredine contrahi: ad superiorem victu adiecit oleum: et usqz ad sexagesimu tertiu vite sue annu: hoc cotinentie cucurrit tenore: nihil extrinsecus: aut pomorum: aut leguminis: aut cuiuslibet rei gustans. Inde cu

cella Hilarionis

abstinentia maxima Hilarionis

se videret corpore defatigatũ. et ppinquã putaret imminere mortem: a sexagesimoquarto anno vsq; ad octuagesimũ pane abstinuit: incredibili feruore mentis: vt eo tempore quasi nouus accederet ad sei uiturẽ dñi: quo ceteri solent remissius viuere. Fiebant aũt ei de farina et cõminuto olere sorbiciuncula: cibo et potu vix qnq; vncias appendentib⁹. Sicq; complens ordinem vite: nunq̃ ante solis occasum nec in dieb⁹ festis: nec in grauissima valitudine soluit ieiuniuz. ¶ Sed iam temp⁹ est vt ad ordinẽ reuertamur. Cũ habitaret adhuc in tuguriũculo: annos decẽ et octo: latrones ad euz nocte venerunt vel estimantes habere aliqd qd tollerent: vel in contẽptum sui reputantes fieri: si puer solitarius eoꝝ impetus nõ pertimesceret. Itaq; inter mare et paludez a vespa vsq; ad solis ortũ discurrentes: nunq̃ locũ cubilis eius inuenire potuerũt. Porro clara luce repto puero: quasi p iocum quid inquiũt faceres: si ad te latrones venirent? Quibus ille respondit. Nudus latrones non timeo. Et illi certe aiunt occidi poteris. Possuz inquit possum: et ideo latrones non timeo: quia mori paratus sum. Tunc ammirati cõstantiaz ei⁹ et fidem: confessi sunt noctis errorem: deinde vite pollicentes correptionẽ. ¶ Uigintiduos iã in solitudine habebat annos: fama tantũ not⁹ omnib⁹: et p totas palestine vulgat⁹ vrbes. Cũ interim mulier quedã eleutropolitane vrbis cernens despectui se haberi a viro obsterilitatem: iam enim p annos qndecim nullos cõiugij fruct⁹ dederat: pma irrumpe ausa est beatum Hylarionẽ: et nihil tale suspicanti: repente genibus aduoluta: ignosce inquit audacie: ignosce necessitati mee. Quid auertis oclos? Quid rogantem fugis? Noli me mulierẽ aspicere: sed miseram. Hic serus genuit saluatorem: nõ habent sani opus medico: sed qui male habent. Tandẽ substitit: et post tempis visa muliere interrogabat causas aduent⁹ eius: ac flectmũ. Et postq̃ didicit: leuatis ad celũ oculis redire eam iussit: euntẽq; eaz lachrymis p secutus est. Exactio anno: vidit eam cuz filio. Hoc signorũ eius pncipiuz aliud maius signum nobilitauit. ¶ Aristhene elpidij: qui postea pfectus pretorij fuit: vro: valde nobilis inter suos: et inter xp̃ianos nobilior: reuertẽs cum marito et tribus liberis: a beato Antonio gaze propter infirmitatem eoꝝ remorata est. Ibi enim siue ob corruptũ aerem: siue: vt post ea claruit: ppter gloriaz hylarionis serui dei: enutrice pariter arrepti: omes a medicis desperati sunt. Jacebat vlulans mater: et quasi inter tria filiorum discurrens cadauera quem pmum plangeret: nesciebat. Agnito aũt q esset quidã monachus in vicina solitudine: oblita matronalis pompe: tantũ se matrem nouerat: vadit comitata ancillulis et eunuchis: vix q; etiã viro suo suasum est: vt asello sedens pgeret. Ad quem cum venisset. Per eum te: ait: Jesum clementissimũ dñm nostrum obtestor: per crucem eius et sanguinẽ: vt redas mihi tres filios: vt glorificetur in vrbe gentilium nomen dñi saluatoris. Ingrediat seru⁹ eius gazam: et marnas corruat. Rennuente illo et dicente: nunq̃ se egressum de cellula: nec habere consuetudinẽ vt non modo ingrederet ciuitates: sed nec villas ingrederetur: pstrauit se humi crebro clamitans. Hylarion serue xp̃i redde mihi filios meos: quos antonius tenuit in egypto: a te seruentur in syria. Flebant cuncti q aderãt: sz et ipse negans lachrymabant. Quid multa? Non pus mulier recessit: q̃ ille pollicitus est: se post solis occasum gazam introiturum. Qui postq̃ venit: singulorum lectulos et ardentia mẽbra considerans inuocauit iesum. Et: o mira virtus: statim quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos: lugentemq; matrez cognoscentes et benedicentes deum sancti manus deosculati sunt. Quod postq̃ auditum est: et longe lateq; percrebuit: certatim ad euz de syria et egypto populi confluebant: ita vt multi christiani fierent: et se monachos profiterentur. Nec dum enim tunc monasteria erant in palestina nec quisq̃ monachos ante sanctum Hylarionem in syria nouerat. Ille fundator et eruditor huius conuersationis et studij: in hoc prouincia fuit. Habebat dominus ihesus in egypto senem Antonium: et in palestina Hylarionem iuniorem. ¶ Facidia viculus est rinocorure vrbis egypti: de hoc decem iam annis ceca mulier adducta est ad beatum Hylarionez: allataq; ei a fratribus (iam enim multi cum eo monachi erant) omnem suam substantiam se expendisse ait in medicos. Cui respondit. Si que inquit in medicos perdidisti: dedisses pauperibus: curasset te verus medicus iesus. Clamante autem illa et misericordiam deprecãte: exspuit in oculos ei⁹: statimq; saluatoris exemplum virtus eadem secuta e sani

ratis. ¶ Auriga quoq; gazensis: in curru per
cussus a demone: totus obriguit: ita vt nec ma
nus agitare neq; ceruicē posset flectere. De-
latus ergo in lectulo cum solam linguam mo-
ueret ad preces: audiuit non prius posse se sa-
nari quod crederet in iesum: ⁊ sponderet arti
pristine renūciaturum. Credidit: spondit: sa-
natus est: magisq; de anime ꝙ de corporis sa
lute exultauit. ¶ Preterea fortissimus iuue-
nis nomine messicas de territorio hierosoly-
me: tm̄ sibi plaudebat in viribus: vt quindecī
frumenti modios: diu longeq; portaret: ⁊ hāc
haberet palmā fortitudinis sue: si asinos vin
ceret. Sed hic afflatus a pessimo demone: nō
cathenas: nō compedes: nō claustra ostiorum
integra patiebatur. Multorū nasus ⁊ aures
morsicijs amputauerat: horum pedes: illo-
rum guttur fregerat: tātumq; sui terrorē om
nibus incusserat: vt oneratus cathenis et fu-
nibus: in diuersa nitentium quasi ferocissim⁹
thaurus: ad monasteriū protraheretur. Quē
postꝙ fratres videre perterriti: erat enim mire
magnitudinis: nunciauerūt patri. Ille sicut
sedebat iussit eum ꝑtrahi ⁊ dimitti: solutoq;
ait. Inclina caput ⁊ veni. Tremere miser ce-
pit: ⁊ ceruicem flectere: nec aspicere ausus cō
tra omniūq; ferocia deposita: pedes sedentis
lambere cepit. Adiuratus itaq; ⁊ extortus de
mon: qui iuuenem possederat: septima die e-
gressus est. ¶ Sed nec illud tacendum est: ꝙ
orion vir primarius ⁊ ditissimus vrbis achil-
le: que mari rubro imminet: a legione demo-
nū possessus: ad eum perductus est: man⁹: cer
uix latera: pedes ferro onerata erant furoris-
q; seuitiā torui oculi minabantur. Cumq; de
ambularet sanctus cum fratribus: ⁊ de scriptu
ris nescio quid interpretaretur: erupit ille de
de manibus se tenentium. Et dū peruenisset
ad sanctum hylarionem statim amplexans eū
post tergum in sublime eleuauit. Et clamor in
gens ortus est ab oībus: timebant enī ne con
fecta ieiunijs membra collideret. Et sanct⁹ hy
larion ridens silete inquit ⁊ mihi meū palestri
tā dimittite: ac sic reflexa super humeros ma
nu: caput eius tetigit: apprehēsoq; crine: an
te pedes suos adduxit: constringens e regio-
ne ambas manus eius et plantas vtroq; cal-
cans pede: simulq; congeminans torquere de
monum turbas cepit. Cumq; ille eiularet: et
reflexa ceruice terram vertice tangeret: domi
ne inquit iesu o me miserum solue captiuum:
vt vnum et plures vincere tuum est. Rem lo-
quar inauditā: Et vno hominis ore diuerse vo-
ces: ⁊ ꝯfusus populi clamor audiebantur. Cu
ratus itaq; ⁊ hic post nō multum tēporis cū
vxore ⁊ liberis venit ad monasteriū: plurima
quasi gratiam redditurus dona afferēs. Cui
sanctus ait. Non legisti quid giezi: quid symō
passi sūt: quorū alter accepit preciū: alter obtu
lit vt ille venderet gratiam spiritussancti: hic
mercaretur? Cumq; orion flens diceret acci-
pe ⁊ da pauperibus. Tu melius inquit tua po
tes distribuere qui per vrbes ambulas ⁊ nosti
paupes. ego q̄ mea reliqui cur aliēa appetā?
Multis nomen pauperū: occasio auaricie ē.
Misericordia artē non habet. Nemo melius
erogat ꝙ qui sibi nihil reseruant. Tristi autē
et in harena iacenti: noli inquit cōtristari fili
quod facio ꝓ me: ⁊ pro te facio. Si enī hec ac-
cepero: ⁊ ego offendā deū: ⁊ ad te legio reuerte
tur. ¶ Quis vero silentio possit preterire ꝙ za
zan⁹ mayunites haud longe a monasterio ei⁹
lapides ad edificandum de ora maris cudēs:
totus paralysi solutus est: ⁊ ab operarijs socijs
delatus ad sanctū hylarionē statim ad op⁹ re-
uersus est. Et .n. litt⁹ quod palestine egypto-
q; pretenditur: per naturā mollibus harenis
in saxa durescentib⁹ asperatur. paulatimq; co
herens sibi glarea perdit tactū: cū nō pdat a-
spectū. Sz ⁊ italicus quidā eiusdē opidi mu
niceps christianus aduersum gazēsem viruꝫ
marne ydolo deditū: circi equos curules nu-
triebat: hoc siquidē in romanis vrbibus iā ex
inde seruabatur a romulo vt propter felicē sa-
binarū raptū cōscio quasi consiliorū deo quadri
ge septeno currant circuitu: ⁊ equos ptis ad-
uerse frangere victorie sit. Hic itaq; emulo
suo habente maleficium: qui demoniacis qui
busdam īcantationibus: ⁊ huius prepediret
equos: ⁊ illius concitaret ad cursum venit ad
beatum hylarionē: ⁊ non tam aduersariū ledi
ꝙ se defendi obsecrauit. Ineptum visuꝫ est ve
nerando seni in huiuscemodi nugis orationē
perdere. Cūq; subrideret ⁊ diceret: cur enī nō
magis equorū preciū ꝓ salute aīe tue paupe-
ribus erogas? Ille respondit functioneꝫ esse
publicam: et hoc se non tam velle ꝙ cogi: nec
posse hoīem xpianū vti magicis artibus: sed
a seruo potius xpi auxilium petere: marie cō
tra gazenses aduersarios dei: nō taꝫ sibi ꝙ ec
clesie xpi insultantibus. Rogatus ergo a fra-
tribus q̄ aderant sanctis pateram fictilem in
qua bibere cōsueuerat: aqua iussit ipleri et eiq;
tradi. Quā cū accepisset italicus stabulum et

aurigas suos currumqȝ repagula aspicit. Mi-
ra vulgi expectatio. Nam ⁊ aduersarius hoc
ipsum irridens diffamauerat: ⁊ fautores itali
ci sibi certatim victoriā pollicētes exaltabāt.
igitur dato signo hi auolant: illi prepediunt.
sub hoꝝ curru rote feruent: illi preteruolantiū
terga vix cernūt. Clamor vulgi nimius: ita vt
ethnici quoqȝ ipsi concreparent: marnas victꝰ
a xp̄o est. Porro furentes aduersarij: hylario
nem maleficum xp̄ianorum ad supplicium po
poscerant. Indubitata ergo victoria ⁊ illis et
multis dehinc circensibus plurima fidei occa
sio fuit. ¶ De p̄fato gazense emporij oppido:
ꝓpter virginem dei: vicinus iuuenis amādo
deperibat. Qui cum frequēter tactu: iocis: nu
tibus sibilis ⁊ ceteris huiusmodi: que solent
moriture virginitatis esse ꝑncipia: nihil pro
fecisset: perexit memphim se vt confesso vulne
re suo: magicis artibus rediret ad virginem.
Igitur post annū edoctus ab esculapij vatibꝰ
non remediantis animas: sed ꝑdentis: venit
p̄sumptum animi stuprum gestiens: ⁊ subter
limen domus puelle: quedam tormenta ver-
boꝝ: ⁊ portentuosas figuras sculptas in eris
cupri lamina defodit: ilico insanire virgo ⁊ a-
mictu capitis abiecto: rotare crinem: stridere
dentibus: inclamare nomē adolescentis cepit
Magnitudo quippe amoris se in furorē ver
terat. Perducta ergo a parentibus ad mona-
sterium seni traditur: vlulante statim ⁊ confi-
tente demone: vim sustinui inquit: inuitus huc
adductus sum. Quā bene memphis somnijs
homines deludebam. O cruces o tormenta q̄
patior. Exire me cogis: sȝ ligatꝰ subter limen
licio ⁊ lamina teneor. Nō exeo nisi me adole-
scens qui detinet dimiserit. Tunc senex ait.
Grandis fortitudo tua: qui licio ⁊ lamina stri
ctus teneris. Dic quare ausus es igredi puel-
lam dei? Ait vt seruarem virginem. Tu inq̄t
seruares perditor castitatis? Quare non poti
us in eū qui te mittebat ingressus es? Ut q̄d
inquit intrassem in illuȝ: qui habebat collegā
meum amoris demonem? Noluit autem san-
ctus anteq̄ purgaret virginem: vel adolescen
tem vel signa iubere ꝑquiri: ne aut solutus in
cantationibꝰ recessisse demon videret: seu ipse
sermoni eius accommodasset fidem asserens
fallaces esse demones: ⁊ ad simulandum calli
dos: sȝ magis reddita sanitate increpauit vir
ginem: cur fecisset talia ꝑ que in eam demon
intrare potuisset. ¶ Non solum autem in pale
stina ⁊ vicini egypti vel syrie vrbibus: sed etiā
in longinquis ꝓuincijs fama eius creuerat.
Namqȝ candidatus constantini imꝑatoris: ru
tilus coma ⁊ candore corporis indicans ꝓuin
ciam: inter saxones quippe ⁊ alamannos: gēs
est: non taȝ lata q̄ valida que apud hystoricos
germania: nunc francia dicitur: antiquo ab in
fantia possessus demone: qui noctibus eū vlu
lare: ingemiscere: ⁊ fremere dentibus cōpel-
lebat: secreto ab imperatore euectionē petit:
causam ei simpliciter iudicās. Et acceptis ad
consularem quoqȝ palestine litteris cum ingē
ti honore ⁊ comitatu ad gazam deductus est.
Qui cum a decurionibus loci illius quesisset:
vbi habitaret hylarion monachus: territi ga-
zenses: ⁊ putantes aliqua ratione eum ab im-
peratore missuȝ: ad monasteriū conciti perre-
runt: vt ⁊ honorem commendato exhiberent.
Et si que de preteritis iniurijs hylarioni eēnt
offense: nouo officio delerētur. Deambulabat
autē nunc senex in harenis mollibus: ⁊ secum
de psalmis nescio quid murmurabat: vidēsqȝ
tantam turbam venientium: subsistit: ⁊ resalu
tatis omnibus: manu eius benedicēs post ho-
ram ceteris abire precepit: illum vero cum ser
uis suis: ⁊ apparitoribus iussit manere. Et o-
culis enim eius ⁊ vultu: cur venisset: agnoue-
rat. Mox ergo ad interrogationem suspēsus
homo vt vix terram pedibus tangeret: in ma-
ne rugiens: syro quo interrogatus fuerat ser-
mone respōdit: videres de ore barbaro: ⁊ qui
franciam tantum ⁊ latinam linguā nouerat:
syra ad purum verba resonare: vt non stridor
nec aspiratio: nō idioma aliquod palestini de-
esset eloquij. Confessus est itaqȝ quo in eū in
trasset ordine: ⁊ vt interpretes eius intellige
rent. qui grecam tantum ⁊ latinam linguā no
uerant: grece quoqȝ euȝ interrogauit. Quo si-
militer ⁊ in verba eadeȝ respondente: multas
qȝ incantationū occasiones ⁊ necessitates ma
gicarum artiū ostendente: non curo: ait: quo-
modo intraueris: sed vt exeas in nomine dn̄i
iesu xp̄i impero. Cumqȝ curatus esset simpli-
citate rustica decem auri libras offerens: orde
aceum panem ab eo accepit: audiēs q̄ qui ta-
li cibo alerentur aurum pro luto ducerent.
¶ Parum est de hominibus loqui: bruta quo-
qȝ animalia quotidie ad eum furentia pertra-
hebantur equoꝝ seu vacarum. Camelum enor
mis magnitudinis: qui multos iā obtriuerat:
triginta ⁊ eo amplius viri distentum solidissi
mis funibus cum clamore adduxerunt. San-
guinei erant oculi: spumabat os: volubilis lin

gua vrgebat: super omnem terrorem rugitus psonabat imanis. Jussit igitur dimitti senet: statimqꝫ ⁊ qui adduxerant: ⁊ qui cū sene erāt: vsqꝫ ad vnum omnes diffugierunt. Porro ille solus perrexit obuiam: ⁊ sermone syro nō me inquit terres zabule tanta mole corporis. Et in vulpecula ⁊ in camelo vnus atqꝫ idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quē cuz furens ⁊ quasi deuoratura seuiens belua puenisset: statim corruit: submissumqꝫ caput terre coequauit: mirantibus cūctis qui aderant: post tantam ferociam tantam subito mansuetudinem. Docebat autem eos senex: hominuz causa diabolum etiam iumenta corripe: ⁊ tanto eorum ardere odio: vt non solum ipos: sed ea quoqꝫ que ipsorum essent: cuperet interire. Huiusqꝫ rei pponebat exemplū: qꝫ anteqꝫ beatum Job tentare pmitteretur: omnez substantiam eius interfecerit. Nec mouere quēpiam debere: qꝫ dñi iussione duo milia porcoꝝ a demonibus interfecta sunt: si quidem eos qui viderant nō potuisse aliter credere exisse de homine tantam demonum multitudinē: nisi grādis porcorū numerꝰ: ⁊ q̄si a mltis actꝰ pariter corruissent. ¶ Tps deficiet si voluero vniuersa signa q̄ ab eo sunt ppetrata dicere. In tantā a dño eleuatꝰ fuit gloriā: vt btūs qꝫ antoniꝰ audiēs cōuersationē eiꝰ: scriberet ei: libenterqꝫ eiꝰ eplam sumeret: ac si quando de syrie partibus ad se languentes precissent: diceret eis. Quare nos tam longe vexare voluistis: cū haberetis ibi filiuz meū hylarionē? ¶ Exemplo itaqꝫ per totam palestinaz innumerabilia monasteria esse ceperunt: ⁊ omnes ad eum monachi certatim currere. Qd̄ ille cernens laudabat xp̄i gratiaz: ⁊ ad pfectum anime singulos cohortabatur: dicens pterire figuram mundi huiꝰ: ⁊ illam veram esse vitam: que psentis vite emeretur incommodo: volens aūt exemplū eis dare etiā humilitatis ⁊ officij: statutis diebus ante vindemiā: lustrabat cellulas monachoꝝ. Quod postqꝫ cognitum esset a fratribꝰ: oēs pus ad eum confluebant: ⁊ comitanti tali duce circuibant monasteria: habentes viaticum suū: quia interdum vsqꝫ ad duo milia hominū congregabantur. Sed ⁊ procedente tēpore: vnaqueqꝫ villa vicinis monachis ad susceptionem sanctoꝝ gaudens cibos offerebat. Sane qꝫtum fuerit in eo studij: nullū fratrem qꝫuis humilem: qꝫuis pauperem preterire illud indicio est: qꝫ vadens in desertum cades: ad vnum ex discipulis suis visendum cum infinito agmine monachorum peruenit belusam: eo forte die quo anniuersaria solennitas omnez oppidi populum in templum veneris congregauerat. Colunt autem illam ob luciferum: cuiꝰ cultui sarracenorū natio dedita est: sed ⁊ ipsum oppiduz et magna parte semibarbarum esse propter loci situ dicit. Audito qꝫ sanctꝰ hylarion preteriret (mltos eni sarracenoꝝ arreptos demone frequenter curauerat) gregatim ei cum vxoribus ⁊ liberis obuiā pcesserunt: submittentes colla: ⁊ voce syra barech. i. benedic inclamantes. Quos ille blande humiliterqꝫ suscipiens: obsecrabat vt deū magis qꝫ lapides colerēt: simulqꝫ vbertim flebat celum spectans: ⁊ se pollicens: si xp̄o crederent: ad eos crebro venturum. Mira domini gratia: nō prius eum abire passi sunt: qꝫ future ecclesie limitē mitteret: ⁊ sacerdos eoꝝ: vt erat coronatꝰ xp̄i signo denotaret. ¶ Alio quoqꝫ āno cum exiturus esset ad visenda monasteria: ⁊ dirigeret in scedula apud quos maneret: ⁊ quos in transitu visitare deberet: sciētes monachi quēdam de fratribus parciorez: simulqꝫ cupiētes vicio eius mederi: rogabāt vt apud eū maneret. Et ille quid inquit vultis ⁊ vobis iniuriam: ⁊ fratri vexationem facere? Qd̄ postqꝫ frater ille parcus audiuit: erubuit ⁊ ab nitentibus cunctis vix ab inuito impetrauit vt suū quoqꝫ in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo decimū venerūt ad eum: custodibꝰ iam in vinea quasi villa esset aliena: ab eo dispositis: qui cum lapidibꝰ ⁊ glebarum iactu: fundeqꝫ vertigine accidentes deterrerent: sine esu vuarū mane omnes pfecti sunt ridente sene: ⁊ dissimulāte se ante scire quod euenerat. ¶ Porro suscepti ab alio monacho cuiꝰ sabbas vocabulū est: debemꝰ quippe parci tacere vocabulum. Largi dicere: qꝫ dñicus erat dies: inuitabant ab eo vniuersi ad vineā vt ante horā cibi vuarū pastu laborem vie sublevarent. ¶ Et sanctꝰ hylarion maledictꝰ ait: qui pus refectionem corpori qꝫ anime qꝫsierit. Oremus: psallamꝰ: reddamꝰ dño officiū: ⁊ sic ad vineam pperabitis. Completo itaqꝫ ministerio in sublimi stans: benedixit vinee: ⁊ suas ad pascendum dimisit oues. Erant autez qui vescebantur: non minus tribus milibus. Cūqꝫ centū lagenis extimata adhuc integra fuisset vinea: post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcꝰ frater multo minꝰ solito colligens: etiam id quod habuerat: vei sum in acetum sero doluit. Hoc autez multis fratribꝰ

senex: ante futurum dixerat. Detestabatur autem precipue monachos: qui in fidelitate quadam in futurum seruarent sua: et diligentiã haberent vel sumptuũ: vel vestium: aut alicuius rei cum seculo transeuntis. ¶ Denique vnum de fratribus in quinto a se miliario manentem: quia comperit hortuli sui nimis cautũ timidũque custodẽ: et paurillum habere nummorum ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliare senem frequenter veniebat ad fratres: maxime ad esycium: quo ille vehementissime delectabatur. Quodam ergo die ciceris fascem virẽtis sicut in herbis erat: detulit. Quem cum ad vesperum esycius posuisset in mensam: exclamans senex se putorem eius ferre non posse: simulque vnde esset interrogauit. Respondẽte autem esycio quod frater quidam primitias agelli sui fratribus detulisset: non sentis inquit putorem teterrimũ et in cicere facere auaritiam. Mitte bobus: mitte brutis animalibus: et vide si comedant. Quod cum ille iuxta preceptũ in presepia posuisset: exterriti boues et plus solito mugientes ruptis vinculis in diuersa fugierunt. Habebat enim senex gratiam hanc: vt ex odore corporum vestiumque: et earum rerum quas quis tetigerat: sciret cui demoni vel cui vicio subiaceret. ¶ Igitur senex sexaginta tres habens annos vite: cernens iam grande monasterium et multitudinẽ fratrum secum habitantiũ: turbasque eorum: qui diuersis langoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant: ita vt omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur: flebat quotidie et incredibili desiderio conuersationis antiqua recordabatur: interrogatus autem a fratribus quid haberet cur se cõficeret: aiebat. Rursus ad seculum redij et recepi mercedem meam in vita mea. En omnis palestina et vicine prouincie extimant me alicuius esse momenti: et ego sub pretextu monasterij dispẽsationẽ fratrum: ville possessiões et suppellectilem habeo. Seruabatur ergo intẽte a fratribus maximeque ab esycio: qui miro amore venerationis seni deditus erat. Que cum ita lugens biennio tractaret: aristhene illa: cuius latius supra fecimus mentionẽ: prefecti tunc vxor: sed nihil de ambitu prefecti habens: venit ad eum: volens et ad Antonium pergere. Cui ille flens ait. Vellem ipse quoque ire si non carcere huius monasterij clausus tenerer: et si eundi fructus esset. Biduo enim hodie est quod ex hac luce subtractus: et totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa et substitit: et post paucos dies veniẽte nuncio: antonij dormitionem audiuit. Mirentur alij signa sancti hylarionis et portenta que fecit: mirentur incredibilem abstinentiam: scientiã: humilitatem: ego nihil ita stupeo: quam gloriã illam et honorem calcare potuisse. Concurrebant episcopi: presbyteri: clericorum et monachorum greges: matrone quoque xpianorum grãdis temptatio: et hinc inde ex vrbibus et agris vulgus ignobile: sed et potẽtes viri et iudices: vt benedictum ab eo panem vel oleum acciperent: at ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur: intantum vt quadam die proficisci statueret: et adducto asello (nimijs quippe exesus ieiunijs vix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Qui cum per heremum isset: et quasi vastitas et exitium palestine indiceretur: plusquam decem milia hominũ diuerse etatis ac sexus ad retinendũ cõgregata sunt. Immobilis ille ad preces: et baculo harenã discutiẽs: loquebatur. Fallacẽ deũ meũ non facio: nec possum videre subuersas ecclesias: calcata xpi altaria: filiorũ meorum sanguinem. Uniuersi aũt qui aderant intelligũt reuelatũ ei quiddã esse secreti: quod nollet confiteri: et nihilominus custodiebant eũ ne proficisceretur. Decreuit ergo publica voce oẽs cõtestans non cibi se nec potus quippiã sumere: nisi dimitteretur. Et post septem dies inedie tandem relaxatus cũ: ac vale dicens plurimis: cum infinito agmine persequentiũ venit bethyliũ: vbi persuasis turbis vt reuerterentur elegit quadraginta monachos qui habebãt viaticũ: vt possent ieiunãtes ingredi. i. post solis occasum cibũ sumere. Quinta igitur die venit pelusiũ: visitatisque qui in vicina heremo: et in loco qui lychonos dr: morabantur: perrexit triduo ad castrũ thõbaston: vt videret dracontium epm et confessorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti viri presentia: post aliud triduũ multo labore babylonẽ peruenit: vt inuiseret philonem epm et ipsum confessorem. Constantius enim rex arrianorũ fauens heresi vtrumque in ea loca deportauerat. Inde egrediẽs per biduũ venit ad oppidũ afroditon: vbi conuento dyacone baysano: qui locatis dromedibus: camelis: ob aque in heremo penuriam consueuerat euntes ad Antonium ducere: confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij: et peruigilem noctem in ipso quo defunctus fuerat loco: a se ei debere celebrari. Tribus ergo diebus per vastam et terribilem solitudinem: tandem ad montem altissimũ peruene

runt:repertis ibi duobus monachis: Isaac videlicet et plusiano: quorũ Isaac interpres antonij fuerat. Et quia se prebet occasio: et ad id loci venimus: dignum videtur brevi sermõe habitaculum tanti viri describere. Saxeus et sublimis mõs per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit: quarum alie harena ebibuntur: alie ad inferiora dilapse paulatim riuum efficiũt: Supra quẽ ex vtraqȝ ripa palme innumerabiles: multum loco et amenitatis et cõmodi tribuunt: Videres namqȝ senẽ huc atqȝ illuc cum discipulis beati Antonij discurrere: hic aiebant psallere: hic orare: hic operari: hic fessus residere solitus erat. Has vites has arbusculas ipse plantauit: illam areolam manibus ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulũ multo sudore fabricatus est: illum ad fodiendum humũ plurimis ãnis habuit. Iacebat vero i stratu eius: et quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensure per quadrũ tenẽs: ꝙ homo dormiens extendi poterat. Preterea in sublimi mõtis vertice quasi per cocleã ascẽdentibus: et arduo valde nisu due eiusdem mẽsure cellule videbantur: in quibus veniẽtium frequentiam et discipulorũ suorũ cõtubernium fugiens moratus est: verum he in viuo excise saxo: hostia tantũ addita habebant: postꝙ autẽ ad hortulum venerant: videtis inquit Isaac hoc pomerium arbusculis consitum: et oleribus virens: ante hoc ferme trienniũ cum onagrorum grex vastaret: vnum e ductoribus eorũ stare iussit: baculoqȝ tundens latera eius ait. Quare comedistis quod non seuistis? Et exinde exceptis aquis: ad quas potandas ventitabant: nũꝙ eos nec arbusculas nec olera contigisse dicebãt. Preterea rogabat senex vt sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cũ seorsum eũ abduxissent vtrũ ne mõstrauerĩt ignoratur: causam occultandi iuxta ꝑceptum beati antonij fuisse referentes: ne pergamus qui in illis locis ditissimus erat: sublato ad villam suã sancti corpore martyriũ fabricaret. ¶ Igitur reuersus afroditon: duobus tñ secum fratribus in vicina heremo moratus est: tanta abstinẽtia et silentio deditus: vt eũ primũ se cepisse xp̃o seruire diceret. Porro iam triennium erat ꝙ clausum celum illas terras arefecerat: ita vt vulgo dicerẽt antonij mortẽ etiã elemẽta lugere. Fama quoqȝ hylarionis non latuit incolas loci illius: et certatim viri et mulieres ore luridi et attẽuati fame pluuias a seruo xp̃i id est a successore Antonij deprecabãtur. Quos ille cernens mire doluit: eleuatisqȝ ad celum oculis: et vtrasqȝ in sublime erigẽs palmas statim impetrauit quod rogauerat. Ecce aũt sitiẽs harenosaqȝ regio postꝙ pluuijs irrigata est: tantã serpentiũ et venenatorũ aĩalium ex improuiso ebulliuit multitudinẽ vt percussi innumerabiles nisi ad hylarionem concurrissent: statim interirent. Benedicto itaqȝ oleo vniuersi agricole atqȝ pastores: tangentes vulnera: certã salutem presumebant. Videns autẽ se etiam ibi miris honoribus affici: perrexit alexãdriam inde ad interius mõasterium oasan transiturus: et quia nunꝙ exquo ceperat esse monachus: in vrbibus mãserat diuertit ad q̃sdã fratres notos sibi in bruchium haud ꝓcul ab alexandria. Qui cum miro gaudio suscepissent senem: et iam vicina nox esset repente audiũt discipulos eius asinum sternere: illumqȝ parare proficisci: itaqȝ aduoluti pedibus eius rogabant ne hoc faceret: et ante limen prostrati: citius se mori ꝙ carere tanto hospite testabãtur. Quibus ille respõdit. Idcirco abire festino: ne vobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis non frustra me subito recessisse. ¶ Igitur gazenses altera die cũ littoribus profecti (nam pridie eũ venisse cognouerant) intrantes monasteriũ: cum illum minime reperissent adinuicem loquebantur. Nonne vera sunt que audiuimus? Magnus est: et futura cognoscit. Vrbis eñ gaza postꝙ profecto de palestina hylarione: iulianus imperio successerat: destructo monasterio eius: precibusqȝ ad imperatorẽ datis et hylarionis et esycij mortem impetrauerat: amboqȝ vt q̃rerentur toto orbe scriptum est. Egressus ergo sanctus hylarion de bruchio per inuiã solitudinem intrauit oasan: ibiqȝ anno plus minus exacto: quia illuc quoqȝ eum sui fama peruenerat: quasi iam in oriente latere nõ posset: vbi multi illũ et opinione: et vultu nouerãt: ad solas nauigare insulas cogitabat: vt quẽ terra vulgauerat: saltẽ maria celarent. Eodem fere tẽpore adrianus discipulus eius de palestina superuenit dicens iulianũ occisum: christianũ imperatorẽ regnare cepisse: reuerti eũ debere ad mõasterij sui reliquias. Quõ ille audiẽs detestatus est: et conducto camelo per vastam solitudinẽ venit ad maritimã vrbẽ lybie paratoniũ: vbi adrianus infelix volẽs palestinã reuerti: et pristinã sub noĩe magistri q̃rens gloriam: multas ei fecit iniurias. Ad extremũ

contaminatis:que a fratribus ei missa detule-
rat:nesciente eo profectus est. Super hoc sa-
ne:q2 alter locus referendi non est:hoc autez
tm̄ dixerim in terrorē eoꝝ:qui magistros de-
spiciūt:ꝙ post aliquantū temporis morbo re-
gio cōputruerit. Habēs ergo senex zazanum
secum:ascēdit classez:⁊ sicili ā nauigabat. Cū
q; venūdato euāgelioꝝ codice quē manu sua
adolescens scripserat dare naulū disponeret:
in medio ferme adria naucleri filius arrept⁹
demone:clamare cepit ⁊ dicere. Hylarion ser
ue dei cur nobis per te ⁊ in pelago tutos esse
non licet? Da mihi spacium donec ad terram
veniam:nec hic eiectus precipiter in abyssos
Cui ille. si deus meus ait tibi concedit vt ma-
neas:mane: Sin aūt ille te eiiciet:quid mihi
inuidiam facis homini peccatori atq; mendi-
co? Hoc autem dicebat:ne naute ⁊ negocian-
tes qui in naui erant:secum ad terram perue
nissent:ac proderent. Nec multo post purga-
tus est puer:patre fidem dante et ceteris qui
aderant:nulli se sup nomine eius locuturos.
¶ Ingressus autem pachinū promontoꝛium
sicilie:obtulit nauclerio euangelium pro sub-
uectione sua et zazani. Qui nolens accipere
maxime cum videret eos excepto illo codice:
et his quibus vestiti erant amplius nihil ha-
bere: ad extremū iurauit se non accepturum.
Sed et senex assensus est fiduciam pauperis
conscientie:⁊ in eo magis letabatur ꝙ nihil ha
beret seculi:⁊ ab accolis illius loci mendicus
putaretur. Porro recogitans ne negociato-
res de oriente venientes se notum facerēt:ad
mediterā ea fugit loca:id est in vicesimo a ma
ri miliario:ibiq; in quodam deserto agello li-
gnorum quotidie fascem colligans: impone-
bat collo discipuli:quo in proxima villa venū-
dato:⁊ sibi alimoniē:⁊ his qui forte ad eos ve
niebant:pauxillum panis coemebant. ¶ Sed
vere:iuxta quod scriptum est: non potest ciui
tas latere super montem posita. Scrutarius
quidam dux in basilica beati Petri apostoli ro
me torqueretur:proclamauit in eo immūdus
spiritus. Ante paucos dies siciliaz ingressus
est hylarion seruus xp̄i:et nemo eū cognouit:
vt putat se esse secretum: ego vadā ⁊ prodam
illum. Statimq; cum seruis suis ascēsa i por-
tu naui:appulsus est pachinū:⁊ ducēte demo
ne aū tuguriū senis ꝓstratus ilico curat⁹ est.
Hoc initiū signorum eius in sicilia: inumera
bilē deinceps ad eum egrotantiū:sed ⁊ religi
osorum hominū adduxit multitudinē: intantum
vt de primoribus viris tumens quidā morbo
intercutis:atq; eadem die qua ad eū venerat
curatus sit. Qui postea offerēs ei infinita mu
nera:audiuit dictum saluatoris ad discipulos
Gratis accepistis:gratis date. Cū hec ita ge
runt in sicilia:esyci⁹ discipulus ei⁹ toto senez
orbe q̄rebat:lustrās littora:deserta penetrās:
et hanc tm̄ habēs fiduciā:q2 vbicunq; venissz
diu latere nō posset. Transacto ergo iam trie-
nio:audiuit mothone a quodā iudeo villa po-
pulis scruta vendente:ꝓphetaz xp̄ianoꝝ ap-
paruisse in sicilia:tāta miracula ⁊ signa faciē-
tez:vt de veteribus sanctis putaretur. Inter-
rogans itaq; habitum eius: ⁊ incessuz:et lin-
gua maximeq; etatē: discere nihil potuit. ille
eīm q̄ referebat:famā ad se venisse hoīs testa-
bat. Ingressus ergo adriam ꝓspero cursu ve
nit pachinū:⁊ in quadā curui littoris villula:
famā senis sciscitans:consonaret: nihil ita in
eo cunctis admirantibus q̄ ꝙ post tāta signa
atq; miracula:nec fragmē panis quidē a quo-
q̄ in illis locis accepisset. Et ne longū faciam
sermonē:sanctus vir esycius ad magistri ge-
nua prouolutus plantasq; eius lachrymis ri-
gans:tandem ab eo subleuatus:post bidui tri
duiq; sermonem audiuit a zazano:nō posse se
nem iam in illis habitare regionibus:sed vel
le ad barbaras quasdā pergere nationes: vbi
et nomen ⁊ sermo eius ignot⁹ foret. Duxit ita
q; eū ad epydaurū dalmatie oppiduz:vbi pau
cis diebus in vicino agello mansitans non po
tuit abscondi. Siquidē draco mire magnitu-
dinis:quos gentili sermone boas vocant: eo
ꝙ tā grādes sint: vt boues glutire soleāt:oēm
late vastabat prouinciam:et non solum armen
ta et pecudes:sed et agricolas quoq; ad pasto
res tractos ad se:vt spiritus absorbebat. Cui
cum pirā iussisset preparari:⁊ oratiōe ad xp̄z
missa euocato precepisset struem lignoꝝ scā-
dere:ignem supposuit:cunctaq; spectāte ple
be:immanem bestiam cōcremauit. Unde estu
ans quid faceret:quo ve se verteret: aliam pa
rabat fugam:et solitarius terram mente per-
lustrans:merebat ꝙ tacente de se lingua mira
cula loquerentur. ¶ Ea tempestate terremotu
totius orbis qui post iuliani mortem accidit:
maria egressa sunt terminos suos:⁊ quasi rur
sum deus diluuiū minaretur:vel in antiquuz
chaos redirent omnia:naues ad prerupta di-
lapse montium pependerunt. Quod cum vide
rent epidauritani:frementes videlicz fluct⁹:
et vndarum molem et montis rugitum littori

bus inferri: verentes quod iaȝ euenisse cerne
bāt: ne oppidū funditus subuerteretur. egres
si sunt ad senem: ⁊ quasi ad prelium proficiscē
tes posuerunt eū in littore. Qui cū tria crucis
signa pinxisset in sabulo maris: manusq̧ con
tra tenderet: incredibile dictu est in quantam
altitudinem intumescens mare: ante eum ste
terit: ac diu fremens: et quasi ad obicem indi
gnās: paulatī in semetipm relapsum sit. Hoc
epidaurū ⁊ oīs illa regio vsq̧ hodie predicat:
matresq̧ docent filios suos: ad memoriam in
posteros transmittendā: vere illud quod ⁊ ad
apostolos dictū est: si credideritis dicetis mō
ti huic: transi in mare et fiet: etiam iuxta litte
ram ipleri potest: si tamen quis habuerit apo
stolorum fidem: et talē qualem illis habendā
dominus imperauit. Quid enim interest vtrū
mons descendat in mare: an immensi vndarū
montes repente obriguerint: ⁊ ante senis tan
tum pedes saxei ex alia parte molliter fluxe
rint? Mirabatur oīs vrbs ⁊ magnitudo signi
salinis percrebuerat. Quod intelligens senex
in breui lembo clā nocte fugit: et inuēta post
biduum oneraria naui perrexit ciprum. Cūq̧
inter maleas ⁊ cytherā pyrate derelicta classe
in littore: que non antēna: sed conto regitur:
duob⁹ haud puis myoparonib⁹ de se dromone
occurrissent: deinio hinc inde fluct⁹ verrente
remige: omnes qui in naui erāt trepidare: fle
re discurrere: preparare cōtos: ⁊ quasi nō suf
ficeret vnus nūcius: certatim seni piratas ad
esse dicebant. Quos ille procul intuens subri
sit: ⁊ cōuersus ad discipulos modice inquit fi
dei quare trepidatis? Nunquid plures sūt hi
q̄ pharaonis exercitus? et tamen omnes deo
volente submersi sunt. Loquebatur: ⁊ nihilo
minus spumantib⁹ rostris hostiles carine im
minebant: iactu tantuȝ lapidis in medio. Ste
tit ergo in ora nauis: ⁊ porrecta contra veniē
tes manu: hucusq̧ ait venisse sufficiat. O mi
ra rerum fides? statim resilere nauicule: ⁊ im
pellentibus contra remis ad puppim impetus
rediit. Mirabantur pyrate: post tergum se re
dire nolentes: totoq̧ corporis nisu vt ad naui
gium peruenirent: velocius multo q̄ venerāt
ad littus ferebantur. Pretermitto cetera ne
videar in narratione signorum volumen extē
dere: hoc solum dicam: q̧ prospero cursu in
ter cicladas nauigans: hinc inde clamantium
de vrbibus ⁊ vicis: et ad littus concurrentiuȝ
immūdorū spirituū voces audiebat. ¶ Ingres
sus ergo sanctus hilarion paphuȝ vrbē cypri:
nobilem carminibus poetaruȝ: que frequenti
terremotu lapsa: nūc ruinarū tantū vestigiis:
quod olim fuerit: ostendit: in secundo ab vrbe
miliario habitabat ignobilis: gaudēs q̧ paucis
diebus quietus viueret. Uerum non pleni vi
ginti transiere dies: cum per omnem illam in
sulam vicūq̧: quicunq̧ immundos habebāt
spiritus: clamare ceperunt venisse hilarionez
seruū xpi: ⁊ ad eum se debere ꝓperare: hoc sa
lamina: hoc curium: hoc lapithe: ⁊ vrbes reli
que cōclamabant: plerisq̧ asserentibus scire
se quidem hilarionē: ⁊ verum illum esse famu
lum dei: sed vbi esset ignorare. Intra triginta
igitur nec multo amplius dies ducenti ferme
tam viri q̄ mulieres ad eum congregati sunt.
Quos cum vidisset: dolens q̧ se nō paterent
quiescere: ⁊ quodāmodo in vltionem sui seui
ens: tanta eos orationū instantia flagellauit:
vt quidam statim. alii post biduum triduū ve:
omnes vero intra vnā hebdomadā curarentur.
Manens itaq̧ ibidē biēnio: et semper de fu
ga cogitans: esyciū ad se venire sperabat: ⁊ pa
lestinā misit ob salutationem fratrū et mona
sterii sui cineres inuisendos. Qui cum reuer
tisset: cupiēti rursum ad egyptū nauigare hoc
est ad ea loca: que vocantur hocholia eo q̧ nul
lus ibi xpianorum esset: sed barbara et ferox
natio: suasit vt in ipsa magis insula ad secre
tiorem locum conscenderet. Que cum diu lu
strans oīa reperisset: perduxit eū duodeciȝ mi
libus a mari procul: inter secretos asperosq̧
montes: ⁊ quo vix reptādo manibus genibusq̧
possit ascendi. Quo introgressus cōtēplat⁹
quidem est terribilem valde ⁊ remotū locū: ar
boribusq̧ hinc inde circundatum: habentem
etiam aquas de supercilio collis irriguas: et
hortulum peramenū: ⁊ pomeria plurima: quo
rum fructum nunq̄ in cibo sumpsit: sed anti
quissimi iuxta templi ruinā: ex quo vt ipse fe
rebat: ⁊ vt discipuli eius testabantur: tam innu
merabiliū per noctem ⁊ diē demonū voces re
sonabant: vt exercitū crederes. Quo ille val
de delectatus: q̧ s. agonistas haberet in proxi
mo: habitauit ibi per annos quinq̧: ⁊ sepe in
uisente se esycio: in hoc extremo iam vite sue
tempore refocillatus est: q̧ ꝓpter asperitatez
difficultatemq̧ loci: ⁊ vmbrarū: vt ferebatur
vulgo: multitudinem: nullus aut rarus ad se
posset vel auderet ascendere. ¶ Quadam autē
die ingressus sanctus Hylarion hortulum: vi
dit hoīem toto corpore paralyticuȝ iacentem
ante fores: interrogauitq̧ esyciū quisnā eēt.

vel quomodo fuisset aductus. Qui respōdēs
ait: procuratorem fuisse ville: ad cui⁹ ius hor
tulus quoq₃: in quo ipsi erant: pertineret. Et
ille cōlachrymans: redeusq₃ ad iacentem ma/
nū: tibi inquit dico in noīe dñi iesu christi sur
ge ⁊ ambula. Mira velocitas. Adhuc em̄ ver
ba in ore loquētis voluebantur: et iā mēbra soli
data ad standū hominē subrigebant. Qđ post
q̄ auditū est: etiā difficultatē loci: ⁊ iter inuiū
plurimorū vincit necessitas: nihil p̄ circuitum
cunctis villis obseruātibus q̄ ne quoquo mō
elaberetur. Disseminauerat em̄ hoc de eo ru/
mor: diu eū in eodē loco manere nō posse. Qđ
ille non leuitate quadam aut puerili sensu vi/
ctus faciebat: sed honorem fugiēs ⁊ importu
nitatem: semp̄ silentium ⁊ vitam ignobilē₃ de
siderabat. ¶ Igitur octogesimo etatis sue an/
no: cūm absens esset esycius: quasi in testamē
ti vicem: breuem manu propria scripsit episto
lam: omnes diuitias suas ei derelinquēs: euā
gelium sc₃ ⁊ tunicam saccinam cucullā et pal
liolum: nā minister eius ante paucos dies o/
bierat. ¶ Venerunt itaq₃ ad egrotantē de pa/
pho multi religiosi viri: maxime q₃ eum dixis/
se audierant: iam se ad dominū migraturū: et
de corporis vinculis liberandum. Sed ⁊ con
stantia quedam sancta femina: cuius generū₃
et filiam vnctione olei de morte liberauerat:
Quos omnes adiurauit vt ne puncto quidem
hore post mortem reseruaretur: sed statim eū
in eodem hortulo terra operirent: sicut vesti/
tus erat: in tunica cilicina: cuculla ⁊ sago ru/
stico. Iamq₃ modicus calor tepebat in pecto/
re nec preter sensum quicq̄ viui hominis su/
peraret: et tamen apertis oculis loquebatur.
Egredere quid times? Egredere; quid dubi/
tas aīa? septuaginta ppe annos seruisti xp̄o: ⁊
et mortem times? Inter hec verba exalauit
spiritum. Statimq₃ humo obrutum: ante vrbi
sepultum q̄ mortuum nunciauerunt. Qđ post
quā palestine sanctus vir audiuit esycius: per
rexit cyprum: et simulans se velle in eodē ha/
bitare hortulo: vt diligentis custodie suspitio
nem accollis tolleret: cum ingenti vite sue pe
riculo: post decem ferme menses: corpus ei⁹
furatus est: quod mayumā inde deferens: to/
tis monachorum ⁊ oppidorum turbis prose/
quentibus: in antiquo monasterio condidit:
ibiq₃ illesa tunica: cuculla: et pallio: ⁊ toto cor
pore: quasi adhuc viueret integro: tātisq₃ fra
grante odoribus: vt delibutum vnguentis pu
taretur. Non videtur mihi in calce libri tacen
da et constantie sanctissime femine illius mu
lieris deuotio: que perlato ad se nūcio: quod
corpusculū₃ hylarionis palestine esset: statim
exanimata est: veram in seruum dei dilectio/
nem morte quoq₃ comprobans. Erat enim so
lita peruigiles in sepulchro eius noctes duce
re: et quasi cum presente ad adiuuandas ora/
tiones suas sermocinari. Cernas vsq₃ hodie
myram inter palestinos et cyprios contentio
nem: his corpus hylarionis: illis spiritum se
habere certantib⁹: et tamen vtrobiq₃ magna
quotidie signa fiunt: sed magis in hortulo cy
pri: forsitan quia plus illum locum dilexerat.
¶ Finit vita sancti hylarionis.

¶ Incipit prologus beati Hieronymi presby
teri in vitam sancti malchi captiui monachi.

Qui nauali prelio dimi
caturi sunt: ante in portu et tran/
quillo mari flectunt gubernacula ⁊
remos trahunt: ferreas manus et
vncos preparant: dispositumq₃ per tabulata
militem pendenti gradu et labente vestigio ⁊
stare firmiter assuescunt: vt quod in symula/
chro pugne didicerint: in vero certamine nō
pertimescant. Ita et ego qui diu tacui (silere
quippe me fecit: cui meus sermo supplicium
est) prius exerceri cupio in paruo opere: et ve/
luti quandam rubiginem lingue abstergere ⁊
vt venire possim ad historiam latiorem. Scri
bere enim disposui: si tamen dominus vitam
dederit: et si vituperatores mei saltem fugien
tem me: et clausum persequi desierint: ab ad/
uentu saluatoris vsq₃ ad nostram etatē₃: id est
ab apostolis vsq₃ ad huius temporis fecem ⁊
quomodo et per quos christi ecclesia nata sit
et adulta: persecutionib⁹ creuerit: martyrijs
coronata sit: et postquam ad christianos prin
cipes venerit: potentia quidem et diuitijs ma
ior: sed virtutibus minor facta sit. Uerum hec
alias: nunc que imminent explicemus.

¶ Finit prologus beati hieronymi in vita san
cti Malachi.
¶ Incipit vita eius.

Maronias trigita fer
me milibus ab antiochia vrbe
syrie: haud grandis ad orien/
te₃ distat viculus: huc post mul

tos dominos vel patronos:dum ego adolescẽtulus morarer in syria:ad pape euagrij necessarij mei possessionem deuolutus sum:quem idcirco nunc nominaui: vt ostenderem: vnde nossem qđ scripturus sum. Erat illic senex quidam nomine malchus quẽ nos latine regem possumus dicere:syrus natione ꝛ lingua:ꝛ vt rebar eiusdem loci indigena. Anus quoqꝫ in eius contubernio valde decrepita: ꝛ iam mortis ꝓxima visebatur: tam studiosi ambo religionis:sic ecclesie limen terentes:vt Zachariam ꝛ Helysabet de euãgelio crederes: nisi ꝙ Johãnes in medio non erat. De his cũ curiose ab accolis quererem: que nam esset eorꝫ copula:matrimonij:an sanguinis: an spirit⁹: omnes voce consona sanctos:ꝛ deo placidos: ꝛ mira nescio que respondebãt:qua cupiditate illectus adorsus sum hominem:ꝛ curiosius sciscitans rerũ fidez hec ab eo accepi. Ego inquit mi nate nizibeni agelli colonus solus parentibus fui. Qui cũ me quasi stirpẽ generis sui ꝛ heredem familie ad nuptias cogerent: monachũ me potius esse velle respondi. Quãtis pater minis:quãtis mater blanditijs ꝑsecuti sunt:vt pudicitiam ꝑderem: hec res sola indicio est:ꝙ ꝛ domũ ꝛ parẽtes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram:ꝓpter vicinam ꝑsidem:ꝛ romanorum militũ custodiaꝫ:ad occidentem verti pedes:pusillũ nescio quid portans viatici: qđ me inopia tantũ defenderet. Quid multa:ꝑueni tandem ad heremũ calcidos:q̃ inter minas ꝛ beroas magis ad austrũ sita est. ¶ Ibi rep̃tis monachis:eorũꝫ me magisterio:tradidi manu ꝛ labore victum queritans:lasciuiamqꝫ carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi cogitatio:vt ad patriã ꝑgerẽ:et dũ adhuc viueret mater:iã enim patrem mortuũ audieram:solarer viduitateꝫ eius:ꝛ exinde venũdata possessione partem erogareꝫ paupibus:ex parte monasteriũ construerem. Quid erubesco confiteri infidelitateꝫ meã:ꝑarteꝫ in sumptuũ meorꝫ solatia reseruarẽ. Clamare hoc cepit abbas me⁹ diaboli esse tentationem:ꝛ sub honeste rei occasione:antiqui hostis astutias. Hoc esse reuerti canem ad vomitũ suum. sic multo monachorũ esse deceptos:nunq̃ diabolũ aperta frõte se ꝑdere. Proponebat mihi exẽpla de scripturis q̃plurima:inter que illud ab initio: ꝙ adam quoqꝫ ꝛ euam spe diuinitatis supplantauerit Et cuꝫ persuadere nonposset: prouolutus genibus obsecrabat:ne se desererem:ne me perderem:ne aratrum tenens post tergum respiceres. Heu misero mihi. vici pessima victoria reputãs illũ nõ meã vtilitatẽ:sed suũ solatiuꝫ querere: ꝓfect⁹ ergo me de monasterio: quasi fun⁹ efferret:ad extremuꝫ vale dicens:video ait te fili sathane notatũ cauterio. Non quero causas: excusationes nõ recipio : ouis que de ouili egredit̃:lupi statim morsib⁹ pꝫ. ¶ De beroea edissam ꝑgẽtib⁹ : vicina est eublico itineri solitudo:ꝑ quã sarraceni incertis semꝑ sedibus huc atqꝫ illuc vagantur. Que suspitio frequentiã in illis locis viatorũ cõgregat:vt imminẽs periculũ mutuo auxilio declinet̃. Erãt in comitatu meo viri:femine:senes:iuuenes: paruuli:numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumqꝫ sessores ismahelite irruerũt: crinitis vittatisqꝫ capitibus: ac seminudo corpore : pallia et latas calligulas trahentes. Pendebant et humero pharetre : et laxos arcus vibrantes : hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum : sed ad predandum venerant. Rapimur:dissipamur: in diuersa distrahimur . Ego interim longo postliminio hereditari⁹ possessor : et sero mei consilij penitens: cum alterius muliercula in vnius heri seruitutẽ sortius venio. ducimur. immo portamur sublimes in camelis : et per vastam heremum semper ruinam timentes : heremus potius q̃ sedemus. Cibus semicrude carnes:et lac camelarum potui erat . Tandem grandi amne transmisso:peruenimus ad interiorem solitudinem : vbi dominam eiusqꝫ liberos et more gentis adorare iussi ceruices flectimus. Hoc quasi clausus carcere mutato habitu:id est nudus ambulare disco. Naꝫ eris quoqꝫ temperies preter pudicitiam nihil aliud velari patiebatur. Traduntur mihi pascende oues:et in malorum comparatione hoc fruor solatio:ꝙ dominos meos et conseruos rarius video. Videbatur mihi aliquid habere sancti Jacobi recordebar. Moysi: qui et ipsi in heremo pecorum quondaꝫ fuere pastores. Vescebar recenti caseo et lacte. orabam iugiter:canebam psalmos: quos in monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea: agebamqꝫ dei iudicio gratias:ꝙ monachum quẽ in patriam fueram perditurus:in heremo inueneram. O nihil inq̃ tutum apud diaboluꝫ: o multiplices ꝛ ineffabiles eius insidie:sic q̃ me latentẽ inuenit inuidia. Dñs vidẽs gregẽ suũ crescere:nihilqꝫ in me deprehendẽs fraudulentie:sciebã eñi apostolũ precepisse: dñis

sic quasi deo fideliter seruiendū: ⁊ volens me remunerari: q̄ fidū sibi magis faceret tradidit mihi illam conseruam mecum aliquādo captiuā. Et cum ego refutarem. Dicerem qꝫ me christianum: nec mihi licere vxorē viuentis accipere: siquidem captus nobiscum vir eius ab alio domino fuerat abductus. Herus ille placabilis in furorem versus: euaginato me cepit petere gladio: ⁊ nisi festinus brachio tenere mulierem preoccupassem ilico fudissem sanguinem. Jam venerat tenebrosior solito: et mihi nimiū matura nox: duco in speluncā semiruptam nouā coniugem: ⁊ pro nubante nobis tristitia vterqꝫ detestātur alterutrū: nec fatemur Tunc vere sensi captiuitatem meā: prostratusqꝫ humi: monachum cepi plangere: quem perdebam: dicens. Huccine miser seruatus sum: ad hoc mea scelera perduxerunt: incanescente iam capite virgo maritus fierē vxoris aliene? Quid prodest parentes: patriā: rem familiarē contēpsisse pro domino: si hoc facio: quod vt ne facerem: illa contempsi: nisi q̄ forte propterea hec sustineo: quia rursum patriā desideraui: quid agimus anima? Perimus an vincimus? Expectamus manū domini: nō proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium: tua magis mors timēda est q̄ corporis: habet et pudicitia seruata martyriū suum. Jaceat insepult⁹ xpi testis in heremo. ipse ero mihi persecutor et martyr. Sic fatus eduxi in tenebris micātem gladium ⁊ acumine cōtra me verso: vale inquā infelix mulier: habeto me potius martyrē q̄ martyrū. Tunc illa prouoluta pedibus meis. ego te inquit per iesum per huius hore necessitatem rogo: ne effundas sanguinē tuum in sanguinē meū: vel si mori placet in me primū verte mucronē: sic nobis potius cōiungamur. Etiam si vir meus ad me rediret: seruarē castitatem: quā me captiuitas docuit: vel interiorē ātequā perderē: cur moreris ne mihi iungaris: ego morerer si iungi velles. Habeto ergo me coniugē pudicitie ⁊ magis anime copulam amato q̄ corporis. Credant domini maritum xp̄s nouerit fratrē. Facile persuadem⁹ nuptias cum nos viderint sic amare. Fateor obstupui ⁊ ammirat⁹ virtutē femine cōiugē pl⁹ amaui. Nunquā tamen illius nudū corpus intuitus sum: nunquā carnē tetigi: timens in pace perdere: quod in prelio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi: amabiliores nos dominis fecerūt nuptie simulate. Nulla fuge suspitio. interdum et mense toto aberam: fidus gregis pastor per solitudinum. Post grande interuallum dum solus in heremo sedeo: ⁊ preter celū terramqꝫ nihil video. cepi mecum tacitus voluere: et inter multa monachorum cōtubernia recordari: maximeqꝫ vultus patris mei qui me erudierat: tenuerat perdiderat. Sicqꝫ cogitans aspicio formicarum gregem: angusto calle feruere. Videres onera maiora q̄ corpora. Alie herbarum: quedā semina forcipe oris trahebant. Alie egerebant humū de foueis: et aquarum meatus aggeribus excludebant. Ille venture hyemis memores: ne madefacta humus in herbam horrea verteret: illata semina precidebant: he luctu celebri corpora defuncta portabāt. Quodqꝫ magis mirū esset in tanto agmine egrediēs non obstabat intrantibus: quin potius siquā sub fasce vidissent ⁊ onere cōcidisse: suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi spectaculū dies illa prebuit. Unde recordatus salomonis ad formice solertiā nos mittētis: et pigras mentes sub tali exemplo suscitantis cepi tedere captiuitatis: et monasterij cellulas querere: ac formicarum illarū sollicitudinem desiderare: vbi laboratur ī medium: ⁊ cū nihil cuiusqꝫ proprium sit: omniū: oīa sūt. Regresso ad cubile: occurrit mihi mulier: tristitiam animi vultu dissimulare nō potui. Rogat cur ita exanimatus sim. audit causam. hortor ad fugam. non aspernatur. peto silentium: fidē tribuit: et iugi susurro inter spē et metum medij fluctuabamus. Erāt mihi in grege duo hirci mire magnitudinis: quibus occisis vtres facio: eorum carnes viatico preparo: ⁊ primo vespe putantibus dnis nos secreto cubitare: inuadim⁹ iter: vtres et partem carnium portantes. Cumqꝫ peruenissemus ad fluuium (nam decem milibus aberat) inflatis ⁊ accensus vtribus aquis nos credidimus paulatim pedibus subremigantes: vt deorsum flumine deferente: et multo longius q̄ cōsideramus: in alteram nos exponente ripam: vt vestigium sequentes perderet. Sed inter hec madefacte carnes: et ex parte lapse: vix tridui cibum pollicebantur. Bibimus vsqꝫ ad satietatem: future nos siti preparantes. Currimus post tergum semper respicimus: et magis noctibus premouemur: vel propter insidias late vagantium sarracenorum: vel propter ardorem solis nimiū. Pauco miser etiam referēs: et iā securus: toto tamē corpore perhorresco. Post diem tertium dubio aspectu procul respi

tūmus duos camelis sedentes venire concite:
statimq₃ mens mali presaga putare dominus:
meditari mortē: solem cernere nigrescentē.
Dūq₃ timemus ⁊ vestigijs per harenas nos ꝓ
ditos intellerimus: offertur ad dexteram spe
cus longe sub terra penetrās. ¶ Igitur timē
tes venenata aīalia: (solent quippe vipere: re
guli et scorpiones: ceteraq₃ huiuscemodi fer
uorem solis declinantia vmbras petere): in
trauimus quidē speluncā: sed statim in ip̄o in
troitu sinistre nos fouee credidimus: nequa
q̄ vltra ꝓgredientes: ne dum mortem fugi
mus incurreremus in mortem: illudq₃ nobis
cum reputantes: si iuuat miseros domin⁹: ha
bemus salutem: si despicit peccatores: habe
mus sepulchrū. Quid putas nobis fuisse ani
mi: q̄d terroris: cum an̄ specum haud ꝓcul sta
rent dominus et conseruus ⁊ vestigio indice
iam ad latebras peruenissent? O multo grauior
expectata: q̄ illata mors. ¶ Rursus cū labore
et timore lingua balbutit: et quasi clamāte do
mino loqui vel mutire nō audeo: mittit seruū
vt nos de specu ꝑtrahat: ipse camelos tenet:
et euaginato gladio nostrū expectat aduētū.
Interea tribus ferme vel quattuor cubitis in
trogresso famulo: nobis et occulto tergū eius
videntibus. Nam oculorū istiusmodi natura
est: vt post solem vmbras intrātibus ceca sint
oīa: vox ꝑ antrū sonat. Exite furciferi. Exite
miseri. Exite morituri. Quid statis: quid mo
ramini? Exite domin⁹ vocat. Adhuc loqueba
tur: ⁊ ecce per tenebras aspicimus leenā inua
sisse hominē: ⁊ gutture suffocato: cruētum in
tro trahere. Jesu bone. Quid tunc nobis ter
roris? quid gaudij fuit? Spectabamus hostē
nostrum perire: domino nesciente. Qui cū vi
deret illum moras facere suspicatus duos vnū
resistere: sed ⁊ iram differre non valens: sicut
tenet gladiū ad speluncā venit: ⁊ clamore ra
bido serui increpans socordiā: prius a fera tē
tus est q̄ nostras latebras ꝑueniret. Quis hoc
vnq̄ crederet vt ante os nostrū ꝓ nobis bestia
dimicaret? Sublato ergo illo metu: sic is ante
oculos nostros versabatur interius: nisi q̄ tu
tius eēt leonis rabiē q̄ irā hominū sustinere.
Pauemus intrinsecus ⁊ ne mouere quidem
nos ausi prestolamur euētū rei inter tanta pe
ricula: pudicitie tm̄ conscīētia ꝓ muro septi.
Leena insidiā cauēs: ⁊ visam se esse sentiens:
apprehensum morditijs catulum matutina ef
fert: nobisq₃ cedit hospitio. ¶ Nec tm̄ satis
creduli statim erupimus: sed expectantes diu
et egredi cogitātes: illius nobis semper figu
rabamus occursum. Sub tali ergo terrore et
illa transacta die: exiuimus ad vesperā came
los: quos ob nimiā velocitatē dromedarios
vocant: preteritos cibos in ore voluere: et in
aluū missos iterum retrahere. Quibus ascen
sis: ⁊ noua sistartia refocillati: decimo tandē
die ad romana ꝑ desertū castra peruenimus:
oblatiq₃ tribuno rei ordinem pandimus. In
de ad sabanianum mesopotamie ducem trans
missi: camelorum accepimus precium. Et q2
iam abbas ille meus dormierat in domino: ad
hec delatus loca: me mōachis reddo: hāc tra
do virginibus: diligens eam vt sororem: non
tamen me ei credens vt sorori. ¶ Hec mihi se
nex malchus adolescentulo retulit. Hec ego
vobis narraui senex. Castis historiam castita
tis expono: virginibus virginitatē custodire
exhortor: vos narrare posteris: vt sciant inter
gladios ⁊ deserta ⁊ bestias pudicitiam nunq̄
esse captiuam: et hominem christo deditum:
posse mori: non posse superari.
¶ Finit vita beati malchi monachi captiui.

¶ Incipit vita sancti Pauli simplicis.

Fuit quidam inter disci
pulos sancti Anthonij Paulus no
mine: cognomento simplex. Hic ini
tium cōuersionis sue hmōi habuit.
Cum vxorem suam cum altero concubitantē
vidisset nulliq̄ quicq̄ dicens egressus ē domū:
et mestitia animi tactus: in heremū semetip̄m
dedit. Ubi cum anxius oberraret: ad monaste
rium venit Antonij: ibiq₃ ex loci amenitate ⁊
opportunitate consilium capit. Cumq₃ adisset
Anthonium: vt iter salutis ab eo inquireret:
ille intuens hominem simplicis nature: respō
dit ei ita demū eū posse saluari: si his que a se
dicerentur obediret. Tunc ille oīa quecunq₃
preciperet: facturum se esse respondit. Ut er
go promissionem eius probaret Antonius an
te fores cellule stanti: hic inquit expecta me
orans donec egrediar. Et ingressus mā sit in
trinsecus per totam diem et noctem: per fene
stram tamen et occulto frequentius respiciēs
videbat eum indesinenter orantem: et nusq̄
prorsus se mouentem: sed stare in estu diei et
rore noctis: ⁊ ita esse mandati memorē: vt ne
parum quidē a loco se moueret. Egressus au
tem die postera Antonius instruere eum et do
cere de singulis cepit quomodo opere manuū

solitudinem solaretur: ⁊ digitis quidem corpo
ris opus carnale: cogitatione vero mentis et
animi intentione operaretur que dei sunt. Ci
bum quoque invespera sumere: ⁊ precipue ī po
tu: confirmans non minus per aque abundā
tiam fantasias anime fieri: ꝙ per vinum calo
rem corporis increscere. Et ubi plene eū qua
liter in singulis agere deberet instruxit: in vi
cino: hoc est in tribus a se milibus cellulam cō
stituit: ibique eū exercere que didicerat iubet.
Ipse tamen frequentius visitans eum gratu
labatur: deprehendens illū in his: que sibi tra
dita fuerant: tota intentione et omni sollicitu
dine permanentem. ¶ Quadam autem die cū
venissent ad sanctum antoniū fratres magni
quidem ⁊ pfecti viri: accidit etiam paulum ad
esse pariter cum eis. Et cum sermo de profun
dis rebus ⁊ mysticis haberetur: cūque de pro
phetis ⁊ de saluatore plurima tractarent̄: pau
lus ex simplicitate animi interrogat si christ⁹
prius fuerit an prophete. Beatus vero An
tonius cum pro eo ꝙ tam absurde interroga
ret quasi erubuisset blando motu: ut erga sim
pliciores solebat silere atque abire eum iubet.
Ille autem qui omne quodcunque ab eo dictū
fuisset: tanꝙ preceptum dei servare institue
rat: abscedens ad cellulam suam tanꝙ manda
to accepto: silentium gerere instituit: nec om
nino aliquid loqui. Quod cum cōperisset An
tonius: mirari admodū cepit unde hac illi ob
servantia placuisset: quam a se sciebat non esse
ei iniunctam. Cumque iussisset eum loqui: ⁊ cur
siluerit interrogaret: dicit ei Paulus. Tu pa
ter dixisti mihi: ut irem et silerem. Et obstupe
factus anthonius ita ab eo sermonē quem ille
negligenter protulerat observatum: omnes in
quit nos ille condemnat. Cum eñ nos de celo
dominū nobis non audiamus loquentem: ab
isto qualiscunque sit sermo: qui ex ore nostro ce
ciderit: observatur. Multa tamen et sanctus
Antonius docere eum volens de obedientia:
precipere ei solitus erat etiam: que ratio ⁊ cau
sa nō posceret: in quibus eius anim⁹ erga obe
dientiam probaretur. Haurire namque aliquā
do eum aquam iussit ex puteo ⁊ in terram to
ta die effundere: ⁊ contextas sportas resolue
re: ac denuo texere et vestimentum dissue
re: et iterum resuere: et rursus resoluere: ⁊ in
pluribus huiusmodi exercitiis ab eo memora
tur imbutus: ut in nullo prorsus: etiam q̄ con
tra rationem imperari videbantur: disceret cō
tradicere. ⁊ ita per hec omnia informatus: tē
pori brevi ad perfectionem venit. Et cuius
exemplo docebat beatus Antonius: ꝙ si quis
vellet velociter ad perfectionem venire: non
sibiipsi magister fieret: nec propriis volunta
tibus obediret: etiam si rectum videretur esse
quod vellet: sed secundum mandatum saluato
ris observandum esse: ut ante omnia unusquis
que abneget semetipsum sibi: ⁊ renunciet pro
priis voluntatibus: quia ⁊ ipse saluator dixit:
ego veni non ut faciam voluntatem meam: sed
eius qui misit me. Et utique voluntas christi nō
erat contraria voluntati patris: sed neque qui
venerat obedientiam docere: inueniretur nō
obediens: si propriam faceret voluntatē: quā
to magis ergo nos iudicabimur obedientes:
si proprias faciamus voluntates. Denique su
pradictus Paulus exemplo nobis est: qui obe
dientie ⁊ simplicitatis merito: intantum spiri
talium gratiarum culmen ascendit: ut multo
plures ⁊ potentiores virtutes per ipsum: ꝙ p
sanctum Antonium dominus fecerit. Et quo
niam pro affluentia gratiarum ad eum multi
ex omnibus terre partibus confluebant ut cu
rarentur ab eo: verens beatus Antonius ne
molestia multitudinis fugaretur: in interiori
heremo quo accedi facile ab aliquo nō possit:
commanere eum fecit: ut venientes magis ipse
susciperet antonius. Si quos vero ipse nō po
tuisset curarē: hos ad paulum tanquā proliri
orem sanitatum gratiam habentē mittebat: ⁊
ab illo curabantur. Tantam autem simplicita
tis fuisse apud eum fiduciam tradunt: ut quo
dam tempore cum quidam rabiem patiens in
modum canis: laniaret omnem qui ausus fu
isset ad se accedere: et perductus ad eum fuis
set: instabat orationi: ut demonem qui eum vr
gebat: fugaret. Et cum mora fieret nec celer
sequeretur effectus: quasi infantū more indi
gnatus dixisse fertur ad dominum. Uere non
manducabo hodie: si eum non curaueris. Et
continuo quasi delicioso dño satisfactum est a
deo: ⁊ statim curatus est rabidus.

¶ Finit vita beati Pauli simplicis.

¶ Incipit vita sancte Paule edita a sancto Hieronymo presbytero.

SI cuncta mei corporis
membra verterentur in linguas: et
omnes artus humana voce resonarēt: ni
hil dignū sancte ac venerabilis Paule virtuti
b⁹ dicerē. Nobilis gñe: sꝫ nobilior sanctitate:

potens quondã: sed nunc christi paupertate insignior. Graccorũ stirps: soboles scipionũ: pauli heres: cuius vocabulũ trahit: metie papyrie matris africani vera et germana progenies. Rome pretulit bethleẽ: et auro tecta fulgentia: informis luti vilitate mutauit. Non meremus q talem amisimus: sed gratias agimus q habuim⁹: immo habemus. Deo enĩ viuunt oĩa: et quicquid refertur ad dñm: in familie numero computatur: cũ quã amissio illius celestis domus habitatio sit. Que quandiu in corpore fuit: peregrinata est a dño et voce semp flebili querebat dicens. Heu mihi: q2 peregrinatio mea plongata est. habitaui enĩ cũ habitantib⁹ cedar: multũ peregrinata est aĩa mea. Nec mirũ si planxerat se versari in tenebris. Hoc enĩ cedar interptat: cũ mundus in maligno posit⁹ sit: et sicut tenebre eius ita et lumen eius. Luxq3 in tenebris luceat: et tenebre eam non cõprehẽderũt. Unde et illud crebrius inferebat: aduena ego sum et peregrina: sicut oẽs patres mei. Et iterũ. Cupio dissolui: et esse cũ xpo. Quotiẽs aũt infirmitate corpusculi: quã incredibili abstinentia: et duplicatis contraxerat ieiunijs: vexabat: dolebat: corp⁹ meũ subijcio et in seruitutẽ redigo: ne alijs predicãs ipsa reproba inueniar: et bonũ est mihi vinum nõ bibere: et carnẽ nõ mãducare: et humiliaui in ieiunio animã meã: et totũ lectũ meũ versasti i infirmitate mea: et versata sũ in miseria: dũ mihi infigit spina: atq3 inter doloris aculeos: quos mira patientia sustinebat: quasi aptos sibi celos aspiceret: loquebat. Quis dabit mihi pẽnas sicut columbe: et volabo et requiescam? Testor iesum et sanctos angelos eius: ipsumq3 pprium angelum: qui custos fuit et comes admirabilis femine: me nihil in gratiã: nihil in ore laudantiũ: sed quicquid dicturus sum pro testimonio dicere: et min⁹ ei⁹ esse meritis: q totius orbis canit. Sacerdotes mirãtur: virginũ chori desiderãt: monachorũ et pauperũ turba deplangit. Uult lector eius breuiter scire virtutes. Dñs suos pauperes pauperior ipsa dimisit. Nec mirũ de pximis et famuliola: quam vtroq3 sexu: de seruis et ancillis in fratres sororesq3 mutauerat: ista proferre: cum eustachium virginem et deuotam xpo filiã: in cui⁹ consolationẽ libellus hic cudit: pcul a nobili genere sola fide et gratia diuitem dereliquerit. Carpam⁹ igitur narrãdi ordinẽ. Alij altius crepetant: et a cunabulis eius ipsisq3 vt ita dicam repundijs matrẽ blesillã: et rogatũ preferam: patrẽ quoq3 altera scipionum graccorũq3 pgenies est: alter p omnes grecias vsq3 hodie et stẽmatib⁹ et diuitijs: ac nobilitate agamẽnonis fertur sanguinẽ trahere qui decẽnali troiam absidione deleuit: nos nihil aliud laudam⁹ nisi qđ pprium est: et de purissimo sancte mentis fonte pfertur: cũ quã dñs ac saluator in euãgelio doceat apostolos sciscitantes: quid sibi redditurus sit: qui omnia sua p nomine eius dimiserãt: centuplũ in presentiarũ recepturos: et in futuro vitam eternam. ¶ Ex quo intelligimus nõ laudis esse possidere diuitias: sed p xpo eas cõtẽnere: nõ tumere ad honores: sed p fidei eos paruipendere. Uere qđ pollicitus est seruis suis et ancillis: saluator reddidit in psenti. Nã que vnius cõtẽpsit gloriã vrbis: totius orbis opinione celebrat. Quã rome habitãtẽ nullus extra romã nouerat: latẽtẽ i bethleẽ et barbara et romana terra mirat. Cui⁹ enĩ gentis hoies: ad sancta loca nõ veniant. Quis aũt in sanctis locis pter Paulam: qđ plus inter homines miraret: inuenit? Et sicut inter multas gẽmas preciosissima gemma micat: et iubar solis paruos stellarum igniculos obruit et obscurat: ita cunctorũ virtutes et potentiã: sua humilitate superauit: minimaq3 fuit inter oẽs: vt omniũ maior esset: et quanto plus se deijciebat: tanto magis a xpo subleuabat. Latebat et nõ latebat: fugiẽdo gloriã: gl'iaʒ merebat: que virtutes qsi vmbra sequit: et appetitores sui deserẽs: appetit cõtemptores. Sed quid ago narrandi ordinẽ pretermittens? Dum in singulis tenco: non seruo pcepta dicendi. Tali igitur stirpe genita est: iunctaq3 viro toxotio: qui enee et iuliorũ altissimũ sanguinẽ trahit. Unde etiã xpi virgo filia eius eustochiũ: iulia nuncupatur: et ipse iulius a magno demissum nomẽ iulo. Et hec dicimus non quo habentibus grandia sint: sʒ quo contẽnentibus mirabilia. Seculi hoies suspiciunt eos qui his pollent priuilegijs. nos laudamus quos habentes paruipendimus: si hec noluerint: pdicam⁹. His inq3 orta maioribus et fecũditate ac pudicitia pbata. primum viro: deinde ppinquis et totius vrbis testimonio: cũ qnq3 liberos edidisset: blesillã super cuius morte eam rome consolatus sum: pauli nam que sanctum et admirabilem virum: et ppositi et rerum suarũ pammachiũ: reliquit heredem: ad quem super obitu eius paruũ libellum edidimus: eustochiũ que nunc sanctis locis virginitatis et ecclesie monile preciosum

est:rufina que immaturo funere pius matris animũ cõsternauit:τ toxotiũ:post quē parere desiniit:vt intelligeres eam nõ diu seruire voluisse officio cõiugali:sed mariti desiderio: q mares optabat liberos: obedisse. Postq̄ vir mortu⁹ est:ita eũ planxit:vt ppe ipsa moreretur:τ ita se conuertit ad dñi seruitutē: vt mortem eius videretur optasse. Quid ergo referā ample τ nobilis domus quodā opulentissime omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimũ animũ τ bonitatem: etiā in eos quos nunq̄ viderat euagantē? Quis inopum moriēs: non illius vestibus obuolutus est? Quis clinicorũ: nō eius facultatib⁹ sustentatus est? Quos studiosissime tota vrbe perquirens dānũ putabat: si quisq̄ debilis τ esuriens: cibo sustentaretur alteri⁹. Spoliabat filios: τ inter obiurgantes ppinquos: maiorē se eis hereditatē xp̄i misericordiā dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud seculum generis: τ nobilissime familie: visitatiōis frequentiam sustinere. Merebat honore suo: τ ora laudantiũ declinare τ fugere festinabat. Cumq̄ orientis τ occidentis epos: ob quasdā ecclesiarũ dissensiones romā imperiales littere contraxissent: vidit admirabiles viros xp̄iq̄ pontifices paulinũ anthiochene vrbis epm̄: τ epiphaniũ salamine cypri: que nunc constantia dicit: quorũ epiphaniũ etiā hospitem habuit: paulinũ in alia manentē domo: quasi pprium humanitate possedit: quorũ accensa virtutibus: per momenta patriam deserere cogitabat. Non domus: non liberorũ: non familie: non possessionũ: non alicuius rei que ad seculum ptinet memor: sola: si dici pōt: τ incomitata: sed heremũ antoniorũ τ paulorũ pergere gestiebat: tandemq̄ exacta hyeme aperto mari: redeuntibus ad ecclesias suas epis: ipsa voto cũ eis τ desiderio nauigabat. Quid vltra differo? Descēdit ad portum fratre. cognatis: affinib⁹: τ qđ his magis est liberis psequentib⁹: τ clementissimā matrem vincere pietate cupientib⁹. Iaꝫ carbasa tendebant τ remorũ ductu: nauis in altũ ptrahebat: Paru⁹ toxotius: supplices manus tendebat in littore: rufina iam nobilis vt suas expectaret nuptias tacens fletibus obsecrabat: τ tñ illa siccos tendebat oculos ad celum: pietatem in filios: pietate in deuꝫ superans. Nesciebat se matrem: vt xp̄i pbaret ancillā. Torquebantur viscera τ quasi a suis membris distraheretur cũ dolore pugnabat: in eo cunctis admirabilior: q̄ magnam vinceret caritatem.

Inter hostium manus τ captiuitatis durā necessitatē: nihil crudelius est q̄ parentes a filijs separari. Hoc contra iura nature plena fides patiebatur: imo gaudens appetebat amorem filiorum: maiore in deum amore contemnens: in sola eustochio: que τ ppositi τ nauigationis eius comes erat: quiescebat. Sulcabat interim nauis mare τ cunctis q̄ cum ea vehebant littora respiciētib⁹: illa auersos tenebat oculos: ne videret quos sine tormento videre non poterat. Fateor nulla sic amauit filios: q bus anteq̄ pficisceretur cũcta largita est: exheredans se in terra: vt hereditatē inueniret in celo. Delata ad insulas pontias quas clarissime quondā feminarũ sub domitiano pncipe pro cōfessiōe nōis xp̄iani: flauie domicille nobilitauit exiliũ: vidensq̄ cellulas in quib⁹ illa longũ duxerat martyriũ sumptis alis hierosolymā τ scā loca videre cupiebat. Tardi erant venti: τ omnis pigra velocitas. Inter scillam τ caribdim: adriatico se credēs pelago: quasi p stagnũ venit methonē: ibiq̄ refocillato paululũ corpusculo: τ salo thabentes artus in littore ponens: p malcā τ citherā: sparsasq̄ per equor cycladas: τ crebris freta concita terris post rodũ τ liciā tandē vidit cyprũ: vbi scī τ venerabilis epyphanij pedib⁹ obuoluta: decē ab eo dieb⁹ retenta est: nō in refectionē: vt ille arbitrabat: sed in opus dei τ res pbatũ est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria: put habere poterat refrigeria sumptuũ fratrib⁹ dereliquit: quos amor scī viri de toto illuc orbe cōduxerat. ¶ Inde breui cursu trāsfretauit seleuciā: de qua ascendēs anthiochiā sanctiq̄ cōfessoris paulini: modicũ charitate detenta: media hyeme calente ardore fidei: femina nobilis q̄ prius eunuchorũ manib⁹ portabat: asello sedens pfectũ est. Omitto syrie: celes τ fenicis iter. neq̄ enī odeporicũ ei⁹ disposui scribere: ea tñ loca nomino: q̄ sacris voluminib⁹ cōtinent. Merito romana colonia et antiqua vrbe sydone derelicta: in sarepte littore helye ingressa est turriculā in qua adorato dño saluatore p harenas thiri: in quib⁹ Paulus genua fixeret puenit ad choũ: q̄ nũc ptolomais dr: τ p campos magedo iosie necis conscios intrauit ī terrā philistijm: mirata ruinas dor vrb quondā potētissime τ vrsa die stratōis turrim ab herode rege iudee: ī amore cesaris augusti cesaream nuncupatam: in qua cornelij domũ xp̄i vidit ecclesiā: τ philippi ediculas:

⁊ cubiculū quattuor: ꝟginū ꝓphetissaꝝ: deīde
antipatrida semirutū oppidulū: qđ et patris
noīe herodes vocauerat: ⁊ lyddam versam in
dyospolim: dorcadis atqꝫ enee resurrectione
⁊ sanitate inclitā: haud ꝓcul ab ea arimathiā
viculū ioseph: qui dn̄m sepeliuit: ⁊ nobe vrbē
quondam sacerdotū: nunc tumulus occisorū:
ioppen quoqꝫ fugientis portū ione: ⁊ vt aliqđ
perstringā de fabulis poetarū: relegate ad sa
xum: andromede spectatricē: repetitoqꝫ itine
re nycopolym que prius emaus vocabat: apud
quā in fractōne panis dn̄s cognitus cleophe
domū in ecclesiam dedicauit: atqꝫ inde ꝓfici-
scens ascendit bethoron inferiorē ⁊ superio-
rem: vrbes a salemone rege conditas: ⁊ varia
postera bellorū tempestate deletas: ad dexte-
rā respiciens aylon ⁊ gabaon: vbi eius filius
naue contra quīqꝫ reges dimicās soli impera
uit ⁊ lune: ⁊ gabaonitas ob dolū ⁊ insidias fe-
deris impetrati: in aqrios lignariosqꝫ dānā-
uit. In gabaa vrbe vsqꝫ ad solū dirupta paulu
lum subsistit: recordata peccati eius ⁊ cōcubi
ne in frusta diuise: ⁊ trib' beniamin in trecen
tis viris ꝓpter Paulum reseruate. Quid diu
moror? Ad leuā mausoleo helene derelicto: q̄
a dyabenorū regina in fame populū frumēto
iuuerat: ingressa est hierosolymā vrbē troio-
nomā: iebus: salem: hierusalem: que ab helio
postea adriano: de ruinis ⁊ cinerib' ciuitatis:
in helia suscitata est. Cumqꝫ ꝓconsul palesti-
ne qui familiolam eius optime nouerat: p̄mis
sis apparitoribus iussisset parari p̄torium: ele-
git humilem cellulā: ⁊ cuncta loca tanto ardo
re ac studio circuiuit: vt nisi ad reliqua festina
ret: a p̄mis nō posset abduci: ꝓstrataqꝫ an̄ cru
cem quasi pendentē dn̄m cerneret adorabat.
Ingressa sepulchꝝ resurrectionis osculabat
lapidem: quem ab hostio sepulchri remouerat
angelus: ⁊ ip̄m corporis locum in quo dn̄s ia-
cuerat: quasi sitiens desideratas aquas: fidei
ore lambebat. Quid ibi lachrymarū: q̄ntum ge
mituum: quid doloris effuderit: testis est cun-
cta hierosolyma: testis est ipse dn̄s quē roga
bat. Unī egrediens ascendit syon que in arcē
vel speluncam vertit'. Hanc vrbem expugnauit
quondā ⁊ edificauit Dauid. vnde de expugna
ta dicitur. Ueh tibi ciuitas ariel. i. leo dei: et
quondā fortissima: quā expugnauit Dauid.
De ea que edificata est. Fundamenta eius in
montibus sanctis: diligit dn̄s portas syon su-
per omnia tabernacula Jacob: nō eas portas
quas hodie cernim' in fauillas ⁊ cineres dis-
solutas: sed portas quibus infernus non pre-
ualet: ⁊ per quas credentium ad xp̄m ingredi
tur multitudo. Ostendebatur illi colūna eccle
sie porticum sustinens infecta cruore domini:
ad quam vinctus dicitur ⁊ flagellatus. Mon-
strabatur locus vbi super centum viginti cre-
dentium animas spirit' sanctus descenderat:
vt Johelis vaticiniū compleretur. ¶ Deinde
pro facultatula sua pauperibus atqꝫ cōseruis
pecunia distributa: perrexit bethleem: ⁊ in dex-
tera parte itineris stetit ad sepulchrū rachel:
in quo beniamin nō vt mater vocauerat mori-
ens benoni: hoc est filiū doloris mei: sed vt pa
ter ꝓphetauit in spiritu: filium dextre ꝓcreauit
Atqꝫ inde speculū saluatoris introiens: post-
q̄ vidit sacrū virginis diuersoriū suū: ⁊ asi-
nus presepe domini sui: vt impleret' illud qđ
in eodē ꝓpheta scriptum est. beatus qui semi
nat super aquas: vbi bos ⁊ asinus calcant: me
audiēte iurabat cernere se fidei oculis infan-
tem pannis inuolutū: vagientē in presepio:
deum magos adorantes: stellā fulgentem de-
super: matrem virginē: nutricium sedulū: pasto-
res nocte venientes: vt viderēt verbum qđ fa
ctum erat: ⁊ iam tunc euangeliste Johānis p̄n
cipium dedicarent. In p̄ncipio erat verbum.
⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbū:
⁊ verbum caro factū est: paruulos interfectos:
herodem seuientem: mariam ⁊ ioseph fugien
tes in egyptum: mixtisqꝫ gaudio lachrymis lo
quebatur. Salue bethleem domus panis: in
qua natus est ille panis qui de celo descendit
Salue effrata regio liberrima atqꝫ carpofora
cuius fertilitas deus est. Et te mihi egredie
tur qui sit p̄nceps israel: ⁊ egressus eius ab
initio a diebus eternitatis. De te quondā mi-
cheas propheta vaticinatus est. Et tu bethleē
domus effrata: non minima es in milibus iu-
da. Propterea dabis eos vsqꝫ ad temp' parien
tis: pariet: ⁊ reliquie fratrū ei' cōuertent' ad
filios israel. In te enī natus est p̄nceps: q̄ an̄
luciferū genit' est: cui' de patre natiuitas om-
nē excedit etatem: ⁊ tamdiu in te dauidici ger-
minis origo permansit: donec virgo pareret:
⁊ reliquie populi credentes in xp̄m conuerte
rentur ad filios israel: ⁊ libere p̄dicarent. Uo
bis oportebat loqui primū verbū dei: sed qm̄
repulistis illđ ⁊ indignos vos iudicastis eter
ne vite: ecce conuertimur ad gentes. Dixerat
enim dominus. Non veni nisi ad oues perdi-
tas domus israel. Et eo tempore Jacob super
eo verba completa sunt: nō deficiet princeps

et iuda:neqz dux de femore eius:donec veni-
at cui repositum est:τ ipse erit expectatio gē-
tium. Bene enim Dauid iurabat: bene vota
faciebat dicens. Si introiero in tabernaculū
domus mee:si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis:τ palpebris
meis dormitationem. Et requiem temporib⁹
meis donec inueniam locum domino taberna
culum deo Jacob. Et statim quid desideraret
exposuit:atqz oculis prophetalibus quē nos
iam venisse credimus ille venturum esse cer-
nebat. Ecce audiuimus eum in effrata inueni
mus eum in campis silue. Zob quippe sermo
hebraicus:vt te docente didici: non Mariā
matrem domini hoc est astin: sed ipsum id est
aston significat. vnde loquitur confidenter.
Introiuimus in tabernaculum eius:adoraui
mus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego
misera atqz peccatrix:digna sum iudicata de-
osculari presepe:in quo domin⁹ paruulus va-
gijt:orare etiā in spelunca in qua virgo puer-
pera:deum fudit infantem. Hec requies mea
quia domini patria est:hic habitabo: quoniā
saluator elegit eā:paraui lucernā christo meo:
anima mea illi viuet:τ semen meū seruiet ipi
¶ Haud procul inde descēdit ad turrim ader:
id est gregis:iuxta quā Jacob pauit greges
suos:τ pastores nocte vigilantes audire me-
ruerunt:gloria in excelsis deo:τ super terrā
pax hominib⁹ bone volūtatis. dumqz seruant
oues: inuenerūt agnum dei puro τ mundissi-
mo vellere:quod in ariditate totius terre cele
sti rore complutum est: τ cuius sanguis tulit
peccata mūdi:τ exterminatorē egypti litis fu
gauit in postibus. Statimqz concito gradu:
cepit per viam veterem pergere:que ducit ga
zam ad potentias vel diuitias dei: τ tacita se-
cum voluere:quomodo eunuchus ethiops:gē
tium populum prefigurans mutauerit pellē
suam:τ dum vetus relegit instrumentum:fon
tes reperit euangelij:atqz inde ad dextrā trā
sijt ad bethsur:τ venit eschol:que ī botrū ver
titur. Unde in testimoniū terre fertilissime:
τ in typum eius qui dicit. Torcular calcaui so
lus:τ de gentibus non est vir mecum:explora
tores botrum mire magnitudinis portauerūt
Nec est longum spacium: intrauit sarre cellu
lā:videns in cunabulis Jsaac:τ vestigia quer
cus Abraam:sub qua vidit diem xp̄i: letatus
est. Atqz inde cōsurgens ascēdit hebron: hec
est cariatharbe: id est oppidum virorum quat
tuor:videlicet Abraam Jsaac Jacob:τ Adā
magni:quē ibi conditum iuxta librum Jesu
naue:hebrei autumāt:licet plerīqz caleph q̄r
tum putent:cuius ex latere memoria demon-
strat. Noluit pergere cariathsepher:id est vi-
culū litteratū:quia contēnens occidentem lit
teram:repererat spiritum viuificantē: magis
qz mirabat superiores τ inferiores aquas:qs
othoniel filius iephone cenem pro australi et
arida possessione susceperat:τ quarum ductu
siccos prioris instrumenti agros fecerat irri-
guos:vt redemptionem veterum peccatorum
ī aquis baptismi reperiret. Altero die orto iā
sole:stetit ī supercilio capharbaruch:id est vil
le benedictionis:quem ad locum Abraam do
minū persecutus est. Unde latam despiciens
solitudinem:τ terram quondam sodome τ go
morre adame τ seboim: contemplata est balsa
mi vineas in engaddi:τ segor vitulā conster
nantem:que prius bale vocabat:τ in zoarā:
hoc est paruulā syro sermone trāslata est. Re
cordabat speluncē loth:τ versa in lachrymas:
virgines socias admonebat.cauendū esse vi-
nū in quo est luxuria:τ cui⁹ op⁹ moabite sunt τ
āmonite. Diu hereo ī meridie: vbi sponsa cu-
bantē repit sponsus:τ ioseph inebriat⁹ est cū
fratrib⁹ suis. Reuertar hierosolymā:τ per te-
cuā atqz amos rutilantē mōtis oliueti lucē a-
spiciā:de q̄ saluator ascēdit ad patrē:in q̄ per
ānos singulos vacca rufa ī holocaustū dn̄i cre
mabat:τ cui⁹ cinis expiabat pp̄lm israel:in q̄
iuxta ezechielē cherubin de tēplo transmigrā
tes:ecclesiā dn̄i fundauerunt. ¶ Jngressaqz
sepulchrū lazari: Marie τ Marthe vidit ho
spitiū:τ bethfage villam sacerdotalium maxil
larum:τ locum in quo pullus lasciuiens gen-
tium dn̄i frena suscepit:apostolorumqz stratus
vestibus:mollia terga prebuit ad sedendum.
Rectoqz itinere descendebat hiericho: cogi-
tans illum de euangelio vulneratum:τ sacer-
dotibus τ leuitis mentis feritate pretereunti
bus:clementiam samaritani: id est custodis:
qui semineceū suo imposito iumento ad stabu
lum ecclesie reportauit:τ locum adommin:qd
interpretat sanguinū:q: mult⁹ in eo sanguis
crebris latronū fundebat in cursibus:τ arbo
res siccomorum zachei:id est bone penitentie
opera:quibus cruenta dudum τ noxia rapinis
peccata calcabat:excelsumqz dominum de ex-
celso virtutū intuebatur:τ iuxta viā cecorū lo
ca:q̄ receptis luminib⁹ vtriusqz populi credē
tis in dn̄m sacramēta premiserant. Jngressa
hierico vidit vrbem: quam fundauit ahel in

abyram primogenito suo: et cuius portas po
suit in segub nouissimo filiorum. Intuita est ca-
stra galgale: et aceruum preputiorum: et secūde
circuncisionis mysterium: et duodecim lapides
qui de iordanis alueo illuc translati duodecim
apostolorum fundamenta firmauerant: et fontem
quondam legis amarissimū et sterilem: quē ve-
rus heliseus sua cōdiuit sapientia: et in dulco
rem vbertatemq conuertit. ¶ Vix nox transie-
rat: feruētissimo estu vēit ad iordanem: et ste
tit in ripa fluminis: et orto sole: solis iustitie re-
cordata est: quod in medio iordanis alueo sicca
sacerdotes posuerint vestigia: et ad Helie atq
helisei imperiū stantibus et vtraq aquis: iter
vnda prebuerit: pollutasq diluuio aquas: et
totius humani generis interfectione macula
tas: suo dñs mūdauerit baptismate. ¶ Longū
est: si velim de valle achor dicere. i. tumuli atq
turbarū: in qua furtū et auaritia cōdēnata est:
et de bethel domo dei: in q̄ sup nudā humū: nu
dus et pauper dormiuit Jacob: et posito subter
caput lapide: in Zacharia. vij. oculos hr̄e de-
scribitur: et i Esaya lapis dr̄ āglaris. Uidit scalā
ad celū vsq tendentē: in q dñs desup innite-
batur: et ascēdentibus porrigēs manū: et negligē-
tes de sublimi pcipitās. Sepulchra q in mō
te effraim iesu filij naue: et eleazari filij Aarō
sacerdotis: e regiōe venerata est: quorum vnus cō
ditus est in tannata septētrionali pte montis
gaas: alter i galaath filij sui finees: satisq mi
rata est: q distributor possessionū sibi monta-
na et aspera delegisset. ¶ Quid narrē de sylo:
in q altare dirutū hodieq mōstratur: et raptum
sabiarum a tumulo tribus bēiamin aca pcurrit. Trā
siuit sichem: nō vt plerique errāter legūt sychar
que nunc neapolis appellatur: et ex latere mon-
tis garizim extructā: circa puteū Jacob intra
uit ecclesiam: sup quā dñs residēs sitiensq et esu-
riēs: samaritane fide satiatus est: que quinq mo
saycorū voluminū viris: et sexto quē se habere
iactabat errore dosithei derelicto: verū messi-
am et verū reperit saluatorē. Atq inde diuer-
tēs: vidit duodecim patriarcharum sepulchra: et
sebasten. i. samariā: que in honorē augusti ab
herode rege greco sermone augusta est noīa-
ta. Ibi siti sunt Heliseus et abdias propheta:
et quo maior natus inter mulierum non fuit
baptista Johannes: vbi multis intremuit mi-
rabilibus. Nāq cernebat demones varijs ru
gire cruciatibus: et an sepulchra sctōr vlula-
re homines luporum vocibus: latrare canum: fremere
leonum: sibilare serpentiū: mugire thaurorū:

alios rotare caput: et post tergū terrā vertice
tangere: suspensisq pede feminis vestes non
defluere in faciē. Miserebatur oīm: et p singu
los effusis lachrymis: xp̄i clemētiā precabatur:
et sicut erat inualida ascēdit pedibus montē: in
cuius duabus speluncis: psecutionis et famis
tpe abdias ppheta centū pphetas aluit pane
et aqua. Hinc cito itinere percucurrit nazarā
nutriculam dñi: chanaan et capharnaū signorum
eius familiares: lacū thiberiadis nauigāte dño
sanctificatū: et solitudinem in q̄ multorum popu-
lorum milia paucis saturati sunt panibus et de reli
quijs nascētiū repleti sunt cophini duodecim
tribuum israel ascēdebatq mōtē thabor: in q̄
transfiguratus est dñs: aspiciebat pcul mon-
tes hermon et hermōijm: et cāpos latissimos ga
lilee: in quibus sisara et oīs eius exercitus barab
vincēte pstratus est Torrens cyson q̄ mediā
planiciē diuidebat: et oppidum iuxta naym: in
quo vidue suscitatus ē filius: mōstrabatur. Dies
me prius q sermo deficiet: si voluero cūcta p
currere: que Paula venerabilis fide incredi-
bili puagata est. Trāsibo i egyptū et in sochot
atq apud fontē samson: quem de molari ma-
xille dente produxit: subsistā parūper: et aren-
tia ora colluā vt refocillatus videā morasthim se
pulchrum quondam michee pphete nūc eccle-
siā: et ex latere derelinquā chorreos: gethheos:
maresa idumeā et lachis: et p harenas mollissi-
mas pgentiū vestigia subtrahētes: latāq he-
remi vastitatē: veniā ad egyptū fluuiū syor: q̄
interpretatur turbidus: et quinq egypti trāseā
ciuitates: que loquuntur lingua canaditbidi: et
terrā gessen et caneos: in qbus fecit deus mi-
rabilia: et vrbē no. q̄ postea versa est in alexan-
driā: et oppidū dñi nytriā i quo purissimo vir
tutū nitro: sordes lauantur quotidie plurimorum.
Quod cū vidisset occurrente sibi sancto et vene-
rabili epo Isidoro cōfessore: et turbis innume
rabilibus mōachorum: e quibus multos sacerdo-
talis et leuiticus sublimabat gradus: letabatur
ad gloriā dñi: sed se indignā tanto honore fa-
tebatur. Quid ergo narrē: macharios: arsenios
serapiōes: et reliqua colūnarū xp̄i noīa? Cuius
nō intrauit cellulā? quorum nō pedibus aduolu-
ta est? Per singulos sanctos xp̄m se videre cre
debat: et quicquid in illos cōtulerat: cōtulisse
se in dominū letabatur. Mirus ardor et vir
in femina credibilis fortitudo: oblita sexus et
fragilitatis corporee: inter tot milia mōacho
rum cum puellis suis habitare cupiebat: et for
sitan cunctis eam suspicientibus impetrasset:

nisi maius sanctoꝝ locoꝝ traxisset desideriū: atq; propter feruentissimos estus de pelusio mayumā nauigatione ꝑueniens: tanta velocitate reuersa est: vt auem putares. Nec multo post in sanctam bethleem mansura veniens ꝑpetuo: angusto per trienniū mansit hospitio: donec extrueret cellulas ac monasteria: ⁊ diuersoriū peregrinoꝝ iuxta viam conderet: in qua Maria ⁊ Joseph hospitium non inuenerant: Hucusq; iter eius descriptū est: qđ multis virginibꝰ ⁊ filia comite peragrauit. ¶ Nūc virtus eius latius describat: que ipsius ꝓpria est exponenda deo iudice ac teste: ꝯfiteor me nihil addere: nihil in maiꝰ extollere more laudantium: sed ne rerū excedant fidē multa retrahere: ⁊ ne apud detractores: ⁊ gemino sp dente rodentes fingere puter: ⁊ cornices esopi alienis coloribꝰ adornare: que ꝑma xp̄ianorum virtus ē: tāta se humilitate deiecit: vt q eā videret: ⁊ ꝓ celebritate nominis videre gestiret ipsam esse non crederet: sed ancillarū vltimā Et cum frequentatibꝰ choris virginū cingeretur: ⁊ veste ⁊ voce ⁊ habitu ⁊ incessu: minima omniū erat: nunq̄ post viri mortem vsq; ad diē dormitionis sue cum vllo comedit viro: q̄uis eum sanctū ⁊ in pontificali sciret culmine positum. Balnea nisi periclitans non adijt: mollia etiam in grauissima febre lectuli strata nō habuit: sed sup durissimam humū stratis ciliciolis quiescebat: si tamē illa quies dicēda est que iugibꝰ pene orationibꝰ dies noctesq; iūgebat: illud implens đ psalterio. Lauabo per singulas noctes lectum meū lachrymis meis stratū meū rigabo. In qua vt fontes crederes lachrymarū: ita leuia peccata plangebat: vt illam grauissimoꝝ criminū crederes ream. Cūq; a nobis crebrius moneretur: vt parceret oculis: vt eos seruaret euangelice lectioni: aiebat. Turpanda est facies: quā cōtra dei ꝑceptum purpurisso ⁊ cerusa ⁊ stibio depinxi: affligendū est corpus: qđ multis vacauit delitijs: longus risus perpeti compensandus est fletu mollia lintheamia ⁊ serica preciosissima asperitate cilicij commutanda. Que viro ⁊ seculo placui: nūc christo placere desidero. Si inter tales tantasq; virtutes castitatem in illa voluero predicare: superfluus videar: in qua etiā cum secularis esset: omniū rome matronarum exemplum fuit: que ita se gessit: vt nunq̄ de illa etiam maledicorū quicq̄ auderet fame confingere. Nihil animo eius clementiꝰ: nihil erga humiles blandius fuit. Non appetebat potentes: nec tamen superbos ⁊ gloriolam querentes fastidio despiciebat. Si pauperem viderat: sustentabat: si diuitem: ad benefaciendū cohortabatur. Liberalitas sola excedebat modum: ⁊ vsuras tribuēs euersuram quoq; sepe faciebat: vt nulli stipem rogantium denegaret Fateor errorē meū: cur in largiendo esset ꝓfusior arguebam: illud proferens de apostolo: nō vt alijs refrigeriū sit: vobis autem tribulatio: sed ex equalitate in hoc tempore: vt abundantia vestra sit ad illoꝝ inopiam. Et hoc de euangelio saluatoris: qui habet duas tunicas det alteram non habenti: ⁊ ꝓuidēdum esse: ne qđ libenter faceret: semper facere nō posset: multasq; huiusmodi: que illa mira verecundia et sermone parcissimo dissoluebat: testem inuocans dominū se pro illius nomine cuncta facere: ⁊ hoc habere votū vt mendicās ipsa moreretur: vt vnū nūmum filie non dimitteret: ⁊ in funere suo alieno syndone inuolueretur. Ad extremū inferebat. Ego si petiero multos inueniā q mihi tribuāt: mendicās: si a me non accepit: q ei possum et de alieno tribuere ⁊ mortuus fuerit: a quo aīa eiꝰ requiret? Ego cautior in re familiari esse cupiebam: si illa ardentior fide: toto saluatori aīo iungebat: ⁊ pauperē dn̄m paupꝫ spū sequebat. reddēs ei qđ acceperat: ꝓ ipso paupꝫ effecta. Deniq; consecuta est qđ optabat: ⁊ in grandi ere alieno filiam dereliquit: qđ hucusq; debēs non suis viribꝰ: sꝫ xp̄i se fidit misericordia redditurā. Solēt plereq; matronarū buccinatoribꝰ suis dona cōferre: ⁊ in paucos largitate ꝓfusa manū a ceteris retrahere: q illa animo carebat vitio. Ita enī singulis suā pecuniā diuidebat: vt singulis necessariū erat: nō ad luxuriā: sed ad necessitatē. Nemo pauperū vacuꝰ reuersus est. Qđ obtinebat: nō diuitiarū magnitudinē: sed prudentia dispensandi illud semp replicans: beati misericordes: qm̄ ipsi misericordiā cōseqn̄tur: ⁊ sicut aqua extinguit ignē: ita elemosyna extinguit pctā: ⁊ facite vobis amicos de iniq̄ mānona: q vos recipiāt in eterna tabernacla ⁊ date elemosynā: ⁊ ecce oīa mūda sunt vobis ⁊ vba Danielis regē nabuchodonosor ꝑmonētis: vt elemosynis redimeret pctā sua. Nolebat in his lapidibꝰ pecuniā effundere: q cum terra ⁊ seculo trāsituri sunt: sꝫ in viuis lapidibus q voluūtur sup terrā: de qbꝰ i apocalipsi. Johannis ciuitas regis magni extruit: quos in saphirum smaragdū ⁊ ceteras gemmas cōvertendos scriptura cōmemorat. Uerum hec

cōmunia possunt esse cum paucis: ⁊ scit diabo
lus non summo culmine virtutū posita· vnde
loquitur ad dn̄m post amissaꝫ Job substātiā:
post euer sam domū: post liberos interfectos:
coriū ꝓ corio: ⁊ omnia q̄ habuerit homo dabit
ꝓ anima sua: sed extende manū tuam ⁊ tange
ossa ⁊ carnes eiꝰ nisi in faciem benedixerit ti-
bi. Scimus plerosq̄ dedisse elemosynā: sꝫ de
ꝓprio corꝑe nihil dedisse: porrexisse egētibꝰ
manū: sed carnis voluptate supatos: dealbas-
se: ea que foris erant: ⁊ intus plenos fuisse de
ossibus mortuorum. At non Paula talis: que
tante continentie fuit: vt ꝑpe mensuram exce
deret: ⁊ debilitatem corpis nimijs ieiunijs ac
labore contraheret: que exceptis festis diebꝰ
vix oleuꝫ in cibo caperet: vt ex hoc vno estima
retur: quid de vino ⁊ liquamine ⁊ piscibꝰ ⁊ la-
cte ac melle et ouis: et reliquis que gusta sua-
uia sunt iudicarit: in quibus sumendis quidā
se abstinentissimos putant: ⁊ si his ventrē in-
gurgitauerint: totam pudicitiam suspicantur
Semp virtutes sequit̄ inuidia: feriuntq̄ sum-
mos fulgura montes. Nec mirū si hoc de hoi-
bus loquar: cum etiā dn̄s noster phariseoꝝ ze
lo sit crucifixus: ⁊ om̄s sancti emulos habue-
rint: in paradiso q̄ serpēs fuerit: cuiꝰ inuidia
mors introiuit in orbem terrarū. Suscitaue-
rat ei dn̄s adam qui eaꝫ colaphizaret: ne se ex
tolleret: ⁊ quasi quodā stimulo carnis sepius
admonebat: ne magnitudine virtutum altius
saperet: aliarūq̄ꝫ vitijs feminaruꝫ: se in excel-
so crederet constitutā. Ego aiebā: liuori eē ce
dendum: ⁊ dandum insanie locum: qđ fecisset
iacob in fratre suo Esau: ⁊ Dauid in pertina-
cissime inimicoꝝ Saul: quoꝝ alter in mesopo
tamiam fugerit: alter se alophilis tradiderit:
malens hostibus q̄ inuidis subiacere. At illa
iuste respōdebat hoc dicens. Si diabolus cō-
tra seruos dei ancillas: non vbiq̄ pugnaret: ⁊
ad oīa loca fugientes p̄cederet: si nō sanctorū
locorum amore retinerer ⁊ bethleeꝫ meam in
altera reperire possem parte terrarū. Cur enī
non patientia liuores superem? Cur non hu-
militate frangā supbiam: ⁊ percutienti maxil
lam alterā nō offerā: dicente aplō Paulo: vin
cite in bono malum. Nonne apostoli gloriabā
tur: qꝛ pro dn̄o sunt passi contumeliam? Nō-
ne ipse saluator humiliauit se formā serui ac-
cipiens factus obediens patri vsq̄ꝫ ad mortē
mortem aūt crucis: vt nos sua possessione sal-
uaret? Job nisi certasset ⁊ vicisset in ꝑlio: non
accepisset coronā iustitie: nec audiuisset a do-
mino: putasne me tibi aliter locutū q̄ vt appa
reres iustus? Beati dicuntur in euangelio: q̄
persecutionem patiunt̄ ꝑpter iustitiā. Secu
ra sit conscientia q̄ non ꝑpter peccata patia-
mur: ⁊ afflictio in seculo materia p̄mioruꝫ est
Si quando prouocatior fuisset inimicus: ⁊ vsq̄ꝫ
ad verboꝝ iurgia ꝓsilisset: illud psalterij decā
tabat. Cum consisteret peccator aduersuꝫ me
obmutui et silui a bonis. Et rursum. Ego enī
quasi surdus nō audiebam: ⁊ quasi mutus nō
aperiens os suū: ⁊ factus sum quasi homo nō
audiens: nec habens in ore suo increpatiōes.
In temptationibꝰ vero deuteronomij verba
voluebat. Temptat vos deus vester: vt sciat si
diligitis dn̄m deū vestrū et toto corde vestro:
⁊ ex tota anima vestra. In tribulationibus et
angustijs Esaie replicabat eloquia. Qui abla
ctati estis a lacte: qui abstracti ab vbere: tribu
lationē super tribulationē expectare: speꝫ su-
per spem: adhuc pusillum ꝑpter malitiam la-
bioꝝ: ꝑpter linguā malignā. Et scripture te-
stimoniū in consolationeꝫ suā differebat abla
ctatorum esse: ⁊ eoꝝ qui ad virilem etateꝫ per
uenissent: tribulationē super tribulationē su-
stinere: vt spem super spem mererent̄ accipe-
re: scientes quoniā tribulatio patientiā opera
tur: patientia ꝓbationem: ꝓbatio spem: spes
auteꝫ non confundit: ⁊ q̄ si is qui foris est no
ster homo corrumpit̄: ille qui intus est inno-
uetur: ⁊ impresentiarū momentaneum ⁊ leue
tribulatōis nostre: eterne glorie pondus ope
retur in nobis: non aspicientibus que viden-
tur: sed que non videntur. Que enim vident̄:
temporalia sunt: que autem non videntur eter
na. Nec longuꝫ fore tempus etiam si humane
impatientie tardum esse videatur: q̄n dei sta-
tim sequatur auxilium dicentis. Tempore op
portuno exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatꝰ
sum tui. Nec dolosa labia ⁊ linguas iniquorū
esse metuēdas: tm̄ dn̄o adiutore letemur: ⁊ ip-
sum audire debeamꝰ monentē: p patientiā ve
strā possidebit̄ aīas vr̄as: ⁊ nō sunt cōdigne
passiōes huiꝰ tpis ad futurā gl̄iaꝫ q̄ reuelabit̄
in nob. Et alibi. Patiēter agamꝰ in oībꝰ q̄ ac-
cidūt nob. Patiens enī vir multus prudentia:
qui enī pusillanimis est vehementer insipiēs
est. Item in laboribꝰ ⁊ crebra infirmitate dice
bat. Quando infirmor: tunc fortior sum: ⁊ ha-
bemus thesaurū istuꝫ in vasis fictilibꝰ: donec
mortale hoc induat immortalitatem: et corru
ptiuū hoc vestiat incorruptionem. Et iterū: si
cut abūdāt passiones xp̄i in nob: ita per xp̄m

abundat consolatio. Ac deinde vt socij passionum estis: ita ꝛ consolatõis eritis. In merore cantabat. Quare tristis es aĩa mea: ꝛ quare cõturbas me. Spera in deo qm̄ adhuc cõfitebor illi salutare vultus mei ꝛ deus meus. In periculis loquebat̄. Qui vult venire post me: abneget semetipꝫ ꝛ tollat crucē suã q̄tidie: ꝛ sequatur me. Et iterũ q̄ voluerit aĩam suã saluaꝫ facere: perdet eam: ꝛ qui perdiderit aĩam suam ꝓpter me saluã eam faciet. Quãdo dispendia rei familiaris ꝛ auersio totius patrimonij nũciabatur: aiebat. Quid em̄ ꝓdest homini si totum mundũ lucrifecerit: ꝛ aĩam suã dãnuꝫ habuerit? Aut quam dabit homo cõmutationeꝫ pro anima sua? Nudus exiui de vtero matris mee: nudus ꝛ redeam. Sicut placuit dño ita factum est: sit nomē dñi benedictuꝫ. Et illud. Nolite diligere mundũ: neq̄ ea que in mũdo sunt: qm̄ omne qḋ in mundo est desideriũ carnis est: ꝛ concupiscentia oculoꝝ ꝛ superbia vite hui⁹: que non est ex patre: sed de mundo est ꝛ mũdus transibit ꝛ concupiscentia ei⁹. Scio enim scriptas infirmitates grauissimas liberoꝝ: ꝛ maxime toxotij sui quē plurimũ diligebat: cũq̄ illud virtute complesset: turbata sum ꝛ nõ suꝫ locuta: in hec verba prorupit. Qui amat filium aut filiam super me: non est me dign⁹. Et orãs ad dñm loquebat̄: posside filios mortificatorum: qui ꝓ te quotidie mortificãt corpora sua. Noui susurrationē quendã: qḋ gen⁹ hoĩm vel puiciosuꝫ est: q̄si beniuoluꝫ nũciasset: q̄ ꝓ nimio feruore virtutũ q̄busdã videret̄ insana: ꝛ cerebrũ illi⁹ diceret cõfouendũ. Cui illa r̃ndit. Theatrũ facti sum⁹ mũdo: ꝛ angelis ꝛ hoĩb⁹. Nos stulti ꝓpter x̄pm̄: sed stultũ dei sapienti⁹ est hoĩb⁹. Vñ ꝛ saluator loquitur ad patrem: tu scis insipientiã meã: quē in euangelio ꝛ ꝓpinqui quasi mentis impotē ligare cupiebant: ꝛ aduersarij sugillabant dicentes: demoniũ hꝫ ꝛ samaritan⁹ est: ꝛ in beelzebub p̄ncipe demonioꝝ eijcit demonia. Sed nos audiamus apl'm cohortanteꝫ. hec est gloria nostra testimoniũ consciētie nostre: qm̄ in sanctitate ꝛ sinceritate ꝛ gratia dei conuersati sumus in hoc mundo: ꝛ dñm dicentem ad aplos. Ideo mundus vos odit: q: non estis de mundo. Si em̄ essetis de mundo: amaret vtiq̄ mundus qḋ suũ erat. Et ad ipsum dñm verba vertebat dicens. Tu nosti cordis abscondita: ꝛ hec oĩa venerunt sup nos: ꝛ non sumus obliti tui: nec inique egim⁹ in testamentũ tuũ: nec auersum est retrorsum cor nostrũ. Et ꝓpter te mortificamur tota die: ꝛ reputati sumus vt oues occisionis: sed dñs auxiliator meus: non timebo quid faciat mihi homo. Legi em̄. Fili honora dñm ꝛ confortaberis: ꝛ extra deum nullũ metueris. His ꝛ talibus testimonijs quasi armatura x̄pi: ꝛ aduersus quidē omnia vitia: sed p̄cipue instruebat se contra inuidiã seuienteꝫ: ꝛ patiēdo iniurias furorē rabidi pectoris mitigabat. Denicq̄ vsq̄ ad diem mortis ꝛ hui⁹ patientia ꝛ alioꝝ zelus omnibus patuit: qui innũ rodit auctorem: ꝛ dum emuluꝫ ledere nititur: in semetipm̄ proprio furore bacchatur. ¶ Dicã ꝛ de ordine monasterij: quõ sanctoꝝ continentiam in suum conuerteret lucrũ. Seminabat carnalia: vt meteret spũalia: dabat terrena: vt celestia tolleret: predia concedebat vt pro his eterna mutaret. Post viroꝝ monasterium qḋ viris tradiderat gubernãdũ: plures virgines quas e diuersis ꝓuĩcijs cõgregarat: tam nobiles q̄ medij ꝛ infimi generis in tres turmas monachoꝝ diuisit ita dũtaxat: vt in ope ꝛ cibo separate: i psalmis ꝛ orõnib⁹ iũgerent̄. Post alla cantatũ quo signo vocabant̄ ad collectam nulli residere licitũ erat: sꝫ p̄ma vl' iter p̄mas veniens: ceteras opiebat̄: pudore ꝛ exẽplo ad laborem eas ꝓuocãs nõ terrore. Mane hora tertia: sexta: nona: vespera: noctis media: p ordineꝫ psalteriũ canebat: nec licebat cuiq̄ sororũ psalmos: necnõ de scripturis sanctis aliq̄d quotidie discere. Die tñ dñico ad eccl'iam ꝓcedebãt: ex cui⁹ habitabãt latere: ꝛ vnũq̄dq̄ agmen matrē ꝓpriam sequebatur. Atq̄ inde pariter reuertentes: instabãt operi distributo: ꝛ vel sibi: vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis: non permittebatur nec ḋ domo sua habere comitem: ne veterum actuum memor: ꝛ lasciuientis infantia errorem fabricaret antiquum: ꝛ crebra confabulatione renouaret. Vn⁹ omnium habitus: lintheamine ad tergendas solum manus vtebantur. A viris tanta separatio vt a spadonib⁹ q̄ eas se iungerat: ne vllã daret occasione lingue maledice: q̄ sanctos carpere solita est in solatiũ delinquendi. Si qua vero vel tardior erat: vel non inueniebat̄ ad psalmos: ꝛ in ope pigrior: varijs eã modis aggrediebat̄. Si erat iracũda blanditijs: si patiens in correptiõe: illud apl'i imitans. Quid vultis in virga veniam ad vos an in spiritu lenitatis et mansuetudinis? Excepto victu atq̄ vestitu nullam habere quid rei patiebatur: dicente Paulo. Habentes victuꝫ ꝛ vestitũ his contẽti sum⁹: ne consuetudi

ne plus hn̄di preberet locū auaritie: que nullis explẽtur opibus: ⁊ quanto plus habuerit: plus requirit: ⁊ neq̧ copia neq̧ inopia minuitur. Jurgantes inter se sermone blandissimo federabat. lasciuiētē adolescentularū carnem: crebris ac duplicatis frangebat ieiunijs: malens eas stomachū dolere q̄ mentē. Si vidisset aliquā cōptiorē contractione frontis: ⁊ vultus tristitia arguebat errantē: dicens munditiā: ⁊ turpe verbū atq̧ lasciuū nūq̄ virgineo ore ꝓferendū: q̄bus signis libidinosus aīm⁹ ostendit̄: ⁊ p exteriorē hominē interioris hominis vitia demonstrant̄. Quā linguosā ⁊ garrulā ⁊ ꝓacē risu ritisq̧ ꝑsperetat delectari et sepius cōmonitā nolle conuerti: inter vltimas ⁊ extra cōuētū sororū ad fores triclinij orare faciebat: ⁊ separatim cibū carere: vt quā obiurgatio nō correxerat: pudor emēdaret. Furtū q̄si sacrilegium detestabat̄: ⁊ qḋ inter secularis hoīes vel leue putatur vel nihil: hoc in monasterijs grauissimū dicebat esse delictū. Quid memorē clementiā ⁊ sedulitatē in egrotātes quos miris obsequijs ⁊ ministerijs ꝓfouebat Cūq̧ alijs languentibus large preberet oīa: et esuz q̄ exhiberet carniū: si q̄n ipsa egrotassz sibi nō indulgebat: ⁊ in eo inequalis videbat̄ q̄ in alijs clementiā in se duritiā cōmutabat. Nulla iuuenū puellarū sano ⁊ vegeto corpore tante se dederat continentie: quāte ip̄a fracto et senili debilitatoq̧ corpusculo. Fateor i hac re pertinacior fuit: vt sibi non pceret: vt nulli crederet admonenti. Referā qḋ expertus sum. Mense iulio feruentissimis estibus: incidit in ardorē febris: ⁊ post desperatōez cū dei misericordia respirasset: ⁊ medici suaderēt ob refectionē corpori ⁊ vino opus esse tenui ac puo: ne aquā bibens in hydropen verteretur: ⁊ ego clā beatum papam epiphaniū rogarem: vt eā moneret: imo cōpelleret viuū bibere: vt erat prudens ⁊ solertis ingenij: statī sensit insidias: ⁊ subridēs meū esse quod ille diceret intimauit. Quid plura? Cum beatus pontifer post multa hortamēta exisset foras: querenti mihi quid egisset: respōdit. Tantum ꝓfeci vt seni hoī pene suaserit ne vinū bibā. hec refero nō qḋ inconsiderāter ⁊ vltra vires sumpta onera ꝓbē: monēte scriptura. Sup te on⁹ ne leuaueris: sed qḋ mētis ei⁹ feruorē ⁊ desideriū fidelis aīe: et hac q̄ ꝓbare velim perseuerantia dicētis. Sitiuit in te aīa mea: q̄ multipliciter tibi ⁊ caro mea. Difficile est modum tenere in oībus. Et vere iuxta philosophorū sententiā. mesotes: aretes: yperbolai. kakilim quod nos breui sententiola exprimere possumus: ne quid nimis. Que in cōtēptu ciborum tātā habebat ptinaciā: in luctu mitis erat et suorū moribus frāgebat̄ marie liberorū. Nā in viri ⁊ filiorū dormitiōe semp piclitata est: ⁊ cū os stomachūq̧ signaret: ⁊ matris dolorē crucis niteretur impressiōe linire supabatur affectu: ⁊ credulā mētē parētis viscera consternabant: aīoq̧ vincens fragilitate corporis vincebat̄. Quā semel langor arripiens longo tpe possidebat: vt ⁊ nobis inq̄etudinē ⁊ sibi discrimē afferret. In quo illa letabatur p momenta cōmemorans: miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? Dicat prudens lector: p laudib⁹ me vituperationem scribere. Testor iesū: cui ⁊ illa seruiuit: ⁊ ego seruire cupio: me in vtrāq̧ ptē nihil fingere: s; quasi xp̄ianū de xp̄iana q̄ sunt vera ꝓferre: id est hystoriā scribere: nō panigericū: ⁊ illius vitia aliorū eē virtutes. Uitia loquor scdm aīm meū: ⁊ oīm fratrū ac sororū desideriū: q̄ illā diligimus ⁊ absentē quer im⁹: ceterū illa impleuit cursū suū: fideq̧ seruauit: ⁊ nunc fruit̄ corona iustitie: ita ⁊ vidim⁹ in ciuitate dn̄i virtutū in ciuitate dei nostri. O beata rerū cōmutatio. Fleuit vt semp rideret: despexit lacus cōtritos: vt fontē dn̄i reperiret. Uestita est cilitio: vt nunc albis vestib⁹ vteret̄ ⁊ diceret. ¶ Scidisti saccū meū: ⁊ induisti me letitia. Cinerez sicut panē manducauit: ⁊ potionē suā cū fletu miscebat: dicēs. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: vt in eternū pane angelorū vesceretur ⁊ caneret. Gustate ⁊ videte q̄m suauis est dn̄s: ⁊ eructauit cor meū verbū bonū dico ego opera mea regi: ⁊ Esaie: imo dn̄i per Esaiā in se cerneret verba cōpleri. Ecce q̄ seruiunt mihi manducabunt: vos aūt esurietis: ecce serui mei bibunt: vos aūt sitietis: ecce qui seruiūt mihi letabuntur: vos aūt cōfundemini: ecce q̄ seruiūt mihi exultabūt in gaudio: vos aūt clamabitis ob dolorē cordis: ⁊ ꝓpter contritionē spūs vlulabitis. Dixerā lac⁹ eā semper fugisse cōtritos: vt fontē dn̄i reperiret: vt posset leta cantare sicut desiderat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa mea ad te deus: q̄n veniam ⁊ apparebo ān faciem dei mei? ¶ Tangā ergo breuiter quō hereticorū cenosos deuitauerit lacus: ⁊ hos instar habuerit ethnicorū. Quidam veterator calidus atq̧ vt sibi videbatur: doctus ac sciolus: me nesciente cepit et proponere questiones et dice

re. Quid peccauit infans vt a demone corri-
piatur? In qua etate resurrecturi sum⁹ in ipa
qua morimur? Ergo nutricibus opus erit. Si
in altera nequaquam erit resurrectio mortuorum
sed transformatio in alios. Diuersitas quoque
sexus maris ac femine: erit an nō erit? si erit
sequetur et nuptie et concubitus et generatio.
Si non erit: sublata diuersitate sexus: eadem
corpora non resurgunt: aggrauat enim terrena
habitatio sensum multa cogitantem: sed te-
nua et spiritalia dicente apostolo: seminatur
corpus animale et resurget corpus spiritua-
le. Ex quibus omnibus probare cupiebat
rationales creaturas ob quedam vitia: et an
tiqua peccata in corpora esse dilapsas et pro
diuersitate ac meritis peccatorum tali vel tali
conditione generari: vt vel corporum sanita-
te gauderent et parentū diuitijs ac nobilitate
vel in morbidas carnes et domos inopum ve-
nientes: penas pristinorum luerent delictorum:
et presenti seculo atque corporibus quasi carce
re clauderentur: Quod cū audisset et ad me retu
lisset: indicās hoiem mihi que incubuisset neces
sitas: nequissime vipere ac mortifere bestie resi
stendi: de quibus psalmista pmemorat dicēs: ne
tradas bestijs aias confitentes tibi. Et increpa
dn̄e bestias calami: q̄ scribētes iniquitatem: lo
quūtur cōtra dn̄m mendaciū: et releuant in ex-
celsum os suū: cōueni hoiem et orōnib⁹ ei⁹ quā
decipere nitebatur: breui interrogatione con
clusi: vtrū crederet futurā resurrectionē mor-
tuorum an nō? Qui cū credere se respōdisset: in-
tuli. Eadem resurgent corpora: an altera? Cū
que dixisset eadē sciscitatus sum. In eodē sexu
an altero? Ad interrogata reticenti: et instar
colubri huc atque illuc transferenti caput ne fe
riretur: quia inquā tacēs: ego mihi pro te rn̄de
bo et consequētia inferam. Si nō resurget mu
lier vt mulier: neque masculus vt masculus non
erit resurrectio mortuorum: quia sexus mēbra non
fuerint: vbi erit resurrectio mortuorum: q̄ sine
sexu non cōstat et mēbris? Porro si corporum
non erit resurrectio: nequaquam erit resurrectio
mortuorum. Sed et illud qd̄ nuptijs obijcis. Si
eadem mēbra fuerint sequi nuptias: a saluato
re dissoluitur. Erratis: nescientes scripturas
neque virtutē dei. In resurrectione enim mortuo
rū neque nubent neque nubentur: sed erunt simi
les angelis. Ubi dicitur nō nubēt neque nubē-
tur: sexum diuersitas demōstratur. Nemo enim
de ligno et lapide dicit: non nubent neque nubē
tur: que naturam nubendi non habent: sed de

bis que possūt nubere: et christi gratia ac vir
tute non nubunt. Quod si opposueris: quomodo
erimus similes angelis: cum inter angelos nō
sit masculus nec femina: breuiter asculta. Nō
substantiā nobis angelorum: sed conuersationem
et beatitudinem repromittit: quomodo et Jo
annes baptista antequam decollaretur angel⁹ ap-
pellatus est: et oēs sancti ac virgines dei etiam
in isto seculo vitam in se exprimūt angelorum.
Quando enim dicitur eritis similes angelis:
similitudo promittitur: non natura mutatur.
Simulque responde. Quomodo illud interpre
teris quod thomas domini resurgētis palpa-
uerit manus et viderit latus lancea vulnera-
tum: et petrus in littore dominū stantē conspe
xit: et fauū mellis ac partē assi piscis comeden
tem? Qui stabat habebat profecto pedes: qui
monstrauit latus vulneratū: vtique et ventrem
et pectus habuit: sine quibus non sunt latera
ventri et pectori coherentia. Qui locutus est:
lingua et palato ac dentibus loquebatur. Si-
cut enim plectrum chordis: ita et lingua illidit
dentibus: et vocalē reddit sonū. Cuius palpa-
te sunt manus: consequenter et brachia habuit
Cum igitur oīa membra habuisse dicatur: ne
cesse est vt totum corpus habuerit: quod con-
ficitur ex mēbris non vtique femineū sed viri-
le. i. eiusdem sexus in quo mortuū est. ¶ Qd̄ si
obtenderis. ergo et nos post resurrectionē co-
medemus: et quomodo clausis ingressus ē ia
nuis contra naturam pinguium et solidorum cor
porum audies. Noli propter cibum resurrecti
onis fidem in calumniā trahere. Nam et archi
synagogi filie suscitate iussit iesus cibum dari
et lazarus quadriduanus mortuum cum ipso
scribitur inisse conuiuiū: ne resurrectio eorum
fantasma putaretur. Sin autem quia clausis
ingressus est ianuis: et iccirco spiritale et ethe
reum corpus niteris approbare: ergo et antequam
pateretur: quia contra naturam grauium cor-
porum super mare ambulauit: et spiritale cor-
pus habuit: et apostolus petrus qui et ipse sup
aquas pēdulo incessit gradu: spiritale corpus
habuisse credendus est: cū potentia magis et
virtus ostendatur dei: quando fit aliquid con
tra naturam. Et vt scias in signorum magnitu
dine non nature mutationē: sed dei omnipotē-
tiam demonstrare: qui ambulat: cepit infideli
tate mergi: nisi eum manus domini subleuas-
set dicētis: quare dubitasti modice fidei? Mi
ror autem te obdurare frontem loquente dn̄o
infer digitum tuum huc et tange man⁹ meas:

et porrige manū tuam et mitte in latus meuȝ: et noli esse incredulus sed fidelis. Et alibi. Videte manus meas ⁊ pedes meos: q2 ego ip se sum. Palpate ⁊ videte: q2 spūs carnē ⁊ ossa nō habet: sicut me videtis habere. Et cuȝ hoc dixisset: ostēdit eis manus ⁊ pedes. Ossa au dis ⁊ carneȝ ⁊ pedes ⁊ manus: ⁊ globos mihi stoycorū: atq3 aeria quedā delíramēta confin gis. ¶ Porro si queris cur infans a demōe cor ripiatur: qui peccata nō habuit: aut in qua eta te resurrecturi sum⁹ cū diuersa moriamur in grate suscipies. Judicia tua abyssus multa et profunda altitudo diuitiarū sapientie ⁊ scien tie dei: q̄ inscrutabilia testimonia eius ⁊ inue stigabiles vie eius. Quis em̄ cognouit sensuȝ dn̄i: aut quis consiliarius eius fuit? Etatū au tē diuersitas nō mutat corporū varietatē. Cū em̄ corpa nostra quotidie fluant: ⁊ aut crescāt aut decrescant. ergo tot erimus homies quot quotidie cōmutamini. Aut alius fui cū deceȝ annorū essem: alius cū quinquaginta: alius cū iam toto cano capite sum. Igitur iuxta eccl'ia rū traditiones ⁊ apostoluȝ paulū illud ē respō dendū qd̄ in virū pfectuȝ ⁊ in mensurā pleni tudinis xp̄i resurrecturi sumus: in qua etate et adā cōditū iudei autumāt: ⁊ dn̄m saluatorē legimus resurrexisse: ⁊ multa alia q̄ de vtroq3 testamēto in suffocatione heretici protuli. Ex quo die ita cepit hoīeȝ detestari: ⁊ oēs q̄ eiusd̄ dogmatis erāt: vt eos voce publica hostes dn̄i proclamaret. Hec dixi. nō vt breuiter hereſiȝ confutarē: cui multis voluminibus rn̄dendū est: sed vt fidē tante femine ostēderē: que ma luit inimicitias hoīm subire ppetuas: q̄ de of fensaȝ amicitijs notijs puocare. Dicam ergo vt ceperā nihil igenio eius docilius fuit: tar da erat ad loquendū: ⁊ velox ad audiendū: me mor illius pcepti: audi israel ⁊ tace. Scriptu ras sanctas tenebat memoriter: ⁊ cuȝ amaret historiā: ⁊ illud veritatis diceret fundamētū: magis sequebat̄ intelligentiā spūalem: ⁊ hoc culmine edificationē aīe protegebat. Deniq3 cōpulit me vt vetus ⁊ nouū testamentū: cuȝ fi lia me discerētē plegerem. Qd̄ ppter verecun diā negās: ppter assiduitatē ⁊ crebres ei⁹ po stulationes p̄stiti: vt docerē quod didicerem: a memetipso pceptore: sed ab illustris eccl'ie viris. Sicubi hesitabam ⁊ nescire me igenue cōfitebar: neq̄q̄ volebat mihi acquiescere: ſȝ iugi interrogatione cogebat: vt e multis va rijsq3 sententijs: que mihi viderētur probabi liora iudicarem. Loquar et aliud: quod forsi

pora sua. Noui susurrationẽ quendã: qd̓ gen᷒
hoĩm vel pniciosum est: q̃si beniuolum nũcias-
se: ꝙ ꝑ nimio feruore virtutũ q̃busdã videret᷑
insana: ⁊ cerebrũ illi᷒ dicerẽt cõfouẽdũ: Cui il
la rñdit. Theatrũ facti sum᷒ mũdo: ⁊ angelis
⁊ hoĩb᷒ Nos stulti ꝓpter xp̃m: sed stultũ dei sa
pienti᷒ est hoĩb᷒. Vñ ⁊ saluator loquitur ad pa
trem: tu scis insipientiã meã: quẽ in euange-
lio ⁊ ꝓpinqui quasi mentis impotẽ ligare cu-
piebant: ⁊ aduersarij sugillabant dicentes: de
moniũ hꝫ ⁊ samaritan᷒ est: ⁊ in beelzebub pn̄-
cipe demonioꝝ eijcit demonia. Sed nos audi
amus apl̓m cohortantem. hec est gloria nostra
testimoniũ consciẽtie nostre: qm̃ in sanctitate
⁊ sinceritate ⁊ gratia dei conuersati sumus in
hoc mundo: ⁊ dñm dicentem ad apl̓os. Ideo
mundus vos odit: q: non estis de mundo. Si
enĩ essetis de mundo: amaret vtiqꝫ mundus
qd̓ suũ erat. Et ad ipsum dñm verba vertebat
dicens. Tu nosti cordis abscondita: ⁊ hec oĩa
venerunt sup nos: ⁊ non sumus obliti tui: nec
inique egim᷒ in testamentũ tuũ: nec auersum
est retrorsum cor nostrũ. Et ꝓpter te mortifi-
camur tota die: ⁊ reputati sumus vt oues occi
sionis: sed dñs antiliator meus: non timebo
quid faciat mihi homo. Legi enĩ. Fili honora
dñm ⁊ confortaberis: ⁊ extra deum nullũ me-
tueris. His ⁊ talibus testimonijs quasi arma-
tura xp̃i: ⁊ aduersus quidẽ omnia vitia: sed p̃
cipue instruebat se contra inuidiã sequentem:
⁊ patiẽdo iniurias furorẽ rabidi pectoris mi-
tigabat. Deniqꝫ vsqꝫ ad diem mortis ⁊ hui᷒ pa
tientia ⁊ alioꝝ zelus omnibus patuit: qui suũ
rodit auctorem: ⁊ dum emulum ledere nititur:
in semetipm̃ proprio furore bachatur. ¶ Dicã
⁊ de ordine monasterij: quõ sanctoꝝ continen
tiam in suum conuerteret lucrũ. Seminabat
carnalia: vt meteret spũalia: dabat terrena: vt
celestia tolleret: predia concedebat vt pro his
eterna mutaret. Post viroꝝ monasterium qd̓
viris tradiderat gubernãdũ: plures virgines
quas e diuersis ꝓuincijs cõgregarat: tam nobi-
les q̃ medij ⁊ infimi generis in tres turmas
monachoꝝ diuisit ita dũtaxat: vt in ope ⁊ cibo
separate: i psalmis ⁊ orõnib᷒ iũgerent᷑. Post
alla cantatũ quo signo vocabant᷑ ad collectam
nulli residere licitũ erat: sꝫ ꝑma vl̓ iter ꝑmas
veniens: ceteras opiebat᷑: pudore ⁊ exẽplo ad
laborem eas ꝓuocãs nõ terrore. Mane hora
tertia: sexta: nona: vespera: noctis media: p or
dinem psalteriũ canebat: nec licebat cuiq̃ soro
rũ psalmos: necnõ de scripturis sanctis aliq̃d
quotidie discere. Die tñ dñico ad ecclĩam ꝓce
debãt: ex cui᷒ habitabãt latere: ⁊ vnũquodqꝫ ag-
men matrẽ ꝓpriam sequebatur. Atqꝫ inde pa
riter reuertentes: instabãt operi distributo: ⁊
vel sibi: vel ceteris indumenta faciebant. Si
qua erat nobilis: non permittebatur nec ď do
mo sua habere comitem: ne veterum actuum
memor: ⁊ lasciuientis infantia errorem fabri
caret antiquum: ⁊ crebra confabulatione re-
nouaret. Vn᷒ omnium habitus: lintheamine
ad tergendas solum manus vtebantur. A vi-
ris tanta separatio vt a spadonib᷒ q̃ eas se iun-
gerat: ne vllã daret occasione lingue maledi-
ce: q̃ sanctos carpere solita est in solatiũ delin
quendi. Si qua vero vel tardior erat: vel non
inueniebat᷑ ad psalmos: ⁊ in ope pigrior: va-
rijs eã modis aggrediebat᷑. Si erat iracũda
blanditijs: si patiens in correptiõe: illud apl̓i
imitans. Quid vultis in virga veniam ad vos
an in spiritu lenitatis et mansuetudinis? Ex-
cepto victu atqꝫ vestitu nullam habere quid
rei patiebatur: dicente Paulo. Habentes vi-
ctum ⁊ vestitũ his contẽti sum᷒: ne consuetudi

ne plus bndi preberet locu auaritie: que nullis expletur opibus: et quanto plus habuerit: plus requirit: et neque copia neque inopia minuitur. Jurgantes inter se sermone blandissimo federabat. lasciuientem adolescentularum carnem: crebris ac duplicatis frangebat ieiunijs: malens eas stomachum dolere quam mentem. Si vidisset aliquam comptiorem contractione frontis: et vultus tristitia arguebat errantem: dicens munditiam: et turpe verbum atque lasciuum numquam virgineo ore proferendum: quibus signis libidinosus animus ostenditur: et per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonstrantur. Quam linguosam et garrulam et procacem risu ritisque perspexerat delectari et sepius commonitam nolle conuerti: inter vltimas et extra conuentum sororum ad fores triclinij orare faciebat: et separatim cibum carere: vt quam ob iurgatio non correxerat: pudor emendaret. Furtum quasi sacrilegium detestabatur: et quod inter seculi homines vel leue putatur vel nihil: hoc in monasterijs grauissimum dicebat esse delictum. Quid memorem clementiam et sedulitatem in egrotantes quos miris obsequijs et ministerijs confouebat. Cumque alijs languentibus large preberet omnia: et esum quoque exhiberet carnium: si quando ipsa egrotasset sibi non indulgebat: et in eo inequalis videbatur quod in alijs clementiam in se duritiam commutabat. Nulla iuuenum puellarum sano et vegeto corpore tante se dederat continentie: quante ipsa fracto et senili debilitatoque corpusculo. Fateor in hac re pertinacior fuit: vt sibi non parceret: vt nulli crederet admonenti. Referam quod expertus sum. Mense iulio feruentissimis estibus: incidit in ardorem febris: et post desperationem cum dei misericordia respirasset: et medici suaderent ob refectionem corporis et vino opus esse tenui ac paruo: ne aquam bibens in hydropem verteretur: et ego clam beatum papam epiphanium rogarem: vt eam moneret: imo compelleret vinum bibere: vt erat prudens et solertis ingenij: statim sensit insidias: et subridens meum esse quod ille diceret intimauit. Quid plura? Cum beatus pontifex post multa hortamenta exisset foras: querenti mihi quid egisset: respondit. Tantum profeci vt seni homini pene suaserit ne vinum bibam. hec refero non quod inconsiderater et vltra vires sumpta onera probem: monente scriptura. Super te onus ne leuaueris: sed quod mentis eius feruorem et desiderium fidelis anime: et hac quoque probare velim perseuerantia dicentis. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi et caro mea. Difficile est modum tenere in omnibus. Et vere iuxta philosophorum sententiam. mesotes: aretes: yperbolai. kakilim quod nos breui sententiola exprimere possumus: ne quid nimis. Que in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciam: in luctu mitis erat et suorum moribus frangebatur mariti liberorum. Nam in viri et filiorum dormitione semper periclitata est: et cum os stomachumque signaret: et matris dolorem crucis niteretur impressione lenire superabatur affectu: et credulam mentem parentis viscera consternabant: animoque vincens fragilitate corporis vincebatur. Quod semel languor arripiens longo tempore possidebat: vt et nobis inquetudinem et sibi discrimen afferret. In quo illa letabatur per momenta commemorans: miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector pro laudibus me vituperationem scribere. Testor iesum: cui et illa seruiuit: et ego seruire cupio: me in vtramque partem nihil fingere: sed quasi christianum de christiana que sunt vera proferre: idem hystoriam scribere: non panigericum: et illius vitia aliorum esse virtutes. Vitia loquor secundum animum meum: et omnium fratrum ac sororum desiderium: qui illam diligimus et absentem querimus: ceterum illa impleuit cursum suum: fidemque seruauit: et nunc fruitur corona iustitie: ita et vidimus in ciuitate domini virtutum in ciuitate dei nostri. O beata rerum commutatio. Fleuit vt semper rideret: despexit lacus contritos: vt fontem domini reperiret. Vestita est cilitio: vt nunc albis vestibus vteretur et diceret. ¶ Scidisti saccum meum: et induisti me letitia. Cinerem sicut panem manducauit: et potionem suam cum fletu miscebat: dicens. Fuerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte: vt in eternum pane angelorum vesceretur et caneret. Gustate et videte quoniam suauis est dominus: et eructauit cor meum verbum bonum dico ego opera mea regi: et Esaie: imo domini per Esaiam in se cerneret verba compleri. Ecce qui seruiunt mihi manducabunt: vos autem esurietis: ecce serui mei bibunt: vos autem sitietis: ecce qui seruiunt mihi letabuntur: vos autem confundemini: ecce qui seruiunt mihi exultabunt in gaudio: vos autem clamabitis ob dolorem cordis: et propter contritionem spiritus vlulabitis. Dixeram lacus eam semper fugisse contritos: vt fontem domini reperiret: vt posset leta cantare sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei? ¶ Tangam ergo breuiter quomodo hereticorum cenosos deuitauerit lacus: et hos instar habuerit ethnicorum. Quidam veterator callidus atque vt sibi videbatur: doctus ac sciolus: me nesciente cepit et proponere questiones et dice

re. Quid peccauit infans vt a demone corri- pietur? In qua etate resurrecturi sum⁹ in ipa qua morimur? Ergo nutricibus opus erit. Si in altera nequaq̄ erit resurrectio mortuorum sed transformatio in alios. Diuersitas quoq̨ sexus moris ac femine: erit an nō erit? si erit sequetur et nuptie ꝛ concubitus ꝛ generatio. Si non erit: sublata diuersitate sexus: eadem corpora non resurgunt: aggrauat em̄ terrena habitatio sensum multa cogitantem: sed te- nua et spiritalia dicente apostolo: seminatur corpus animale et resurget corpus spiritua- le. Ex quibus omnibus probare cupiebat rationales creaturas ob quedam vitia: et an tiqua peccata in corpora esse dilapsas et pro diuersitate ac meritis peccatorum tali vel tali conditione generari: vt vel corporum sanita- te gauderent et parentū diuitijs ac nobilitate vel in morbidas carnes ꝛ domos inopum ve- nientes: penas pristinorum luerent delictoꝝ: et presenti seculo atq̨ corporibus quasi carce re clauderent: Quod cū audisset ꝛ ad me retu lisset: indicās hōiem nubiq̨ icubuisset neces sitas: neq̄ssime vipere ac mortifere bestie resi stendi: de q̄bus psalmista ꝓmemorat dicēs: ne tradas bestijs aīas confitentes tibi. Et icrepa dn̄e bestias calami: q̄ scribētes iniquitatez: lo quūtur cōtra dn̄m mendaciū: ꝛ releuant in ex- celsum os suū: cōueni hoīez ꝛ orōnib⁹ ei⁹ quā decipere nitebatur: breui interrogatione con clusi: vtrū crederet futurā resurrectionē mor- tuoꝝ an nō? Qui cū credere se respōdisset: in- tuli. Eadem resurgent corpora: an altera? Cū q̨ dixisset eadē sciscitatus sum. In eodē sexu an altero? Ad interrogata reticenti: ꝛ instar colubri huc atq̨ illuc transferenti caput ne fe riretur: q: inq̄ā tacēs: ego mihi pro te rn̄de bo ꝛ consequētia inferam. Si nō resurget mu lier vt mulier: neq̨ masculus vt masculus non erit resurrectio mortuoꝝ: q: sexus mēbra non fuerint: vbi erit resurrectio mortuoruz: q̄ sine sexu non cōstat ꝛ mēbris? Porro si corporum non erit resurrectio: nequaq̄ erit resurrectio mortuoꝝ. Sed ꝛ illud qd̄ nuptijs obijcis. Si eadem mēbra fuerint sequi nuptias: a saluato re dissoluitur. Erratis: nescientes scripturas neq̨ virtutē dei. In resurrectione em̄ mortuo rū neq̨ nubent neq̨ nubentur: sed erunt simi les angelis. Ubi dicitur nō nubēt neq̨ nubē- tur: sexum diuersitas demōstratur. Nemo e m̄ de ligno ꝛ lapide dicit: non n ubent neq̨ nubē tur: que naturam nubendi non habent: sed de his que possūt nubere: et christi gratia ac vir tute non nubunt. q̄ si opposueris: quomodo erimus similes angelis: cuz inter angelos nō sit masculus nec femina: breuiter asculta. Nō substantiā nobis angeloꝝ: sed conuersationez et beatitudinem repromittit: quomodo et Jo annes baptista anteq̄ decollaretur angel⁹ ap- pellatus est: ꝛ oēs sancti ac virgines dei etiaz in isto seculo vitam in se exprimūt angeloruz. Quando enim dicitur eritis similes angelis: similitudo promittitur: non natura mutatur. Simulq̨ responde. Quomodo illud interpre teris quod thomas domini resurgētis palpa- uerit manus et viderit latus lancea vulnera- tum: ꝛ petrus in littore dominū stantē conspe xit: ꝛ fauū mellis ac partē assi piscis comeden tem? Qui stabat habebat profecto pedes: qui monstrauit latus vulneratū: vtiq̨ ꝛ ventrem et pectus habuit: sine quibus non sunt latera ventri ꝛ pectori coherentia. Qui locutus est: lingua ꝛ palato ac dentibus loquebatur. Si- cut em̄ plectrum chordis: ita et lingua illidit dentibus: ꝛ vocalē reddit sonū. Cuius palpa- te sunt manus: consequenter ꝛ brachia habuit Cum igitur oīa membra habuisse dicatur: ne cesse est vt totum corpus habuerit: quod con- ficitur ex mēbris non vtiq̨ femineū sed viri- le. i. eiusdem sexus in quo mortuū est. ¶ Qd̄ si obtenderis: ergo ꝛ nos post resurrectionē co- medemus: ꝛ quomodo clausis ingressus ē ia nuis contra naturam pinguium ꝛ solidoꝝ cor porum audies. Noli propter cibum resurrecti onis fidem in calumniā trahere. Naz ꝛ archi synagogi filie suscitate iussit iesus cibuz dari et lazarus quadriduanus mortuum cum ipso scribitur inisse conuiuiū: ne resurrectio eoruz fantasma putaretur. Sin autem quia clausis ingressus est ianuis: ꝛ iccirco spiritale ꝛ ethe reum corpus niteris approbare: ergo ꝛ āteq̄ pateretur: quia contra naturam grauium cor- porum super mare ambulauit: ꝛ spiritale cor- pus habuit: ꝛ apostolus petrus qui ꝛ ipse sup aquas pēdulo incessit gradu: spiritale corpus habuisse credendus est: cū potentia magis et virtus ostendatur dei: quando fit aliquid con tra naturam. Et vt scias in signoruz magnitu dine non nature mutationē: sz dei omnipotē- tiam demonstrare: qui ambulat: cepit infideli tate mergi: nisi eum manus domini subleuas- set dicētis: quare dubitasti modice fidei? Mi ror autem te obdurare frontem loquente dn̄o infer digitum tuum huc et tange man⁹ meas:

et porrige manū tuam et mitte in latus meū: et noli esse incredulus sed fidelis. Et alibi. Uidete manus meas ꝛ pedes meos: q: ego ip se sum. Palpate ꝛ videte: q: spūs carnē ꝛ ossa nō habet: sicut me videtis habere. Et cū hoc dixisset: ostēdit eis manus ꝛ pedes. Ossa au dis ꝛ carnes ꝛ pedes ꝛ manus: ꝛ globos mihi stoycorū: atq; aeria quedā deliramēta confin gis. ¶ Porro si queris cur infans a demōe cor ripiatur: qui peccata nō habuit: aut in qua eta te resurrecturi sim⁹ cū diuersa moriamur in grate suscipies. Judicia tua abyssus multa et profunda altitudo diuitiarū sapientie ꝛ scien tie dei: q̄ inscrutabilia testimonia eius ꝛ inue stigabiles vie eius. Quis em̄ cognouit sensū dn̄i: aut quis consiliarius eius fuit? Etatū au tē diuersitas nō mutat corporū varietatē. Cū em̄ corpa nostra quotidie fluant: ꝛ aut crescāt aut decrescant. ergo tot erimus homies quot quotidie cōmutamini. Aut alius fui cū decē annoꝝ essem: alius cū quinquaginta: alius cū iam toto cano capite sum. Igitur iuxta eccl'ia rū traditiones ꝛ apostolū paulū illud ē respō dendū qḋ in virū pfectū ꝛ in mensurā pleni tudinis xp̄i resurrecturi sumus: in qua etate et adā cōditū iudei autumāt: ꝛ dn̄m saluatorē legimus resurrexisse: ꝛ multa alia q̄ de vtroq; testamēto in suffocatione heretici protuli. Ex quo die ita cepit hoīes detestari: ꝛ oēs q̄ eiusḋ dogmatis erāt: vt eos voce publica hostes dn̄i proclamaret. Hec dixi. nō vt breuiter heresiꝫ confutarē: cui multis voluminibus rn̄dendū est: sed vt fidē tante femine ostēderē: que ma luit inimicitias hoīm subire ppetuas: q̄ de of fensaꝫ amicitijs noxijs puocare. Dicam ergo vt ceperā nihil igenio eius docilius fuit: tar da erat ad loquendū: ꝛ velox ad audiendū: me mor illius pcepti: audi israel ꝛ tace. Scriptu ras sanctas tenebat memoriter: ꝛ cū amaret historiā: ꝛ illud veritatis diceret fundamētū: magis sequebat̄ intelligentiā spūalem: ꝛ hoc culmine edificationē aīe protegebat. Deniq; cōpulit me vt vetus ꝛ nouū testamentū: cū fi lia me discerēte plegerem. Qḋ pp̄ter verecun diā negās: pp̄ter assiduitatē ꝛ crebras ei⁹ po stulationes pstiti: vt docerē quod didicerem: a memetipso pceptore: sed ab illustris eccl'ie viris. Sicubi hesitabam ꝛ nescire me igenue cōfitebar: neq̄q̄ volebat mihi acquiescere: sꝫ iugi interrogatione cogebat: vt e multis va rijsq; sententijs: que mihi viderētur probabi liora indicarem. Loquar et aliud: quod forsi tan emulis videatur incredulum. ¶ Hebreā linguā quā ego ab adolescentia multo labore ac sudore ex parte didici: ꝛ infatigabili medi tatione non desero: ne ipse ab ea deserar: disce re voluit: ꝛ consecuta est: ita vt psalmos hebra ice cantaret: sermonē absq; vlla latine lingue proprietate resonaret. Qḋ quidē vsq; hodie in sancta filia eius eustochio cernim⁹: q̄ ita sem per adhesit matri: ꝛ eius obediuit imperio: vt nunq̄ absq; ea cubaret: nunq̄ pcederet: nūq̄ cibū caperet: ne vnū q̄dē nūmū haberet pote statis sue: sed ꝛ paternā ꝛ maternā substantio lam a matre distribuit pauperib⁹: ꝛ pietatē in parente: hereditatē maximā ꝛ diuitias crede ret. Non debeo silentio preterire: q̄to exulta uerit gaudio q̄ paulā neptē suam leta et toto tio genitā imo voto ꝛ future virginitatis re promissione conceptā audierat in cunis ꝛ cre pitaculis balbutiente lingua alleluya cātare: auieq; ꝛ amite noīe dimidiatis verbis frange re. In hoc solo patrie desideriū habuit: vt fi lium nurū ꝛ neptem renūciare seculo christo q; seruire cognosceret: qḋ ꝛ impetrauit ex p te. Nam neptis xp̄i flammeo seruatur: nurus eterne se tradēs pudicitie: socrus opera fide et elemosynis sequitur: romeq; conatur expri mere: quod hierosolymis illa cōpleuit. Quid agis aīa? Cur ad mortē ei⁹ venire formidas? Jam dudum prolixior liber cuditur: duꝫ time mus ad vltima peruenire: quasi tacētibus no bis et in laudibus illi⁹ occupatis: differri pos sit occubitus. Hucusq; psperis nauigauimus ventis: et crispantia maris equora labens ca rina sulcauit: nunc scopulis incurrit oratio: ꝛ tumescentibus fluctuū mōtibus presens vtri usq; monasterij intentatur naufragium: ita vt cogamur dicere: preceptor salua nos: perim⁹. et illud. exurge: vt quid dormis dn̄e? Quis ei possit siccis oculis Paulā narrare morientē? In grauissimā inualitudinē: imo quod opta bat: inuenit: vt nos deseret ꝛ dn̄o plenius iun geretur. In qua languore eustochij filie pba ta semper in matre pietas et magis ab oībus cōprobata est. Ipsa assidere lectulo: flabellū tenere: sustentare caput: puluillū supponere fricare pedes: manus stomachumq; confoue re: mollia strata componere: aquam calidā tē perare: mappulas apponere: omniū ancillarū preuenire officia: ꝛ q̄cquid alia fecisset de sua mercede putaret subtractū. Quibus illa pre cibus: quibus illa lamentis ꝛ gemitu: inter ia centem matrem et specum domini discurrit:

ne priuaretur tāto cōtubernio: ne illa absēte viueret: vt eodē feretro potiretur. Sed o mortalium fragilitas et caduca natura: et nisi xpi fides nos extollat ad celū: et eternitas aīe promittatur: cū bestijs et iumētis vna cōditio est corporum: idē occubitus iusto et iniusto: bono et malo: mūdo et immūdo: sacrificāti et nō sacrificāti. sicut bonus: ita et q peccat: sicut q iurat: sic et is q iuramētū metuit: sic et hoīes et iumēta in fauillā et cinerē dissoluuntur. Quid diu differo: et dolorē meum in alijs in morāde facio lōgiorē? Sentiebat prudētissima feminarū adesse mortē: et frigente alia parte corporis atqz mēbrorum solū aīe tepore in scō et sacro pectore palpitare: et nihilominus dū ad suos pgeret: alienosqz despiceret: illos versiculos suspirabat: dn̄e dilexi decorem domus tue: et locū hītatiōis glorie tue: et q̄ dilecta tabernacula tua dn̄e virtutū: concupiscit et deficit aīa mea in atria dn̄i. Itē. Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorū. Cūqz a me interrogaretur cur taceret: cur nollet respondere inclamāti: an doleret aliqd: greco sermone respōdit. Nihil habere molestie: sed omia qeta et tranqlla respicere. Post hec obmutuit: et clausis oculis q̄si humana despiceret: vsqz ad expirationē anime: eosdē repetebat versiculos: vix et aure apposita qd dicebat audire possemus: digitumqz ad os tenēs: crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spūs et anhelabat in mortē: animaqz erumpere gestiēs ipsum stridorē quo mortaliū vita finitur in laudes dn̄i conuertebat. Aderāt hierosolymorum et aliarum vrbium epi et sacerdotes inferioris gradus: ac leuitarum innumerabilis multitudo: omne monasterium virginum: et monachorū chori repleuerūt. Statimqz audiuit sponsum vocantem: surge veni pxima mea: speciosa mea: columba mea: quoniam ecce hyems transijt: pluuia abijt: sibi leta respōdit. Flores visi sūt in terra: tempus sectionis aduenit: et credo videre bona domini in terra viuentiū. Et hinc non vlulatus non plāctus: vt inter seculi homines fieri solet: sed psalmorū linguis diuersis et anima concrepabāt: translataqz epōrum manibus et ceruicē feretro subijcientibus: cum alij pontifices lāpades cereosqz proferrent: alij choros psallentiū ducerēt: in media ecclesia: in spelūca saluatoris est posita. Tota ad funus eius palestinarum vrbiū turba cōuenit. Quē monachorum latitātium in heremo cellula sua tenuit. Quā virginum cubiculorum secreta tenuerunt? Sacrilegium putabat: q̄ non tali femie vltimū reddidisset officiū. Vidue et pauperes in exemplū dorcadis: vestes ab ea pbitas ostendebant. Ois inopum multitudo matrē et nutriculā se perdidisse clamabant: qdqz mirū sit: nihil palor mutaret in facie: sz ita dignitas qdā et grauitas ora cōpleuerat: vt eam putares non mortuā: sed dormiētē. Greco latino syroqz sermone: psalmi in ordine personabāt: non solum triduo: et donec subter ecclīam et iuxta specū dn̄i conderetur: sed p oēm hebdomadā: Cūctis q venerāt suū funus et pprias credentibus lachrymas: venerabilis virgo filia eius eustochiū: q̄si ablactata sup matre sua velle sepeliri. Testis est iesus: ne vnū quidem nūmū ab ea filie derelictū: magnū es alienum et quod his difficilius est: fratrum et sororum immēsam multitudinem: quos et sustētare arduū et abijcere impiū est. Quid hac virtute mirabilius: feminā nobilissime familie magnis quōdam opibus tāta fide oīa dilargitā: vt ad egestatē pene vltimā peruenirct? Jactent alij pecunias in corbonā dei: era congesta: funalibus aureis dona pēdētia: nemo plus dedit pauperibus q̄ que sibi nihil relinquit. Nunc illa diuitijs fruitur: et his bonis que nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascenderūt. nos nostrū vicē dolemus: et inuidere potius glorie eius videmur si voluerimus diutius flere regnantē. Secura esto eustochiū: magna hereditate ditata es: pars tua dn̄s: et quo magis gaudeas: mater tua longo martyrio coronata est. Non solum effusio sanguinis in confessione reputatur: sed deuote quoqz mentis immaculata seruitus: quottidianum martyrium est. Illa corona de rosis et violis texitur: ista de lilijs. ¶ Unde in cantico scribitur canticorum. Fratruelis meus candidus et rubicundus: et in pace et in bello eadem premia vincentibus tribuens. Mater inquam tua: audiuit cum Abraham. Exi de terre tua: et de cognatione tua: et veni in terram quam ostendam tibi: et per Hyeremiam dominū precipientem: fugite de medio babylonis: et saluate animas vestras. Vsqz ad finem mortis sue: non est reuersa in chaldeam: nec collas egypti et virulentias carnium desiderabat: sz choris comitata virgineis: ciuis est saluatoris effecta: et de paruula bethleem: celestia regna conscendens: dicit ad veram noemini. populus tuus populus meus: deus tuus deus meus. Hunc tibi librum ad tuas lucubratiuncu

las: codex: quē tu sustines dolore dictaui. Nā quotienscūq stilū figere volui: et opus exarare pmissum: totiens obriguerunt digiti; cecidit manus: sensus elanguit. Unde et inculta oratio: votum scribentis absq vlla elegantia et verborū lepore testatur. Uade paula: et cultoris tui vltimā senectutem orationib⁹ iuua. Fides et opera tua xp̄o te sociant: presensq qd postulas: facili⁹ impetrabis. Exegi monumētum ere perhēne: quod nulla possit destruere vetustas. ¶ Incidi eulogium sepulchro tuo: quod huic volumini subdidi: vt quocūq sermo noster peruenerit: te laudatam: te bethleē cōditam lector agnoscat.

¶ Titulus sepulchri eius.

Scipio quam genuit: paule fudere parentes.
Graccorum soboles: Agamemnonis inclyta proles.
Hoc iacet in tumulo paula dixere priores.
Eustachij genitrix: romani prima senatus.
Pauperiem christi: et bethlemitica rura secuta est.

¶ In foribus spelunce.

Respicis augustū preciosa rupe sepulchrū.
Hospitium paule est: celestia regna tenentis
Fratres: cognatos: romā: patriāq reliquēs.
Diuitias: sobolē: bethlemiti condit antro.
Hic presepe tuū xp̄e: atq hic mystica magi.
Munera portantes hominiq ac deo dedere.

¶ Dormiuit scā et beata Paula septimo kal. februarij. tertia sabbati post solis occubitum: et sepulta est quinto kalendas earundem: honorio augusto et aristeno cōsulibus. Uixit in sancto proposito rome annos quinq: bethleē annos viginti. Omne vite tempus impleuit annis quinquagintasex: mensibus nouem: dieb⁹ viginti et vno.

¶ Finit vita sancte Paule.

¶ Incipit prologus in conuersationem et vitam sancte Pelagie.

Uerba sacerdotis tanti et celata latinis: custodi xp̄i trāstuli subsidio: sz vos lectores mecū pēsate laborem: et memores nr̄i fundite verba dei: qualiter pelagia de prostibulo ad celestia migraret.

¶ Incipit vita sancte Pelagie.

Quod factum est signū īmo miraculū in dieb⁹ nostris: placuit mihi peccatori Jacobo dyacono: vt scriberem vobis spiritalibus fratribus: vt audientes et iuuamem maximum consequentes anime vestre misericordem dominum glorificetis qui nullum hominem vult vllo modo pdere: sed oēs peccatores saluos facere. Nūc ergo silētiū date mihi: et intuemini cū omī affectu et sensu vigilātissimo hec q̄ a me explanantur: toti⁹ etem iuuaminis et cōpūctiōis plena est expositio. ¶ Sacratissim⁹ eps antiochie ciuitatis: cōuocauit ad se oēs ppe se cōsistētes epos p certa quadā cā. vnde cōuenerunt epi nūero octo. Inter quos fuit et sanctissim⁹ vir dei Nōnius eps me⁹: vir mirific⁹ et efficacissimus mōachus: de monasterio quod dicit tabēnēsiotarū. ¶ Propter incōparabilē enim ei⁹ vitam: et decoratissimā cōuersationē: rapt⁹ est de monasterio et eps ordinat⁹. Congregatos ergo in pdicta ciuitate: iussit nos epūs ipsius ciuitatis manere in basilica btissimi martyris Iuliani. Ingressiq successim⁹ vbi et ceteri qui conuenerūt episcopi de cellulis suis: añ ianuam ipsius basilice recederūt in cellulis suis. Quibus sedētib⁹ aliqui episcopi dñm meum Nonnū rogabāt: vt aliquid ab ipso docerent. Statimq et ore suo scūs episcop⁹ cepit loqui: ad edificationē et salutē omniū qui audiebant. Cūctis vero nobis admirātib⁹ sanctā doctrinam ei⁹: ecce subito trāsijt p nos prima mimarū āthiochie: ipsaq est prima thorētriarum pāthomimarū sedēs sup asellū et pcessit cū summa fātasia adornata: ita vt nihil videret sup ea nisi aurū et margarite et lapides preciosi: nuditas vero pedū ei⁹ et auro et margaritis erat coopta. Cū qua maxia erat pōpa puerorū et puellarū in vestib⁹ preciosis amicta: et torques aurea sup collū ei⁹. Quidā precedebāt: alij vero sequebant eā: pulchritudinis aūt decoris eius nō erat satietas oib⁹ secularib⁹ hoīb⁹. Que tñ transiēs p nos totū ipleuit aerē ex odore musco vel ceterorū suauissimorū odoramētorū flagrātia. Quā vt viderūt episcopi: ita nudo capite et omni mēbrorū compage: sic inuerecūde trāsire cū tantis obsequijs: vt nec velamē super caput positū: nec sup scapulas: tacētes ingemuerūt: et quasi a pctō grauissimo auerterūt facies suas. Beatissim⁹ autē nōnus intētissime eam et diu respiciebat: ita vt posteaq transisset intueretur: et respiceret eā. Et postea auertit faciē suā: dicēs ad circūsedētes episcopos. vos nō delectati estis tanta pulchritudine ei⁹? Illis vero nihil respōdentib⁹: posuit faciē sup genua sua: et manuale sanctū quod

tenebat sanctis manibus suis: et sic oem sinuz suū repleuit lachrymis: et suspirans grauiter: dixit ite ad epos. Nō delectati estis tāta pulchrytudine ei? Illis vero nihil respōdētib?: vere ait: ego valde delectatus sū: et placuit mihi pulchritudo eius: qm̄ istā habet de? ppone re et statuere in conspectu tremēde et admirabilis sedis sue: iudicaturus nos tā epatū nostruz. Et iterū dixit ad epos. ¶ Quid putatis dilectissimi: quantas horas fecit in cubiculo suo hec mulier lauās et cōponēs se cū sollicitudine animi et intentione: ad spectaculū ornās se: vt corporali pulchritudini et ornatui nihil deesset: quaten? oibus placeat: ne turpis videatur esse suis amatoribus: qui hodie sūt et crastino nō? Ergo et nos habētes patrem in celis oipotentem sponsum immortalem: donantem bene custodientibus promissiones q̄ hñt diuitias celestes: et eterna premia que extimari nō possunt: que oculis nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascenderūt: q̄ parauit de? diligentibus se. Quid enī plura loquor? habētes repromissionē: faciē illam magnā et splendidam et inestimabilē sponsi vultū videre: cui cherubin respicere nō audent: nū ornam? neq̄ detergimus sordes de miseris aialibus nostris: sed dimittimus eas negligenter iacere. His oibus dictis: apprehendit me peccatorē dyaconū puenimusq̄ in hospitio vbi nobis fuerat cellula data. Et ingressus cubiculū suum iactauit se in pauimētū: et faciē suaz ad terrā: pcutiensq̄ pectus suū lachrymabatur dicēs. Dñe iesu xp̄e ignosce mihi peccatori et indigno: q2 vnius diei ornatus meretricis superauit ornatū aīe mee. Quali vultu respiciā ad te aut quibus sermonibus iustificer in cōspectu tuo? Non enī cor meū ante te: qm̄ prospicis secreta mea. Et veh mihi peccatori et indigno: qm̄ ante altare tuū assisto et nō offero pulchrā animā qualē expetis a me. Illa eniz promisit placere hoibus et fecit: et ego pmisi tibi placere et mentitus sum propter pigritiam meam. Nudus sum tā in celo q̄ in terra: nō adiplēs precepta mandatoꝝ tuoꝝ. Ergo non est mihi spes et operibus bonis: sed spes mea in misericordia tua: qua confido saluari. Hec vero illo dicente: et horum plurimū vlulante: eodem die vehementer festa celebrauimus. Superueniente aūt die que est dominica: postq̄ compleuim? nocturnas oratiōes: dicit ad me sanctus Nonnus episcopus. Tibi dico frater dyacone: vidi somniuz et fortiter conturbor: eo q̄ non possum discernere illud. Qui mox dicit ad me vidisse se in somnis: quō ad cornu altaris staret nigra columba: multis sordibus inuoluta: que circūuolabat me: et fetorē ac squalorem sordidū eius ferre non valebaz. Illa vero circūstetit me donec dimissa est oratio cathecuminoꝝ. Postq̄ vero pclamauit dyacon? cathecuminis: procedite: statim nusq̄ comparuit. Et post missam fidelem et cōpletionē oblatōis: cū dimissa esset ecclesia: egrediēte me limitem domus dei: venit denuo ipā columba multis sordibus inuoluta: et iterum circūuolabat me. Ego vero extendens manū apprehendi eā: et iactaui in cōchā: que erat in atrio sancte ecclesie et dimisit in aqua oēs sordes suas quibus obuoluta erat: et ascendit de aqua candida sicut nix: que et volans in excelsuz ferebatur: et oīno ab oculis meis sublata est. Cuz ergo narrasset somniū sanctus dei nonnus eps apprehendit me: et peruenimus ad maiorē ecclesiam cū ceteris episcopis: et salutauim? episcopū ciuitatis. Et ingrediēs oēm populuz ecclesie hortatus est: qui ingressi sederūt super thronos suos: et post oēm canonicam celebrationē vel lectionē sancti euangelij: idē episcopus ciuitatis porrigens sanctum euangeliuz beatissimo nōno: hortabatur euz: vt verbū faceret ad pplm. Qui aperiēs os suū: loquebat sapientiam dei q̄ habitabat in eo: qm̄ nihil cōpositionis: aut philosophie: aut indiscretū alloquebat: nihil in se habēs humane nature superfluū: sed repletus spū sancto arguebat et monebat plebē: sincerissime loquens de futuro iudicio: et de perpetuis bonis que reposita sunt. Cuncta ergo plebs cōpuncta est et verbis quibus locutus est per eū spiritussanctus ita vt pauimentū sancte ecclesie inundaret populi lachrymis. Gubernatiōe vero misericordie diuine contigit: vt conueniret ad ecclesiaz et meretrix hec: de qua factus est vobis sermo et quod mirum est cathecumina: cui nunq̄ accessit sollicitudo peccatorum: nec aliquando ad dei conuenisset ecclesiam: subito compuncta est timore domini. Cū argueret sanct? Nōnus populum: ita vt desperaret de seipsa mulier: plangens flumina lachrymarū fundebat nec vllo modo a fletu continere se poterat. Et statim precepit duobus pueris suis dicens. Sustinere in hoc loco: et duz egressus fuerit sanctus Nōnus episcopus sequimini eū: et inquirite vbi maneat: et venite et renunciate mihi. Pueri vero fecerūt sicut precepit eis

domina sua: et sequētes nos: venerūt in basili-
cā beatissimi martyris Juliani: vbi nobis ho
spitiū seu cellula erat. Et ingressi venerūt do
mine sue dicētes: q̄m i basilica beatissimi mar
tyris Juliāi manet. Quo illa audito: statī trās
misit dypticū tabularū p̄ eosdē pueros ita con
tinētē. Sancto discipulo xp̄i: peccatrix et disci
pula dyaboli. Audiui de deo tuo q̄ celos in-
clinauit et descēdit sup̄ terrā: nō ꝓpter iustos
sed vt peccatores saluaret: intantū humiliat⁹
vt publicanis appropinquauerit: et in quē che
rubin respicere non audent: cum peccatorib⁹
conuersatus sit. Et tu dñe me⁹ qui multā san-
ctitatem habes: et si carnalibus oculis ip̄m do
minū iesum christū: q̄ se illi mulieri meretrici
samaritane manifestauit ad puteū: nō aspexi-
sti: tñ verus cultor illius es: sicut a xp̄ianis au
diui referētibus. Si vero illius christi verus
es discipulus: nō me respuas: p̄ te desiderātē
videre saluatorē: vt p̄ te merear videre vultū
sanctū suū. Tunc rescripsit ei sanctus Nonus
episcopus. Queq̄ es: manifesta es deo: et tu: et
tractat⁹ tuus: et voluntas tua. Attamē dico ti-
bi: ne velis tēptare humilitatē meā. ego. n. sū
homo peccator seruus dei. Si ꝓ certo habes
desideriū diuinitatis virtutē adipiscendi et fi
dem: et me vis videre: sunt mecū episcopi alij:
veni et ante eos me videbis. nā sola me videre
non poteris. Cū hec relegisset meretrix: gau
dio repleta cursu venit ad basilicā beati mar
tyris Juliani: et nūciauit nobis de p̄sentia sua
Quo audito: sanctus Nonn⁹ ep̄s vocauit ad se
oēs qui illic aderant ep̄os: et iussit eam accede
re ad se. Que accedēs vbi cōgregati erant epi
scopi: iactauit se in pauimentū: et apprehēdit
pedes beati Nonni episcopi dicens. Rogo te
domine me⁹: imitare magistrū tuū dñm iesum
xp̄m: et effunde super me tuā bonitatē: et fac
me christianā. Ego em̄ sum domine meus pe-
lagus peccatorum et abyssus iniquitatis. Pe-
to me baptizari. Dum vix eā persuasisset san
ctus Nonnus ep̄s surgere a pedibus suis cū
surrexisset dicit ad eam. Canones sacerdota-
les continēt nō baptizari meretricē: nisi fide-
iussores prestiterit: vt non se iterum in ipsis
malis reuoluat. Que audiens talem episcopi
sententiā: iactauit se iterum in pauimentū: et
apprehendit pedes sancti Nonni: et ipsos la-
chrymis suis lauit: et capillis suis extergebat
dicens. Rationē reddas deo pro anima mea:
et tibi ascribantur iniquitates factorū meoꝝ.
si distuleris me iniquam et turpissimā bapti
zare. Non inuenias portionē apud deū cū san-
ctis: nisi me nunc feceris alienā malorū ope
rum meoꝝ. Neges deum et ydola adores: nisi
me hodie in sponsam christi renasci feceris et
obtuleris deo. Tunc oēs episcopi et clerici q̄
conuenerunt videntes talē peccatricem ꝓ dei-
tatis desiderio talia loquentem: admirātes di-
cebant: nunq̄ se talem vidisse fidem et deside-
riū salutis: sicut huius meretricis. Et statim
transmiserunt me peccatorē diaconum ad ep̄i
scopū ciuitatis: vt hec oīa ei insinuarē: et vnā
de diaconissis iuberet eius beatitudo trāsmit
tere mecum. Qui audiens letatus est gaudio
magno dicēs. Bene pater honorabilis te ex-
pectabant opera ista: scio q̄ os meum eris. Et
statim transmisit mecū donnā romanā primā
dyaconissarū. Que veniens inuenit eā adhuc
ad pedes sancti Nonni episcopi: cui vix per-
suasit surgere a pedibus suis dicens. Surge
filia: vt exorcizeris: Dixitq̄ ei. Confitere oīa
peccata tua. Quid respondit. Si perscrutata
fuero scientiam cordis mei: nō inuenio in me
aliqua opera bonorū actuū. Peccata em̄ mea
scio q̄ harene maris grauiora sint: aqua enim
perparua est pre mole peccatoꝝ meoꝝ. Confi-
do vero de deo tuo q̄ dimittat pondus iniqui
tatum mearum: et respiciat super me. Tunc di
xit ad eam sanctus Nonn⁹ episcopus. Dic qd̄
sit nomen tuū: Que respōdit. Naturali nomi-
ne Pelagia vocata sum a parentibus meis: ci
ues vero anthiochie margaritam me vocant:
propter pondus ornamētorum: quibus me ad
ornauerunt peccata mea. Ego em̄ eram orna-
mentum et comptū ergasterium diaboli. Iterū
dicit ad eam sanctus Nonnus episcopus. Na
turali nomine Pelagia vocaris: Que respon
dit. Ita domine. Quo audito sanct⁹ Nonnus
episcopus exorcizauit eam et baptizauit: et im
posuit ei signū domini: tradiditq̄ illi corpus
christi. Fuitq̄ illi mater spiritalis sancta roma
na prima dyaconissarū: que accipiens eam as-
cendit in cathecuminū: eo q̄ nos ibi manere-
mus. Tunc dicit ad me sanctus Nonnus epi-
scopus. Tibi dico frater diacone: letemur ho-
die cū angelis dei: et oleum extra consuetudi-
nem sumamus in cibo: et vinū cum letitia spi
ritali accipiamus propter salutem huius pu-
elle. Sumentibus vero nobis cibum: audiun
tur voces subito velut hominis qui violentiā
patitur. dyabolus enim clamauit dicens. Ue
ve quid patior decrepito sene isto: Non tibi
sufficiunt triginta milia sarracenorum quos

mihi abripuisti ꝛ baptisasti: ꝛ obtulisti deo tuo. Non tibi sufficiebat de tuis heliopolis: qm̄ cū et ipsa mea esset: et omnes q̄ in ea habitabant me adorarēt: tu mihi abripuisti ꝛ obtulisti deo tuo. Sed et nūc maximū spem meam abstulisti a me: iam nunc nō fero machinatiōes tuas O iaȝ quid patior a dānabili isto. Maledicta dies illa in qua natus es tu: flumia lachrymarum infirmo hospitio inundant: iā spes mea abstracta est. Illa omnia clamabat diabolus: et lamentabatur ante ianuas: ꝛ audiebat ipse ab omnib⁹ hominib⁹. Et iterum repetens: ad neophitam puellā dixit. hec mihi facis dōna mea Pelagia: Et tu mecū iudam imitaris. Ille em̄ gloria ꝛ honore coronatus: ꝛ apostolus constitutus tradidit dn̄m suū: ita ꝛ tu mihi fecisti. Tunc dicit ad eam sanctus Nonus eps. Signa te cruce xp̄i: et abrenuncia ei. Que signauit se in noīe xp̄i: ꝛ insufflauit in demonē: et statim nusq̄ comparuit. Post biduum autē dormiente ea cuȝ sancta romana cōmatre sua in cubiculo suo: apparuit diabolus nocte et suscitauit ancillam dei Pelagiam et dicebat. Rogo te dōna mea margarita: Nunquid non et auro et argento ditata es. Nunquid non et auro ꝛ gemmis preciosis adoraui te: Rogo te quid te cōtristauit: Respōde mihi: vt satisfaciam tibi: tantuȝ ne me facias obprobrium christianoꝝ. Tūc ancilla dei pelagia signauit se: et exsufflauit in demonem dicens. Deus meus qui eripuit me de medio dentium tuorum: ꝛ induxit me in celestē thalamū suū: ipse tibi resistet ꝑ me. Et statim nusq̄ compauit diabolus. Tertia vero die postq̄ baptisata est sancta Pelagia rogauit puerum suum qui preerat reb⁹ et oīb⁹: et dicit ad eum. Vade in vestiariū meū: et scribe oīa que sūt tam in auro q̄ in argento: vel in ornamentis: aut vestibus preciosis: et affer mihi. Puer fecit sicut precepit dōna sua: ꝛ oēȝ substātiā suā detulit. Que statiȝ vocauit sanctū Nonū epm̄. per sanctam romanā cōmatrē suam: ꝛ oēm substātiā suā posuit in manib⁹ ei⁹ dicens. He sunt dn̄e diuitie quibus ditauit me sathanas: has trado in arbitrio sctitatis tue: ꝛ quod nosti expedire facias ex eis. mihi eniȝ optande sūt diuitie dn̄i mei iesu christi. Qui statim vocauit custodē ecclesie seniorē: et ipsa presente oēȝ substantiam ei⁹ in manibus illi⁹ tradidit dicens. Adiuro te ꝑ inseꝑabilē trinitatē: ne quid hic in episcopū: aut i ecclesiā ingrediat: sed magis viduis et orphanis et pauperibus erogetur: vt quid male attractum est: bene distribuatur: ꝛ diuitie peccatricis fiant thesauri iusticie. Si vero spreto sacramento siue per te siue per quelibet alium subtraxeris de his quicq̄ anathema ingrediatur domum eius: et cum illis habeat partem qui dixerūt crucifigatur crucifigatur: Illa vero conuocauit omnes pueros ꝛ puellas suas ꝛ liberauit oēs: donauitq̄ torqes aureos de manu sua dicens. Festinate et liberate vos de hoc seculo neq̄ pleno peccatis: vt sicut fuimus in hoc seculo simul: ita simul permaneamus sine dolore in illa vita que est beatissima. Octaua vero die quando habebat depositionē albarum facere: surgēs nocte nobis ignorantibus: deposuit vestē baptismatis sui: et induit se tunicaȝ tricinā. i. cilicinā: et birrā sancti Noni episcopi: ꝛ ex illa die nusq̄ cōparuit in ciuitate Anthiochia. Quam sancta romana flebat amarissime: ꝛ sanctus Nonnus consolabatur eā dicens. Noli flere filia: sed letare gaudio magno. qm̄ Pelagia optimā portionem elegit: sicut maria quā domin⁹ pretert marthe in euangelio. Illa autem abijt hierosolimā: ꝛ construxit sibi cellulam in monte olineti: vbi dn̄s orauit. Post aliquātū vero tp̄is cōuocauit eps̄ ciuitati oēs ep̄os: vt vnusquisq̄ reuerteretur ad ꝓpria. Post trienniuȝ aut quadriēniū tēporis desideraui ego Jacobus dyaconus proficisci hierosolimam: vt ibi adorarem resurrectionē domini nr̄i iesu xp̄i ꝛ petij episcopū meū vt me permitteret ire. Dum me permisisset ire: dicit ad me. Tibi dico frater dyacone: dū peueneris hierosolimā: require ibi quēdam fratrē Pelagiū monachū: ꝛ eunuchū: q̄ multos annos habitat in sollitudine clausus: quasi euȝ visitaturus: vere em̄ poteris ab eo iuuari. Hec auteȝ omnia dicebat mihi de ancilla dei Pelagia non manifeste. Perueni ergo hierosolimā: ꝛ adoraui sanctam resurrectionē dn̄i nostri iesu christi: ꝛ alia die requisiui seruum dei. Et accessi et inueni eum in monte olineti vbi dominus orauit: in modica cellula vndiq̄ circunclusa: et paruam fenestellulam habuerat in pariete. Et percussi ostiolum fenestellule: et statim aperuit mihi: ꝛ cognouit me: ego vero non cognoui eaȝ. Quo modo enim poteram cognoscere illaȝ: quā ān videraȝ inestimabili pulchritudine: iam facie marcidā factam pre nimia abstinētia: Oculi vero eius sicut fosse videbantur. Que dicit

ad me. Unde venis frater? Ego r̄ndi et dixi. Missus sum ad te iubente. Nono epo. Que ait ad me. Ora pro me: q̄m vere sanct⁹ dei est Et statim clausit ostiolum fenestellule: ⁊ cepit psallere horā terciā. Ego vero oraui iuxta parietem cellule ei⁹: ⁊ recessi multū iuuat⁹ de angelica visione ei⁹. Reuersus aūt hierosolymā cepi p̄ monasteria ambulando visitare fratres Magna ꝟo ferebat̄ fama per monasteria de dn̄o pelagio: ꝓpterea deliberaui etiā iterato ad eū redire: ⁊ salutarib⁹ doctrinis eius refici Cumq̄ ad cellulā suam puenissem: ⁊ pulsare: imo noīatim eū interpellare p̄sumerem: nihil respondit. Expectaui sc̄da die ⁊ tertia p̄seuerans: ⁊ ꝓprio noīe pelagiū interpellans neminē audiui. Quare intra me dixi. Aut nemo ē hic: aut recessit qui erat hic monachus. Nutu vero dei monit⁹: iterū dixi. Cōsiderē ne ostiorū fenestellule. Et ꝓspexi ⁊ vidi eum mortuū: ⁊ clausi fenestiolum: ⁊ de luto replens diligenter cursu veni hierosolymam ⁊ nunciaui commanentibus: q̄ sanct⁹ Pelagius monach⁹ mirabilia faciens requieuisset. Tunc sc̄i patres venerūt cū diuersis monasterijs monachoꝝ: ⁊ sic solutū est ostiolū cellule: ⁊ delatū ē foras sanctū corpusculū ei⁹: qđ auro ⁊ lapidibus p̄ciosis condigne posuerūt. Et dū sancti p̄res vngerēt corp⁹ mirrha: tūc cognouerūt q̄ fuisset mulier. Qui volētes miraculū abscondere: s₃ p̄plm ip̄m latere nō poterat: exclamauerūt voce magna dicētes. Glīa tibi dn̄e ihesu xp̄e qui m̄ltas diuitias abscōsas habes sup terrā: nō solū viriles: s₃ etiā muliebres. Diuulgatū est aūt omni pplo: ⁊ venerunt oīa monasteria virginū tam de hierico q̄ et iordane vbi dn̄s baptizat⁹ ē: cū cereis lampadib⁹ ⁊ hymnis: ⁊ sic deposite sunt sancte reliquie ei⁹: ⁊ portate a sanctis patrib⁹. Hec vita meretricis: hec cōuersatio desperate: cū qua ⁊ dn̄s nos faciat inuenire misericordiā suā in die iudicij: q̄m ip̄i est honor ⁊ gloria: potestas ⁊ imperiū: in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Finit vita sancte Pelagie.

¶ Incipit prologus venerabilis Pauli dyaconi ecclesie neapolis in vitam ⁊ conuersationē beate Marie Egyptiace qualiter in heremo expleuerit tēpora vite sue.

Secretum regis celare bonū est: opa aūt dei reuelare ⁊ cōfiteri honorificū ē. Ita.n. legit̄ āgelū dixisse thobie. Post oculoꝝ amissionem gloriosamq̄ illuminationē: et post illa transacta pericula: e quibus liberatus consecutus est dei pietatem. Etenim regis nō seruare secretum: nociuum ⁊ valde periculosum est: et dei gloriosa silere opera: magnū est anime detrimentum. Propter quod ego diuina tegere silentio dubitans: ⁊ pigri imminens serui metuens condēnationis iudicium: qui a domino talentum accipiens ⁊ fodiens in terram abscondit: et datum ad operationē celauit extra negociationem: sacram ad me prolatam narrationem nequaq̄ silebo. Sed nullus mihi sit incredulus scribendi de eis que audiui: nec quisq̄ me mentiri estimet rei magnitudinem dubitās. Mihi em̄ absit sacris mentiri reb⁹: et adulterare verbū vbi deus memoratur. Ei⁹ autem qui min⁹ intelligit: et indignus est de dei magnitudine: qui carnē assumpsit: ⁊ incredulus est ista dicēti: non mihi pertinebit periculum. Si qui autē illi sunt qui huius scripture legerint textū: gloriosamq̄ rei admirationem sane credere renuerint: ⁊ illis dominus misereatur: faciatq̄ capaces sancti verbi: ne rei existant dei miraculorum: que plura in suis fieri predestinauit electis: q̄m et ipsi humane nature infirma considerātes impossibilia decernunt ea que de hominib⁹ sanctis gloriosa dicuntur. Assumā de cetero ad narrationē ipsam rem referēs: que in hac nostra generatione facta dinoscit̄: quam sacer vir diuina et ageri et docere educat⁹ narrauit. Sed vt supra dictum est: nullus hec ad incredulitatem trahat considerās impossibile fieri in hac nostra gn̄atiōe tā grande miraculū: q̄r gratia dei per om̄es gn̄atiōes in sanctas pertransiens animas: amicos dei facit ⁊ prophetas: quēadmodū Salomon secundū deum docuit: Tempus ergo est sacre ꝓdere narrationis initium magnū virilesq̄ certamē: venerabilis Marie egyptiace videlicet: qualiter expleuerit tempora vite. ¶ Finit prologus. Incipit vita ei⁹.

Fuit quidā senex in palestine monasterijs: vir vite venerabilis: ⁊ verbo decorat⁹: qui et ipsis cunabulis monachicis nutritus est morib⁹ Zozimas noīe. Nullus enim existimet cognominatiōe nomis Zozime: illū me dicere zozimā: cui inter dogmaticos detrahebat̄: vt puteṫ heretic⁹. Nam hic alius: atq̄ ille aliud. Multa em̄ inter vtrosq̄ fuit differētia: li

orthodotus monachicam elegit vitam: in quibusdã: vt dictũ est: palestine monasterijs: totã percurrẽs patrũ cõuersationẽ omniq3 orbi in abstinentia repert⁹ est p̄cipu⁹: simulq3 regulas sibi traditas iuxta eoꝝ certamina: infans dũ esset conseruauit. Plura enĩ adinuenit de sua ꝓpria natura: q̃liter subditã spiritui carnem faceret. Nam ita fertur certaminib⁹ ijsdẽ senex ignitus: vt pleriq3 multotiens in ꝓpinquis monasterijs aliq̃ñ ꝛ in longinquis degẽtes: ad eius currerent doctrinã: eiusq3 imitarent̃ abstinentiã: ꝛ ab eo informari atq3 erudiri festinarent. Talis enĩ fuit seni virtutis operatio: q̃ meditationẽ aliq̃ñ sacri verbi nunq̃ negligeret. Reficiendo aũt vel a refectiõe surgendo opus ab eius manib⁹ non desijt. Dicebat ergo hic zozimas q̃ et ipsis matris finibus in eodẽ traditus monasterio: q̃nquaginta ibidem deguisset annos: monachicũ cursu3 ꝑficiens. Post hec vt ipse retulit molestabatur a quibusdã cogitationibus dicens intra se Perfect⁹ sum ĩ omnib⁹: aliena doctrina min⁹ egeo: putasne ĩuenit̃ quisq̃ inter monachos: qui boni mihi tradere aut edificare possit qd̃ nescio? Aut quã ego operatus nõ sum monachicam operam? Nec inueniri põt in deserto vir philosophus qui me sensu vel ope p̄cellat Hec secu3 cogitens pater quidã astitit ei ꝛ dicit ad eum. Bene q̃ vidẽ in omĩbus certasti: optime monachicũ cursum perfecisti. Verũtamen tu cu3 nullũ hominẽ putas esse perfectiorem. nam sunt ꝛ alie salutis vie quas si vis apprehendere: egredere de terra ꝛ de cognatiõe tua: ꝛ de domo patris tui: ꝛ abraã ille in patriarchis opinatissimus: ꝛ sequere me in qũdam monasteriũ: iuxta iordanẽ fluuiũ positũ. E vestigio ergo senex sequens p̄cipiente3 egressus est monasterium in quo pusillus creuerat. Cũq3 peruenisse3 ad iordanẽ sacratissimũ flumẽ: ductus voce clamantis in illud monasteriũ in quo deus iusserat eũ venire: manu atrij regiã pulsauit. Mox vt locut⁹ est: quidã monachus regiam custodiens nũciauit eũ abbati: qui susceptus est ab eo. Tunc cõuersationẽ atq3 habitũ reuerẽtie eius aspiciẽs: humo ꝓstrat⁹: vt monachis cõsuetudo est eũ adorauit. Factaq3 orõne interrogat⁹ est ab abbate ita. Vñ te coniũxisti ad nos frater: ꝛ pro q̃ occasione ad nos pauperes venisti? Zozimas senex respondit. Unde quidẽ dicere nõ mihi videt̃ necessariũ: edificationis cã aduenio pater. Audiui enĩ signa magna atq3 laudabilia per q̃ p̄ñt anie deo appropinquare. Dixit ad eũ abbas. Deus frater: qui solus humanã fragilitate3 curare nouit: ille te atq3 nos doceat suã diuinã adimplere volũtatẽ ꝛ ea ꝑagere q̃ optima sunt. Nã hõ hoie3 edificare minime põt: nisi vnusq̃sq3 semper se respiciẽdo ꝛ sobrietatẽ seruãdo: opãdo q̃ bona sũt: deũ sibi ꝓpinquũ faciat: suis bonis operibus sociãdo. Tñ qꝛ xp̄i caritas te videre nostrã paupertatẽ inuitauit: cõmane nobiscũ si pro hoc ad nos te cõiũgere festinasti: simul q3 omnes nos satiabit xp̄i dei gratia. idemq3 pastor bon⁹ qui tradidit aĩam suã ꝓ nostra redemptiõe: vocauitq3 oues suas noĩatim. Hec cu3 diceret zozimas humo faciem suã inclinauit: orantesq3 pariter ꝛ celebrata oratiõe dixerunt. Amen. Dũ aũt in eodẽ monasterio zozimas habitaret: vidit illic patres virtutibus ꝛ operib⁹ chorusca ntes: ꝛ spiritu feruentes ac dño seruientes incessabiliter stãtes per totã noctis vigiliã manibus operãtes: ex ore ipsorũ psalmũ non recedere: stultum verbũ ab eoꝝ ore non ꝓcedebat: secularia negocia ꝛ causaꝝ cure ad eos minime pertinebant: annuos redditus vel nomen eoru3 incognitum habebãt: sed vnu3 tantũ erat eis arduũ votum: vt semet ipsos mortuos facerent corpore: vt possent secularia euadere. Cibus ṽo illis erãt spiritalia eloquia: corpori aute3 ministrabant que necessaria sunt: panẽ tm̃ ꝛ aquã: vt subsisterent deo referre gloriã: ꝛ inuicem caritatem. Hec diuina opera dũ videret zozimas: edificat⁹ est valde ꝓficiẽs deitatis laudans diuitias: semper augendo cursum ꝓpriũ: qꝛ sibi cooperantẽ inuenerat diuinam potentiã. Plurimis aũt trãsactis diebus: appropinquauit temp⁹ sanctorũ ieiunioꝝ: p̄parabãtq3 se cuncti purificatos dominice passioni: atq3 sacratissime eiusdẽ saluatoris nostri iesu xp̄i resurrectioni exhibere Janua aũt monasterij nullo modo patefiebat: sed semꝑ clausa manens: ad diuinitatis opera monachis quietam p̄stabat vitam: nec licitu3 erat eam patefieri: nisi quida3 monachoꝝ pro aliqua necessaria cã aduenisset. Desertus aũt erat locus: ꝛ non solum viam transeuntibus: sed ꝛ propinquis incognitus: quia talis regula ab initio in monasterio illo custodiebatur: ꝛ ꝓpterea de⁹ zozimã ad hoc perduxit monasterium. Qualis aũt erat illa consuetudo regule in initio expositionis: patefaciam. Dominico die prima ieiunij ebdomada: oẽs iuxta cõsuetudinẽ monachi vocabãtur: sancta dei mysteria fm morẽ celebrare xp̄ianoꝝ: ꝛ vnusquis

q̄ eoꝝ sacratissimū atq̄ viuificum corpus do mini suscipiebat: parumq̄ sumentes cibum cōgregabātur ad orationē solenni studio. Cū autem cōplessent orationē flectentes genua senes seinuicē osculabantur: deinde omnes se amplexātes ⁊ pacem dātes abbati: rogabāt sibi ab eo oratiōem futuri certaminis eoꝝ auxiliatricē fieri. Hisq̄ peractis monasterij ape riebantur regie: simulq̄ psallentes ⁊ dicētes. Domin⁹ illuminatio mea ⁊ salus mea quem ti mebo? Domin⁹ ꝓtector vite mee a quo trepi dabo: ⁊ cetera que sequunẗ. Egredientes autē vnū tm̄ vel duos ad custodiendū monasteriū relinquebāt: non qui intra posita custodirēt: q: nec erat quod a furib⁹ raperetur: sed ad hoc maxime predicti custodes ibidem relinquebā tur: ne oratoriū sine celebratione solenni post poneretur. Singuli autem secum deferebant vite necessaria ꝓut poterāt: aliquāti quidem panē paruum ad fragilitatem corporis susten tādā. alij autem caricas. alius vero dactilos: ceteri autem legumina aquis infusa: alij autē nihil nisi propriū corp⁹ ⁊ palliū quo vestiebā tur. Nutriebātur vero quotiens natura cōpel lebat herbis que in desertis nascebātur. Igi tur regulā ꝓpriā nouiter sibi quisq̄ eoꝝ crea bat: talemq̄ habebāt immutabilē legē: igno rare alium que ali⁹ operaretur certamina: eo q̄ iordanem non derelinquētes: seorsum lon ge abinuicem descendentes a ciuitate: ⁊ habi tationē habebāt per desertū: nullusq̄ alij ad iungebatur: sed si forsitā vnus eoꝝ aliū longe ad se venientem aspiceret: e vestigio discedēs ꝓpositā itineris viā. ad aliā se declinabat ptē: ⁊ ita solitariā agebant vitā: semper psallendo et deo grās referendo oportunū gustabāt ci bum. Sic enim omnes dies complentes ieiu nij: remeabāt ad monasterium dn̄icorum die: precedente ebdomada resurrectionis domini ⁊ saluatoris nostri: die quo festa palmarū scā celebrare consueuit ecclesia: referēs vnusquis q̄ eorum proprijs laboris fructum sue videlʒ conscientie: cognoscendo ipsum q̄liter opat⁹ sit: q̄lesue seminauerit fructus. Nulli vero erat licitum interrogare ꝓximum suum: quo vel q̄ liter presentē exercuerit laborem: q: hmōi re gula tradita fuerat: qua vnusquisq̄ eoꝝ habi tādo desertum: deo tātūmodo certaminis sui cursum demonstrarent: a nullo clarificari ho mine desiderātes: nullā querentes trā sitoriā vel vanā gloriā: aut humanum fauorem: sed spiritualia operando: carnalia autem atq̄ ter rena contēnendo: celestia obtinebant. Naʒ de monstratio hominū: in fructuosa opera ⁊ dā nosa semper acquirit. Tunc vero zozimas iu xta consuetā regulam monasterij: pertrāsiuit iordanem: paruumq̄ secum detulit cibum ad sustentationē corporis: ⁊ pannum quo indue batur. Equidē regulam adimplebat pertrans eundo heremū: tempore vero refectionis ede bat cibum necessarium pro natura corporis. Soporē vero in terra paruū iacens capiebat modicum gustando somnū: vbi cum finis diei occupasset: atq̄ iterum diluculo iter suū facie bat: incessabiliter augmentando cursum: hūs desiderium pertransire heremū: sperans ali quem reperire patrem in deserto qui eum po tuisset edificare iuxta eius desiderium. Cur rebat igitur securus optimā viā: vt ei permis sum fuerat: festināterq̄ currebat. Uiginti er go dierū pergens igitur: facta hora quasi sex ta paululū se abstinuit ab itineris labore: ele uatisq̄ oculis ad orientem consuetam sibi ce lebrat orationem. Solitus autem erat statuto diei tempore: id est tertia sexta ⁊ nona abstine re se a sui itineris cursu oratōis causa: eleuās q̄ oculos ad superna ⁊ respiciens ad dexterā: vidit in quodā loco stare quasi in vmbraculū humani corporis. Stupefactus ac turbat⁹ val de: existimabat fantasma esse quod videbat: ⁊ signaculum sibi redemptiōis sancte crucis fa ciens: ac completa oratione: vidit quandā am bulantem in parte meridiana: nudo nigroq̄ corpore ex incendio solis exustam: capilli ca pitis ei⁹: vt lana candida: atq̄ parui vsq̄ ad collū corporis descendentes. Duʒ hoc videret zozimas admirat⁹ repletusq̄ gaudio magno: cepit currere ad eandem partem in qua predi cta videbatur. Naʒ ⁊ illa que zozimā videbat: ineffabili exultabat letitia: quoniam videbat quod multorum annorū spacio minime re'pe rerat humane nature speciē: neq̄ alicui⁹ ani malis vel volucris figuram. Miratur ergo zo zimas: qui vel qualis esset queʒ viderat: existi mās q̄ magnā vidisset personam. Dum enī il lā videbat de longe ad se appropinquātem: ce pit gradu concito fugere ad interiora deserti: zozimas aūt contēnens senectutis debilitatē: fastidiumq̄ itineris: concito eaʒ gradu seque batur: ⁊ illa magis fugam petebat. Erat auteʒ zozime cursus velocior: ⁊ paulatim appropin quabat fugienti. Proximus autem ei factus: ita vt etiam vox eius posset audiri: cepit zozi mas vociferari: taleʒ emittens vocem cum la

chrymis. Et quid me fugis domine senem et peccatorem serue dei viui? Sustine me quicunque sis: coniuro te per deum pro cuius amore hunc habitas heremum: vt recipias me debilem atque indignum senem. Coniuro te per illum ad quem pro tantis tuis laboribus spem habes: bonam et eternam tribulationem: colloquere mecum dulcedinis ac suauitatis verba: et noli me derelinquere sine mutua locutione. Hec zozima cum lachrymis orante: venerunt vtrique currentes in quendam locum: qui locus ita videbatur: quasi torrens ibi aliquando cucurrerit: positio autem loci illius sicubi videbatur coniungentem eum ad prenominatum locum precedens illa que fugiebat: ante faciem zozime descendit: et rursum per aliam partem loci illius quasi torrens ascendit: zozimas nimium fatigatus minime potuit cursum facere: sed magis astans ex vna parte loci: augens lachrymis lachrymas et fletibus fletus: rogabat edificationis sibi impendi sermonem. Mox illa que prius fugam petebat: talem emisit vocem. Abba zozima quid me persequeris? Ignosce mihi per deum te rogo. ignosce mihi per deum peto: quia minime possum conuertere faciem meam ad te: eo quod mulier sum nuda: sed pallium quo indutus es mihi porrige: vt possim corporis mei verecundiam tegere: veniamque ad te: vt orationes tuas accipiam. Tunc stupefactus atque turbatus senex: eo quod audisset se vocari ex nomine sapientia dei repletus diuinaque refulgens gratia: intellexit quod non eum nominatim poterat vocare: quem nunquam viderat neque audierat: nisi quia superna prouidentia ei reuelauerat. Statimque expolians se panno quo induebatur: iactauit illi auersa facie. Illa vero sumens eum cinxit se: vt potuit: et cooperuit partem necessariam sui corporis: respiciensque zozimam ait ad eum. Quid tibi visum fuit peccatricem mulierem videre: aut quid querens cognoscere tot tibi imposuisti labores? Ille vero genua flectens: obsecrabat vt benedictionem ab ea acciperet: illaque humo prostrata vicissim adorabat eum. Erant ergo vtrique prostrati in terram inuicem se adorantes: et rogantes alterutrum initium facere benedictionis. Nulla vero penitus audiebatur vox: nisi tantummodo benedic pater et vicissim: benedic me domina benedic. Dum autem diu in hoc persisterent: respondit mulier dicens. Abba zozima. tibi magis concessum est benedicere atque orare: eo quod sacro honore presbyterii fungeris: plu resque annos sanctis assistis altaribus bene sanctis orationibus mente repleta. Hec audiens zozimas: amplius terretur atque stupens ait. Certe video mater quod omnino spirituali gratia sis repleta: quam nomen et officium presbyterii designasti in me: quem nunquam vidisti. Spiritualis enim gratia non propter ordinem vel dignitatem tribuitur: sed magis ex bonis operibus et deo dignis actibus acquiritur. vnde et per dominum adiuro te: vt prius a te benedictionem accipiam tuaque oratione perfrui merear. Consentiensque vero sermonibus senis: mulier respondit. Benedictus dominus redemptor animarum nostrarum: zozimas autem respondit. Amen. Moxque erecti ambo de terra ait seni mulier. Rogo te pater quid ad me peccatricem venire festinasti? Aut quid nudam et ab omni bono opere infirmam cernere voluisti mulierem? Zozimas respondit. Non hoc tantum voluntatis mee fuit: sed diuine dispensationis munus nos fecit vtrosque videre. Respondit mulier. Si vt asseris per diuinam dispensationem actum est rogo te: vt mihi pater conuersationem humani generis: quomodo sint reges vel pastores ecclesiarum narres: zozimas respondens ait ad eam. Multifaria relinquens breui sermone dicam mater: quod dominus noster iesus redemptor noster: et omni populo suo firmam pacem concedere dignatus est. Sed rogo te vt deprecceris deum pro totius ecclesie stabilitate: simulque pro peccatis meis. Respondit mulier ad eum. Oportunum est et valde necessarium te abba zozima qui habitu et sacerdotali ornaris officio: pro omnibus atque pro me peccatrice orare deum: quoniam in hoc vocatus es: tamen propter preceptum tuum obedire cum omni virtute deo: et orabo deum sicut petisti licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orientem: manusque erexit in celum cepitque silenter orare: ita vt tantum labia mouerentur: et vox eius penitus non audiretur. Unde senex nullum verbum orationis intelligere potuit. sed hoc sibi testem deum adhibens dicebat: quia dum prolixam mulier faceret orationem: vidit eam in loco in quo stabat orans suspensam in terra in aere: quasi vnius cubiti mensura Qua visione magno comprehensus timore: et cadens cepit sudoribus inundare: stupore comprehendi: admirationibus estuare: nihilque aliud dicere poterat nisi tantummodo kyrieleyson Dum hec agerentur: cepit senex magna dubietate anhelare: ne forte spiritus esset fantasie: fingens orationem. Moxque conuersa mulier confortauit eum dicens. Quid te abba cogitationes tue perturbant: scandalizare in me quia spiritus sum: et fictam facio orationem? Satisfactus esto: peccatricem me esse mulierculam: que tamen sa

tro sum circundata baptismate: ⁊ spiritꝰ fan-
tasie non sum: sed fauilla ⁊ cinis: ⁊ totum ca-
ro: ⁊ nihil spiritalis fantasie aliqñ vel ad men
tē reducēs. Hec dicēs: signo crucis signat frō
tem suā oculos ⁊ labia: simulqꝫ pectori vexil-
lū crucis infigens: ita dixit. Abba zozima deꝰ
de aduersario ⁊ de immissionibꝰ eius liberet
nos: qm̄ sup nos mlta est inuidia eiꝰ. ¶ Hec au
diens senex ꝓstrauit se ⁊ appꝛehēdit pedes eiꝰ:
dicēs cū lachrymis. Obsecro te per dñm nr̄m
iesum xp̄m: verū deū ⁊ hominē: qui de virgīe
maria nasci dignatus est: pro quo nuditatē su
stines istā: ꝑ quo has quoqꝫ carnes affligēs
expendisti: vt nihil abscōdas a me: que sis et
vnde vel quando ob quam occasionem solitu-
dinem hāc inhabitasti: sed omnia que circa te
sunt edicito mihi: vt dei magnalia facias ma-
nifesta. Sapientia em̄ abscondita ⁊ thesaurꝰ
occultus: que vtilitas in vtrisqꝫ? Dic mihi om
nia propter deum: nec enim pro gloriatione
aliquid dicis aut ostensione: sed vt mihi satis-
facias peccatori et indigno. Credo enim deo
cui viuis: et cum quo couersaris: quoniaꝫ ob
huiuscemodi rem directus sum in hanc solitu
dinem: vt ea que circa te sunt deus faciat ma-
nifesta. Non em̄ nostre virtutis est iudicijs re
sistere dei. Nisi fuisset acceptabile christo deo
nostro manifestare te: et qualiter decertasti:
nec teipsaꝫ permiserat vidi ab aliquo: nec me
confortaret tantam properare viam: nusq̄ va
lentē progredi: aut de cellula mea procedere
Hec eo dicente: sed ⁊ alia plura: eleuans eum
mulier dixit. Uere abba erubesco dicere tibi
actuū meorum turpitudinem: tam quia vidi-
sti nuduꝫ corpus meum: denudabo tibi et ope
ra actuum meorum: vt cognoscas quante tur-
pitudinis atqꝫ luxurie cōfusione ⁊ obprobrio
repleta est anima mea. Non enim: vt tu ip̄e cō
siderasti: ꝑpter aliquā meam gloriam que cir
ca me sunt: pronuncio. Quid enim potero glo
riari que diaboli vas fui: electionis auteꝫ effe
cta? Scio autem quia si cepero narrare ea q̄
sunt de me: fugies a me quēadmodum quis
fugiat a facie serpentis: auribus non sustinēs
audire ob inexpedibilia que sum operata. Di-
cam tamen nihil negans: sed verius referam:
supplicans te prius vt non deficias orare ꝑ
me: vt misericordiam inuenire merear in die
iudicij. Et senex suffusus lachrymis flebat.
Tunc cepit narrare ea que de se erant ita di-
cens. Ego pater patriam habui egyptum: pa-
rentibus autem meis viuentibus: duodecimū

etatis gerens annū: affectum illoruꝫ spernēs
in alexandriam veni. Et quomodo virginita-
tem meam in primis violauerim: ⁊ qualiter in
desinenter ⁊ insatiabiliter vitio libidinis sub
iugata iacuerim: erubesco cōsiderare: hoc em̄
non breue est dicere: citius tñ dicaꝫ: vt cogno
scere possis insatiabilē vitij mei ardoreꝫ: quē
in amorem stupri habui. Decē ⁊ septē ⁊ eo am
pliusannis publico astans loco: pessimū mei
corporis exercebā negocium: tradens volen-
tibus irrecusabiliter carnis mee pudorem: re
pellens a me omne acquisitionis lucrū. Unū
tantū mihi erat lucrū: luxuriosam acquirere
vitam. Nam ludus ⁊ ebrietatum nimietas mi
hi ꝓ thesauris videbantur. Multotiens obla
ta recusabam: vt amplius acquirerem pessimi
mei desiderij amicos: ⁊ hoc nō quasi locuples
faciebam: sed egestatē ꝓ diuitijs reputabam.
Unus vero mihi ⁊ magnus erat desiderij ar-
dor: ꝓcelatis cōuiuijs risibus atqꝫ iocis insi-
stere: ⁊ diebus ⁊ noctibus pessimaꝫ corporali
nature iniuriā irrogare: hm̄oi em̄ obscenis et
maculosis operibꝰ: mee iuuentutis expendidi
vitam. Hoc modo mihi viuenti: vidi aliquan-
do libyorum ⁊ egyptioruꝫ multitudinē: cōcur
rētē quasi ad mare: reppiqꝫ aliquē ⁊ interro-
gaui dicens. Ubi putas festinant isti viri qui
currunt? Dixit aūt mihi. In hierosolymā oēs
ascēdūt ob sancte crucis exaltationē: que post
aliquot dies solito celebratur. Dixi autem ei ⁊
ego. Putas suscipient me: si voluero abire cū
ipsis? Et ille dixit. Si habueris naulū nullus
te prohibebit. Dixi ei. Uere frater nauluꝫ vel
sumptū nō habeo: vadā aūt ⁊ ascendā in vnaꝫ
nauiū quā cōduxerunt: ⁊ licet noluerint enu-
trient me. memetipsam eis tradā: nā corpus
meū in ꝑtāte habētes ꝓ naulo accipiant. Pro
pterea aūt cū eis volui ambulare (abba igno-
sce) vt mltos haberē cooꝑatores in libidinis
passiōe. Dixi tibi mi senex ⁊ mi abba ignosce
mihi: nec me confusionē meā dicere cōpellas
Cōtremisco deniqꝫ: maculaui em̄ ⁊ te: ⁊ ip̄m
aerem isti sermones mei. Zocimas aūt terraꝫ
lachrymis infundēs respōdit ei. Dic o mater
mea ꝑpter deum dic: ⁊ ne permittas sequētia
salutifere narrationis. Illa auteꝫ adiungens
priori narrationi addidit hec. Ille aūt adole-
scens sermonū meoꝝ audiens scurrilitatem ri
dens discessit. Ego aūt fusuꝫ quē manu tene
bā ꝓijciens: hunc em̄ post tp̄s cōueniebat me
tenere: cucurri ad mare vbi illos perspexi cur
rentes: et vidi iuuenes aliquos stantes in lit-

tore: numero quasi decem: satis corpore acerrimos: et ad id quod mihi erat placabile optimos visos. Erant aūt et alij qui iam in naues ascenderant. Impudenter aūt vt mihi consuetudo erat: et irreuerenter in medio eo⁊ me dedi dicens. Accipite et me vobiscum quo pergitis: non enim ero vobis implacabilis. Sed et alios sordidiores pferens sermones: oēs ad irridendum cōmoui. Illi autem inerubescentem motū meū videntes: accipiētes me in nauiculā portauerunt. Exinde aūt nauigationē cepimus. Que aūt post hec acta sunt: quō tibi enarrare potero pater? Que lingua dicere potest aut auris audire ea que nauigio vel in itinere facta sunt: quō etiā nolentes ad peccādū miseros compellebā? Nō est enarrabilis neqꝫ sima spēs: cui⁹ magistra sum infelicib⁹ effecta sceleribus. Ergo nunc satisfactus esto: quia stupeo quō mearum iniquitatū luxurias mare illud sustinuit: quō non aperuit terra os suū et in infernū me viuentē demersit: que tātas in laqueū duxi aīas. Sed pfecto deus qui nemiē vult perire: sed oēs saluos fieri: expectauit penitentiā meam. Non eī vult mortē peccatoris: sed longanimiter expectat: sustinens conuersationē. Sic nāqꝫ cum magna festinatione ascendimus hierosolymā: et qꝫtos quidē dies sancte crucis festiuitatem in ciuitate cōmorata sum: similibus vacui nequissimis operibus: magisqꝫ prior ib⁹. Non enim sufficiēs fui iuuenibus mecū in naui luxuriantibus et in itinere: sed et alios multos peregrinos et ciues in opus sceleris mei congregans coinqnaui seducens. Quando autē venit sancte exaltationis preciose crucis festiuitas: ego quidem sicut et prius preibam: iuuenū illaqueās et capiens animas. Vidi autē primo diluculo omnes ad ecclesiā vnanimiter concurrentes: abij et ego currens cum pperantibus: et veni cum illis in atrium templi. Et cū venisset hora exaltationis dnīce crucis: impingebam et impingebar: repellebarqꝫ quodāmodo festinans ingredi cum populo conanter vsqꝫ ad ianuam templi: cū his q ingrediebant tamē cū magna laboris tribulatione appropinquabā et ego infelix: Cū aūt ianuā ingredi volebā: illi quidē oēs sine impedimēto ingrediebāt: me aūt diuina aliqua virtus phibebat: non indulgens introitum. Mox igit repulsa eijciebar foras: et eiecta sola inueniebar i atrio stās Considerās aūt per muliebrē impotentiā mihi hoc euenire: iterū me alijs miscēdo vim mibi quodāmodo faciendo introeundi: sed nimirum laborabam inuacuū. Ut eī limina vestigio contingebam: oēs interius respiciebantur nullū impedimentū habentes: me aūt solā non recipiebāt: sed quasi multitudo militaris effecta: vt ingredienti mihi aditū clauderet: ita me repentina virtus quedam prohibebat: et iterum inueniebar in atrio. Hec ter et quater passa: et facere conans: et nihil pficiens: desperans de cetero: et amplius nusqꝫ pgredi valens factū quippe fuit corpus meū a vi cōprimētiū valde confractū. Recedens itaqꝫ inde in angulo atrij constiti: et vix aliqū quā ob cām phibebat videre viuificū lignū in cogitationē reduxi. Tetigit eī mentē et oculos cordis mei intellectus salutis: recogitans quia squalida actuū meo⁊ scelera mihi introeundi aditū obseruabāt. Cepit igitur flens nimiū conturbari: et pectus meū tōdere atqꝫ suspiria de pfundo cordis pferens: gemens et eiulans pspexi in loco in quo stabam: sursum imaginē sancte dei genitricis stātem: et aio ad eā intende et inclināter intendens. Domina virgo sancta maria: que deum verū fm carnem genuisti: scio enim scio: quia non est concedens nec opportunum: sic horridā me et peccatricem adorare sacrā imaginem tuā: vel contēplari oculis tātis sordibus pollutis: que semper virgo esse dinosceris: et casta: q corpe et aīa mūda existis: et imaculata. Iustū est eī luxuriosā me a purissima castitatis tue mūdicia: abhominari et pijci. Tū quoniā vt audiui: ob hoc deus homo factus est: quē ipsa digna genuisti: vt peccatores vocaret ad penitentiā: adiuua me solitariā: et nullum hntem adiutoriū: pcipe: et mihi licentiā tribue ecclesie patefactum ingredi aditū. Non efficiar aliena a visione preciosissimi ligni: in quo affixus de⁹ hō quem virgo cōcipiens ipsa virgo peperisti: qui ppriū sanguinē pro mea dedit liberatiōe. Iube dnā: et mihi indigne ob diuine crucis salutationē ianuā templi patefieri: et te ex te genito xpo dignissimā da fideiussorē: qꝛ nunqꝫ vltra meā carnē coinquinabo per horrenda cōmixtionū ludibria: sed mox vt filij tui virgo sctā videro lignū: seculo et actib⁹ eius cū oibus q in eo sunt statim renuncio: et continuo egrediar vbicūqꝫ ipsa et fideiussor me direxeris. Hec dicens: et qsi aliquā satisfactionē recipiens fidei succensa calore: et de pietatis viscerib⁹ dei genitricis presumens: moui me de eodē loco: in quo stans feci orationē: et veniens iterū ingredientibus

me miscui: et vltra non erat qui me repelleret: vel qui prohiberet appropinquare me ianuis templi. Accepit ergo me tremor validus et extasis: et tota et omnibus tremebūda turbabar. Itaqꝫ coniungentem me ad ianuā: cuius mihi aditus primo claudebatur: quasi omnis virtus: que prius ingredi me prohibebat: post autem viam ingrediendi pararet: ita absqꝫ impedimēti molestia introiui: et sic intra sancta sanctorum recepta sum: et preciosi ac viuifici crucis ligni adorare mysterium digna habita sum: et tunc vidi dei sacramenta: et qualiter est paratus suscipere penitētes. Tunc proijciens me pronam in terram: et sanctū illud osculans pauimentum exibam. Currens aūt ad illam que me fide duxi veni restans. Coniunxi me igitur in illum locum vbi fide dictionis cōscriptum est cirographum: et genu curuās corā imagine sctē virginis dei genitricis: his p̄cata sum verbis. Tu quidē semper o benignissima dn̄a tuā ostendisti pietatis misericordiam: tu indignā supplicationem non despecisti: vidi gloriam quā peccatores merito non videmus. Gloria omnipotenti deo: qui per te suscipit pctōrum penitentiā. Quid amplius peccatrix et misera valeo recordari aut enarrare? Tempus est iam implere quā fidem dixi dictioni tue placitam. Nunc vbi tibi complacet dirige me. Esto mihi salutis ducatrix: et vitatis magistra: precedēs me in viam que ducit ad penitentiam. Et hec dicens audiui vocem alicuius a longe clamātis et dicentis. Iordanē si transieris bonam inuenies requiē. Ego autem hanc vocem audiēs et pro me factam credēs lachrymans exclamaui: et ad dei genitricis imaginem prospiciens sic vociferata sum. O dn̄a et regina totius orbis per quā humano generi salus aduenit: noli me derelinquere. Et hec dicens de atrio tēpli sum egressa: et festinanter ambulabā. Exeunte aūt me vidit me quis: et dedit mihi tres nūmos dicens. Accipe hos nūmos. Ego autē accipiēs: tres ex eis panes comparaui: et hos accepi bn̄dictōi mei itineris cōgruos. Interrogaui aūt eum qui panes vendebat. vnde et q̄lis via esse noscitur que ducit ad Iordanē. Et cognoscēs portam ciuitatis q̄ in illa parte pergit: currēs iter agebam plorans. Interrogationi autem interrogationem annectens: reliquū diei consumpsi iter prosperans. Erat enim hora diei iam tertia: quando preciosam et sanctam crucē videre merui. Et sole iam ad occasum declinante: ecclesiam beati Iohannis baptiste positā iuxta Iordanem conspexi: et in eodem templo ingressa adorans: continuo in Iordanē descendi: et ex illa sancta aqua: manus et faciem laui. Cōmunicaui autem viuifica et intemerata xp̄i dn̄i sacramēta: in eadem sancta precursoris et baptiste Iohānis basilica: et tunc vnius panis medietatē comedi: et ex aqua bibi noctu in terra quiescens. Lucescente crastino in partē aliā trāsiui: et iterum petij ductricem meam virginem mariā: vt mihi dirigeret vbi ei placitū esset. Deueni aūt in hanc solitudinē: et a tunc vsqꝫ hodie elongaui fugiens: expectans deum meū: qui saluos facit a pusillo animo et procella eos qui conuertuntur ad ipm. Zozimas aūt dixit. Quot anni sunt o dn̄a: ex quibus hāc inhabitas solitudinē? Respondit mulier. Quadraginta septem anni sunt: vt considero: ex q̄ de sancta ciuitate egressa sum. Dixit aūt Zozimas. Et quid inuenire ad esum potuisti o mi dn̄a? Respondit mulier. Duos semis quidem panes deportans: Iordanem transmeaui: qui post modicum arefacti quasi lapides obdurauerunt: ex quibus modicū quid vsqꝫ ad aliq̄s annos comedens transegi. Dixit autem Zozimas. Et sic absqꝫ dolore transisti tanti tēporis longitudinē: nihil repentine mutationis cōturbātis te sentiens calorē? Et illa dixit. Rē nunc me interrogas quam dicens valde contremisco. Si ad narrationem venero tantorum q̄ sustinui periculorum: et cogitationū que inique conturbauerunt me: timeo ne iterum ab eisdē tribulationem patiar. Dixit Zozimas. Nihil relinquas o dn̄a qd̄ nō indices. Semel enim in hoc te manifestā cognouimus: per ordinē oia te indiminute oportet nos edocere. Illa autē dixit ei. Crede abba decem et septē annis feris immansuetis et irrationabilibus reluctans desiderijs: dum cibū initiabā desiderio mihi erāt carnes: concupiscebam pisces quos egyptus habebat: desiderabā etiā vinū delectabile mihi. Multum enim delectabar in vino: et superabundantius vsqꝫ ad ebrietatē bibebam: et nunc mihi erat valde in desiderio: eo q̄ multum vterer dū essem in seculo. Hic aūt inquā oīno gustādi non habens vsum vehemētissime vrebar: et sustinebam necessitatis periculū. Fiebat aūt mihi et de luxuriosis canticis nimiū desideriū perturbans et reducens ad memoriā demoniorum cantica decantare que in seculo dedíceram. Mox autem lachrymans et pectus meum manu percutiens: meipsam ad memoriam deducebam de conuenienti fide dictionis quam fece

rā: egrediens cōtra hāc solitudinē. Veniebā autē per cogitionē ante imaginē dei genitricis Marie: q̄ me in fide sua suscepit: ꝛ añ illā plorabam vt effugaret a me cogitationes: que miserrimā meā animā affligebāt. Qñ autem superflue dolenterq; lachrymabar: ꝛ viriliter pectus meū tundebā: tūc videbā lumen vndiq; circūfulgens me: ꝛ serenitas mihi quedā stabilis mox fiebat. Cogitationes aūt q̄ ad fornicationē iterum iterūq; copellebant me: quō tibi enarrare possum Abba ignosce. Ignis intus infelix corpus meū nimis succendebat: ꝛ totam me per oīa exurebat: ꝛ ad desiderium cōmixtionis tradebat. Dum mihi ergo talis ascēderet cogitatio ꝓsternebā meipsam in terrā: ꝛ lachrymis terrā infundēs: ipsam mihi veraciter astātē vidēbā: que me in fide dixerat: minātē mihi compellatione quasi p̄uaricāti: ꝛ penas p̄uaricatiōis īminētes ira mucronis contra me agentē. Non aūt añ surgebā de terra: nisi prius illa dulcissima lux illuminaret me solito: ꝛ cogitationes ꝑturbantes me effugaret. Semp̄ itaq; cordis mei oculos ad illā fideiussorē meā sine cessatiōe erigebā: dep̄cans eā auxiliari mihi in hac solitudine: ꝛ penitentie habui adiutricē ꝛ coadiutricē ipsā: q̄ genuit castitatis auctorē: ꝛ sic decē ꝛ septem annoꝝ curriculū piculis multis: vt dixi: reluctans vsq; hodie adiutoriū meū dei genitrix mihi astitit virgo benedicta: per oīa ꝛ in oīb⁹ me dirigēs. Dixit aūt zozimas. Non exhibuisti cibum aut vestimentū? Et illa dixit. Panes quidem illos: sicut dixi: expendēs per decem ꝛ septem annos: deinceps nutriebar herbis que inueniebātur per solitudinem. Indumentum aūt quod habui trāsmeato Iordane nimia vetustate scissum ꝛ consumptū est. Multā autē glaciali frigore estusq; ardore necessitatē sustinui: concremata estus incendio: ꝛ nimio frigoris gelu rigescens corpore ꝛ tremens: multotiens ꝛ in terram cadens: pene absq; spū iacebā immobilis: multis ꝛ diuersis necessitatib⁹ ꝛ temptatioīb⁹ īmensis eluctans: ꝛ ab illo die vsq; ad hanc: virtus dei multis modis aīam ꝛ corp⁹ meū custodiuit. Recordans em̄ de qualibus malis liberauit me dñs: esca enim trior inconsūmabili: ꝛ satietatis possideo epulas spem salutis mee. Nutrior aūt ꝛ cooperior tegmine verbi dei: qui continet omnia. Non in solo pane viuit homo: ꝛ nō habentes operimentum petre circūdate sunt tegmine. hij qui se peccati expoliauerunt tunicā. Audiens autem zozimas quoniam scripturarum testimonia proferebat ex libris: Moysi videlicet heli Iob siue psalmorum: dixit ad eam. Psalmos o mater didicisti vel alios libros sacre scripture legisti? Illa autem hoc audiens subridēs dixit ad eum. Crede mihi pater nō vidi hominem ex quo Iordanem transiui: nisi te hodie: sed neq; feram aut aliud animal qualecunq;: exquo in hanc deueni solitudinem. Litteras autem nunq̄ alicubi didici: sed neq; psallentē neq; legentem aliquē auscultaui. Sermo aūt dei viuus ꝛ efficax est: intellectū intrisec⁹ docens humanum. Hucusq; finis eoꝝ que in ea sunt. Nunc autem obsecrans q̄so te ꝑ incarnationē verbi dei: vt ores ꝑ me luxuriosa. Et cū hec dixisset: cucurrit senex ꝛ genuflexo in terram prosternens cum lachrymis: exclamauit dicens. Benedictus deus qui fecit mirabilia magna solus gloriosa ꝛ vehementer stupēda: quibus non est numerus. Bñdict⁹ es dñe ds qui ostendisti mihi q̄nta largiris timētibus te Vere enim non derelinquis querentes te dñe. Illa aūt apprehendens senē non permisit in terrā ꝑfecte ꝓsterni: sed dixit ei. Hec que audisti hō obtestor te per dñm nrm ihm xpm saluatorē nostrū: nemini dixeris: quoadusq; de⁹ de vinculo carnis absoluat me. His omnibus acceptis vade in pace: et iterum hoc eodem tēpore transeunte anno apparebo tibi: ꝛ videbis me dei nos gubernante gratia. Fac autem propter dominū quod nunc tibi iniungo. In sacris ieiunijs recurrentibus anni futuri nō transeas Iordanem: vt consuetudinem habetis agere in monasterio. Stupebat autem zozimas audiens quoniā ꝛ canonem siue regulam monasterij edicebat: nihilq; aliud clamabat: nisi gloriam deo: qui maiora q̄ petitur diligentibus se largitur. Illa autem dixit. Sustine: vt dixi: abba in monasterio neq; enim ꝛ si volueris: exire quoq; valebis. Vespere autem sacratissime dominice cene accipe diuini corporis: ꝛ viuifici sanguinis portionem in vase sacro: dignoq; tanti mysterij: ꝛ afferens sustine me in pte Iordanis que coniungit seculo: ꝛ veniens viuifica accipiam dona. Exquo em̄ in eccl'ia beatissimi p̄cursoris ꝑusq̄ trāsirē iordanē cōicaui: deīceps vsq; nunc nūq̄ cōicaui: nunq̄ vsq; nūc scificatiōis huius vsa sum sacris: ꝛ ideo dep̄cor: dep̄cationem meā nō negligas: sed affer: vt dixi: viuifica atq; diuina mysteria: ea hora q̄ dominu⁹ discipulos diuine cene participes fec. Iohanni autē abba

ti monasterij: in quo habitas: dicito. Attende tibiipsi & gregi tuo: aliqua enim fiunt ibi digna emendatione: sed nunc nolo te ea sibi edicere: sed quando tibi precepit dominus. ¶ Hec dicens & oratione a sene postulans: ad interiorem sollicitudinem velocius festinauit: zozimas autem prosternens se osculabatur terre locum in quo eius vestigia steterant: dansque gloriam deo: & immensasque gratias agens recursus est laudans & benedicens dominum nostrum iesum christum. Iterum ergo remeans per viam solitudinis coniunxit se fratribus in monasterio: eo tempore quo reuerti consueuerant hi qui ibidem morabantur. Et totum quidem annum illum tacuit: nihil audens ex his que viderat enarrere. in seipso autem deprecabatur deum vt iterum ei ostenderet desiderabilem vultum. Suspirabat autem annualis cursus considerans tarditatem. Quando ergo aduenit sacra ieiuniorum initiata dominica: morem post solitam orationem alij quidem psallentes exierunt ipse autem modica febris infirmitate detentus mansit intus in monasterio. Recordatus est autem zozimas sancte illius predictum sibi sermonem: quia neque volens exire valebis. Aliquantis autem elapsis diebus ab infirmitate subleuatus: in monasterio conuersabatur. Quando autem monachi sunt reuersi & coniuncti vespere sacrate cene dominice: fecit quod ei iussum fuerat: et mittens in modico calice intemerati corporis christi portionem: & preciosi sanguinis domini nostri ihesu christi posuit in canistro caricas modicas & palmarum fructus. i. dactilos: & parum lenticule aquis infuse: & venit tarde hora iam vespera: & ad littus Jordanis sedebat: aduentum postulans sancte mulieris. Beatissima autem illa tardante zozimas non dormitauit: sed sollicite attendebat solitudinem sustinens quod videre desiderauit. Dicebat autem senex in semetipso: Nunquid veniens non me inuenit: et reuersa est? Hec dicens flebat: & oculos eleuans in celum suppliciter deum deprecabatur dicens. Non me alienes domine videre iterum quam videre me tribuisti: non vadam vacuus peccata mea portans in increpatione. Hec orans cum lachrymis alia in eum cogitatio incidit. Quid inquit etsi venerit faciet? Quomodo transiet Jordanem: quia nauicula non est? Qualiter autem ad me indignum perueniet? Heu me infelicem: heu quis me tam iuste speciei alienauit? Hec sene cogitante: & ecce illa sancta aduenit: & in parte alia fluminis stetit: zozimas autem videns eam surrexit gaudens & exultans nimis: glorificans deum. Luctamen autem certaminis in eius fluctuabat cogitationis intentione: quia non potest iordanis transire fluenta. Et respiciens iener: vidit eam vexillo crucis aquas Jordanis signantem. Totius tunc noctis tenebras splendor illuminabat lune: quia tempus recursus illius tunc erat. Statim autem vt signum crucis impressit ascendit super aquas & ambulans super liquidum equoris fluctum veniebat quasi per solidum iter: zozimas autem stupens & genua flectere nitens: clamans desuper aquas mulier prohibuit eum dicens. Quid facis abba: quia sacerdos dei es & diuina portas mysteria? Qui statim obediuit dicenti. Illa autem descendens de aquis dixit seni. Benedic pater benedic. Ille autem cum magna festinatione respondit Stupor enim nimius inuaserat eum: in tam glorioso miraculo: & dixit. Vere non mentitur deus qui pollicitus est sibi similes esse eos qui semetipsos purificant. Gloria tibi domine iesu christe deus noster: qui ostendisti mihi per hanc ancillam tuam: quantum mee considerationis inferior sum mensura vere perfectionis. ¶ Hec dicente postulauit mulier sanctum dicere symbolum: & sic dominicam incboare orationem. Et expleto. Pater noster qui es in in celis. sicut mos est: pacis osculum obtulit senior: & sic viuifica mysteriorum sanctorum suscipiens dona extensis in celum manibus & ingemiscens cum lachrymis ita clamauit dicens. Nunc dimittis ancillam tuam domine secundum verbum tuum. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et dixit seni. Ignosce abba: & aliud petitionis mee imple mandatum. Vade nunc ad monasterium dei pace gubernatus. Post recursum autem anni aduenientis: iterum veni in illum torrentem in quo tecum prius sum locuta: prorsus non omittas quin venies: & videbis me iterum qualiter deus voluerit. Ille autem respondit ad eam. Vtinam esset possibile nunc tua sequi vestigia: & tui preciosissimi vultus visione perfrui. Oro mater vt vnam senis petiunculam facias: & modicum cibi ex eo quod huc attuli digneris accipere. Et hec dicens: ostendit ei quod secum detulerat canistrum. Illa autem extremis digitis lenticulam contigit: & tria tollens grana proprio intulit ori: sufficere dicens gratiam spiritus: vt custodiret anime substantiam immaculatam. Tunc dicit seni. Ora pro me dominum: & mee infelicitatis memor esto. ille pedes eius sanctos contingens: cum lachrymis deprecabatur vt oraret pro ecclesia et imperio & pro se: et dimisit abire flens & eiulans. Non enim audebat eam multum detinere: que nec si vellet poterat detineri. Illa

autem iterum crucis impressione Jordanez signans ascendit ambulansqz super liquidum iordanis elementum transiuit sicut antea veniens fecerat. Senex autem reuersus et gaudio et timore nimio repletus: semetipsum reprehēdebat penitēs qz nomē sancte vt cognosceret non inquisiuit sperabat tamen hoc aduenienti consequi anno. Transacto aūt eodez anni cursu: venit iterum in vastam deserti solitudinem. Expletis oībus scdm cōsuetudinez festinās ad illā gloriosam visionē intuendā: perambulansqz solitudinis iter: et inueniens aliqua cupiti loci indicanda signa: dextra leuaqz aspiciens: intuitumqz oculorum deducens: lustrabat vbiqz sicut scientissimus venator: sicubi suauissimā repertā cōprehenderet feram. Cū vero nullo mō aliquid quaqz versuz cōspiceret: cepit seipm lugens infundere lachrymis. Tunc eleuans oculos orando dicebat. Ostende mihi dñe in corpore angelū: cui totus cōparari nō dignus est mūdus: hoc orādo venit ad locum qui in similitudinez fuerat designat9 torrētis: et in extremo ei9 stās vidit corpus sancte mortuum iacēs: et manus ac pedes vt oportet compositas: ipsumvero corpus ad orientē aspiciens. Currens igitur lachrymis lauit beatissime pedes: nō ei aliud corporis ei membrū audebat contingere. Lachrymās autem aliqzdiu et psalmos dicēs: tēpori et rei congruentes fecit sepulture orationē et dicebat sibiipsi. Forsitan nō cōplacet sancte hec fieri. Hec eo cogitāte: designata scriptura erat. in terra vbi hec legebantur. Sepeli abba zozima: misere marie corpusculū: et redde terre quod suum est: et puluerem adijce pulueri. Ora tamen pro me ad dñm. Transiente mense parmenothi secundum egyptios: qui est secundum Romanos aprilis: die nona nocte. i. quinto idus aprilis salutifere passiōis: post diuine et sacre cene cōionē. Has litteras senex cum legisset: cogitabat quidez prius: quisnaz esset qui scripsit: illa eni vox vt dixerat litteras ignorabat: in hoc tamen valde exultās gaudebat: quia eius sanctum didicit nomen. Cognouit vero quia mox vt diuina mysteria in Jordane participauit: eadem hora in locum illuz venit: vbi mox de hoc mundo transijt: et idem iter quod zozimas per viginti dies ambulans vix consummauit laborans: vnius hore cursum Maria consumpsit: et statim migrauit ad dñm. Glorificans autem dominū zozimas et lachrymis corpus eius infundens: tempus est inquit miser zozima: quod iussum est perfice. Sed quid faciam infelix: quia vnde fodere valeā non habeo. Deest sarculus: non est rastrum: nihil ex omnibus pre manibus habet. ¶ Hec eo in corde suo dicente secrete modicū cōspexit lignū iacens. quod assumēs cepit fodere. Valde aūt dura erat terra et valde fortissima: et nequaqz valebat senex fodere illā: quia et ieiunio confectus et longi itineris fatigatione nimis erat defectus. Laborabat eni et suspirijs nimijs vrgebatur: et sudoribus madefactus ingemuit grauiter: et ipso cordis sui profundo. Et respiciens vidit ingētis forme leonem: iuxta corpus sancte stantem: et ei9 plantas lambentem. Uidens autez pauore cōtremuit: pre pauore grādissime fere illi9: precipue: quia audierat sanctam dicentem: qz nūqz aliquā ibi ferā viderat. Signo aūt se crucis confirmauit vndiqz credens quia illesum euz custodire valet virtus iacentis. Leo autem cepit annuere seni: blandis eum motibus salutās: zozimas autem dixit. Qm̄ a deo missus venisti o maxime ferarum: vt huius dei famule corpus terre cōmēdetur: opus exple officij. Et iussit leonē sepelire eius corpus. Ego eni inquit senectute confectus non valeo fodere: sed nec congruū quid habeo ad opus exercendum: et iterum itineris tāti longitudinē ꝑperare non valeo vt afferam: tu diuino iussu hoc opus cū vngulis facito: vt cōmendetur terre hoc sanctum corpusculū. Continuo autē iuxta senis sermonem: leo cum brachijs et vngulis suis fecit foueam: qꝫtum ad sepeliendum sancte corpusculum posset sufficere. Senex vero lachrymis pedes eius abluens et multipliciter effusa prece exorans pro oībus eam nūc amplius exorare: operuit terra corpusculum astāte leone: sicut repererat nudū: et nihil aliud habens: nisi illud scissum vestimentum quod ei iam antea proiecerat zozimas et quo vestimento necessaria corporis membra contexerat: Tunc recedunt pariter: et leo quidem in interiora solitudinis quasi ouis mansueta discessit. Zozimas autem reuersus est in monasterium suum: benedicens et sanctificans deum: et hymnū laudis decantans xp̄o dño nostro. Ueniens autem in cenobium: fratrib9 ab initio cuncta retulit: nihil abscondens et omnibus que vidit et audiuit: ita vt omnes audientes magnalia dei: nimio stupore admirarentur: et cum timore et amore magnaqz fide celebrarent beatissime huius transitus diem.

¶ Joannes autem abbas inuenit quosdã emẽdandos iuxta sancte illius sermonẽ: ⁊ hos miserante deo conuertit. Zozimas autem in eodem degens monasterio: impleuit annos centum: ⁊ tũc migrauit ad dñm in pace: grã dñi nr̃i iesu xp̃i: cui est cũ coequali patri gloria ⁊ honor: ⁊ imperiũ: vna cũ sancto viuificatore ⁊ adorãdo spũ: nũc ⁊ semꝑ in scl̃a scl̃oꝝ. Amẽ.

¶ Finit vita beate Marie egyptiace.

¶ Incipit vita sctẽ Marine virginis.

Fuit frater quidam secularis: habens vnicã filiaʒ ꝑuulã. Ipse vero conuerti cupiẽs cõmendauit eam cuidam parenti suo: ⁊ in monasteriũ: quod longe erat a ciuitate ꝑ miliaria trigintaduo: ⁊ ingressus perficiebat opꝰ monasterij: ita vt abbas eius plusq̃ ceteros q̃ in monasterio erant eum diligeret: eo q̃ fidelis esset et obediens. Contigit autem post aliquod tempus vt recordaretur charitatis filie sue: ⁊ cepit contristari atq̃ affligi intra se. Et cũ per multos dies hoc faceret: vidit eum abbas eiꝰ tribulatum: ⁊ dixit ei. Quid habes frater: q̃ sic tristis ambulas? Dic mihi: ⁊ deꝰ qui consolatur omnes dabit tibi auxilium. Tunc ille procidens cum lachrymis ad pedes eius ait. Habeo vnum filiũ in ciuitate quem reliqui paruulũ: ⁊ recordatus affligor ꝑpter eũ. Et noluit abbati indicare: eo q̃ puella esset. Abbas vero eius hec ignorans ⁊ nolens eum amittere: q: necessarius erat in mõasterio: dixit ei. Si diligis eum: vade ⁊ adduc euʒ huc: et sit tecum. Et abiens adduxit eam: dicebat̃ aũt marina: ⁊ mutauit ei nomen: ⁊ vocauit eũ marinũ: ⁊ dedit eã ad discẽdas litteras intra monasteriũ: ⁊ erat cũ ea. Et nullus cognouit de fratribus q̃ puella esset: sed vocabant eam omnes marinũ. Et dum esset annorũ quatuordecim cepit eã docere pater suus viaʒ dñi: et dicebat ei: Uide filia vt nullus cognoscat mysteriũ tuũ vsq̃ in finem tuũ: ⁊ sollicita sis ab insidijs diaboli: ne seducaris ab eo: ⁊ istud sãctũ mõasterium ꝑ nos solui videatur: ⁊ in conspectu xp̃i ⁊ coram sanctis angelis eius: cum impijs eternã damnationem accipiamus. Et alia multa docebat eaʒ ꝑ singulos dies de regno dei. Cum aũt facta eẽt annorũ decẽ et septẽ: defunctus est pater eius. Remansit autẽ sola in cella patris sui: ⁊ erat obediẽs oĩbꝰ in monasterio: ita vt ab abbate suo: ⁊ ab oĩbꝰ diligeret̃. Habebat aũt monasteriũ par boum et currũ: aut bigaʒ: q: vicinũ habebat mare vbi erat emporiũ ad tria miliaria: ⁊ ibant monachi: ⁊ afferebant q̃ necessaria erãt mõasterio. Una ergo die dixit abbas ad marinũ. Frater marine: q̃re et tu non vadis cũ fratribꝰ et adiuuas eos? Que rñdit: vt iubes pr̃. Erat autẽ iuxta viaʒ homo manens noĩe pandox: ꝑ quẽ fratres ibant ⁊ reuertebant̃. Et cepit frater marinꝰ frequẽter ꝑgere cũ curru ad opꝰ sibi iniunctuʒ: ⁊ vbi tardior eueniebat hora ad reuertendũ: manebat in domo ipsius pãdocij cũ ceteris monachis. Pandox autẽ habebat filiam virginẽ: ad quam ingressus miles ꝑ insidias diaboli cõcubuit cũ ea: et cõcepit de illo milite: et dũ cognitum fuisset a parentibꝰ eius ceperũt affligere filiã dicentes. Dic nobis a quo concepisti? Respõdit eis. De illo monacho qui dicit̃ frater Marinꝰ: qui hic frequenter cũ curru mãsit: ipse me oppressit: ⁊ concepi. Stati autẽ parẽtes eiꝰ preterũt ad monasteriũ: et dicũt abbati eiꝰ. Ecce dñe abba q̃d fecit monachꝰ tuꝰ Marinꝰ: quõ decepit filiam nostrã. Dixit eis abbas. Quid dicitis? Et iussit eũ vocare. Et veniẽte eo dixit ei abbas suus. Frater Marine tu h̃ scelꝰ opatꝰ es in filiam eoꝝ? Stãs vero diutiꝰ ⁊ cogitãs intra se: ingemiscẽsq̃ dixit. Peccaui pr̃ mi: pñiam ago pro h̃ pctõ: sed q̃so te itercede ꝓ me ad deuʒ: vt hãc pficere possim. Abbas vero ad iracundiam cõmotꝰ iussit eã contũdi ⁊ affligi: et ait. In veritate dico tibi: q: h̃ malũ opatꝰ es: hic nobiscũ nõ manebis in h̃ monasterio. Et ꝓiecit eã foras. Ipa vero nulli vnq̃ ꝯfessa est mysteriũ suum: sed abiens iactauit se ante fores monasterij: ⁊ iacebat sup terram in penitentia affligẽs se: tanq̃ si ipsa peccasset: et ingredientibus fratribus postulabat: vt vna bucella panis ei daretur. Hoc faciẽs per quattuor annos: nõ recessit de foribꝰ monasterij. Pandocis vero filia peperit filiũ masculum: et ablactauit eũ: et adduxit eum mater puelle secuʒ: et posuit euʒ ibi ante monasteriũ: et dicebat ei. Ecce frater Marine: quomodo nosti nutri filiũ tuũ. Et reliq̃t euʒ ibi: ⁊ abijt. Sctã virgo Marina: suscipiẽs eum tãq̃ ꝓpriũ filiuʒ: de ipsa bucella panis quam accipiebat ab introeuntibꝰ monasteriũ nutriebat filiũ alienum. Factum est autẽ hoc: per duos alios annos. Postmodũ vero videntes fratres: misericordia compuncti: ingressi ad abbatem rogare ceperũt: vt eũ reciperet in monasterium: dicentes. Abba idulge: ⁊ suscipe fratrem marinũ.

Ecce quinque anni sunt quod in pñia ante ianuaz monasterij iacet: et nō recessit vnquam hinc. Suscipe eū in pñia: sicut precepit dñs noster iesus xps. Vir aūt coegerunt eū: et iussit ingredi: et vocauit eā ad se: et ait. Pater tu⁹ fuit vir sanctus: qd tu nosti: et puuluz introduxit te in hoc sanctū mōasteriū: et nō est operatus aliqd mali: qd tu cogitasti et fecisti: nec aliqs in hoc sancto monasterio. Nunc aūt ingressus es tu cum filio tuo: quem de adulterio habes: vnde oportet te multum penitere. Grande em̄ peccatum fecisti: et hoc tibi iubeo: vt oēs inmundicias monasterij tu solus facias: et aquā ad necessaria purganda tu portes: et calciariuz oīb⁹ per singulos dies tu perficies: et omnibus seruias. In hoc em̄ habebis gratiam meā. Sācta virgo libentissimo aīo hec suscipiēs omne opus qd ei iussum fuerat: pficiebat. Contigit autem eā intra paucos dies dormire in dominō: euntes aūt fratres nūciauerūt abbati dicētes. Frater Marin⁹ defunct⁹ est: dicit eis abbas. Videte frēs q̄le pctm̄ fuit: quod nec pñiam meruit implere. Sed tamē ite et lauate euz et sepelite longe a monasterio. Euntes aūt dū lauarēt eā cognouerūt: q: mulier esset: et ceperunt oēs emittere voces: et ptundentes se clamabant: q: talis cōuersatio et patiētia sctā inuenta est in ea: cuius mysteriū nullus agnouit: cū sic ab eis afflicta fuisset: et venientes cū lachrymis dicūt abbati. Abba veni: et vide fratrē Marinū: dicit eis. Quid est hoc fratres? Dicūt ei iterum. Veni et vide mirabilia dei: et quid de te agas. Ille territus preiit et venit vsquead corp⁹: et leuātes palliuz: vnde cooperata erat: vidit q: mulier esset. Et mox cecidit: et caput suū pcutiebat in terra: et vociferabat dicens. Cōiuro te p dñm nostrū iesum xpm: ne me cōdēnes ante conspectū dei: eo quod afflixerim te: q: ignorans feci. Tu domina nō dixisti mysteriū tuū: et ego nō cognoui in veritate santam cōuersationē tuā. Si em̄ cognouissez: te nunquam afflixissem. Et iussit sanctum corp⁹ ei⁹ intra monasterium in oratorio reponi. Eadez autem die puella illa cuius fili⁹ erat arrepta a demōio: venit ad monasterium: et confitebatur crimen quod admiserat: et de quo viro concepisset: et septima die repausationis eius in domino: ibi intra oratoriū liberata est a demonio. Audientes autem qui erant in ipō emporio: et vicina monasteria: mirabilia que facta fuerant: accipientes cruces et cereos cū hymnis et canticis: et psalmodia benedicētes deū: venerunt in eodez monasterio: et ingressi oratorium vbi corpus eius requiescebat benedixerūt deū: vbi vsque mō deus orōnib⁹ sancte virginis multa facit mirabilia: ad laudē et gloriā nois dñi: q cū eterno patre et spū sancto viuit et regnat in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit vita sanctissime Marine virginis.

¶ Incipit plogus in vitā sctē Eufrosine virginis: et primo de interpretatione nois eius.

Eufrosina dicitur quasi effra et syna. Effra dicitur videns vel fructifera vel fertilis. Syna dicitur mēsura vel mandatū vel rub⁹ Ipsa enim fuit videns in contemplatiōe: fructifera et fertilis in bonorum operatione: mēsura in temporalium necessitatum perceptione: mandatū scz seruans in obedientie obseruatione: rub⁹ in castitatis germinatiōe. Vel dr eufrosina q̄si eufrosia. Eufrosia aūt ē herba medicinalis: et valet ptra caliginē oculorū. sic eufrosina verbis vita et exemplo docendo: illuminat oculos cordis nostri. Secundum nomen eius est smaragdus. Smaragdus autem est lapis nobilis et viridis pspicuus: et in frigidis regionib⁹ inuenitur. Viriditas significat Eufrosine virginitatē: pspicuitas vite animositatem: regio frigida contra libidinis incentiuū castitatez. Hic lapis flores marcidos ad recentiā pristinā reducit: et recentes cōseruat. Sic eufrosina virgo vnica marcidos peccatores orationibus suis pristine gratie restituit: et bonos ac deuotos hoies in gratia pristina conseruat. ¶ Finit prologus siue interpretatio nois eius. Quā diligēter notandū quod in ista historia sequenti habetur de Paphuncio laico tandē effecto monacho pre btē Eufrosine. Sz supra. xv. d. et ī in hystoria sci Onuffrij .lxxxij. habetur de Paphuncio anachorita.

¶ Incipit vita sancte Eufrosine.

Fuit vir in Alexandria nomine Paphuncius honorabilis omnibus et custodiens mādata dei Hic accepit cōiugē dignā gñis sui et ipa bōestis morib⁹ plena: sz sterilis nō pariebat. Vir aūt ei⁹ nimis fluctuabat: eo quod nō haberet filium: cui omnes facultates suas relinqueret: vt post obitū suū bene et cōgruēter suā substātiā gubernaret. Cōiunx vero indigentib⁹ nō cessabat ministrare: nocte et die ecclesijs dei adherens: et obsecrationibus orans et petens a deo dari sibi filium: maxime vidēs suuz

ctrū nimiū fluctuantē. Multā etiā pecuniā
erogās pauperibꝰ ⁊ oratoribꝰ poscebat imple
ri desiderium suū. Similiter autem ⁊ vir eiꝰ
circuiens: querebat inuenire aliquē hoīem di
gnum deo: qui posset precibus suis effectū de
siderij eiꝰ perficere: ⁊ ita ambulauit ad quod-
dā monasteriū: quia eiusdē monasterij pr̄ ma-
gnus apd deū esse dicebat̄. Illicqȝ ingressus:
⁊ multā pecuniā offerens: multā etiam ab ab-
bate fiduciā: ⁊ ab vniuersis fratribus cōsecu
tus est. Post multū vero temporis: īdicauit ab
bati cām desiderij sui: Qui compatiens illi po
stulauit a dn̄o dari illi fructum ventris ⁊ am-
boꝝ orationes exaudiens deus largitus est il-
li filiā vnā. Videns aūt Paphūcius abbatis
cōuersationē: nunq̄ a monasterio recedebat
vnde coniugem suā introduxit: vt bn̄diceret̄
ab abbate ⁊ a fratribꝰ. Tollentes autē infantu
lā lacte: ⁊ facta annoꝝ semptem baptizata est:
imposueruntqȝ illi nomen Eufrosina. Gaude
bant aūt sup̱ illā parentes eius: quia erat ac-
cepta deo: ⁊ pulchra facie. Facta igitur anno
rū. xij. mater eius migrauit ex hoc seculo. Re
māsit aūt pater eiꝰ erudiens eā litteris ⁊ lecti
onibus: ceteraqȝ huiꝰ mundi sapientia. Puel
la vero tantā excipiebat disciplinā: vt mirare-
tur pater illius prudentiā. Opinio aūt eiꝰ pa-
grauit totā ciuitatem: seu ⁊ de sapientia eiꝰ ⁊
doctrina: ⁊ q: nimis pulchra erat ⁊ composita
vultu: ⁊ aīo. Multis aūt decertantibꝰ cū p̄re
eius de ea. ad finē peruenire non poterant: sȝ
ipse pater tm̄ dixit: dn̄i voluntas fiat. Unꝰ aūt
exuperans omnes in honore ⁊ diuitijs: accer
siuit patrē eiꝰ ⁊ postulauit ab eo dari filiā eiꝰ
filio suo in matrimoniū: Et concedēs fieri cō
suete despōsauit eā illi. Post nō mltū spo tpis
accipiēs eā Paphūciꝰ dū eēt ānoꝝ decē ⁊ octo
abijt in monasteriū cū ea in q̊ cōsueuerat veni
re. Multāqȝ iterū pecuniā largitꝰ ē: ad necessa
ria fratrū dixitqȝ abbati. Fructū orōnū tuarū
adduxi tibi: vt ores p̱ ea: q: iā ad nuptias eā
tradere volo. Iussit aūt abbas introduci eā in
xenodochiū monasterij: ⁊ locutꝰ ē cū ea: bn̄di
censqȝ exhortatꝰ est eam de castitate ⁊ patien
tia timoris dei. Faciens autē ibi tres dies au
rem quottidie ponebat ad psalmos: et videns
singulorum conuersationem: ⁊ spiritale ꝓpo-
situm mirabat̄ eoꝝ vitā dicens. Beati sunt
viri isti: q̄ ⁊ in hoc seculo similes sunt angelis
⁊ post hoc vitam eternā consequuntur. Et ce-
pit cor eius solicitans esse: ⁊ zelo timoris dei:
post tres autem dies: dixit Paphūcius ad ab

batem. Veni pater vt salutet te ancilla tua: et
ora ꝓ ea: q: ambulare volumus in ciuitatem.
Cūqȝ venisset abbas ꝓiecit se ad pedes eius
dicens. Obsecro pater ora ꝓ me: vt lucretur
deus animam meā. Extenditqȝ manū et bene
dixit eam dicēs. Deus q̄ cognoscis hominem
anteq̄ nascatur: tu istiꝰ ancille curā habere di
gnare: vt mereat̄ portionem ⁊ consortium in
regno celorum. Et cōmendātes se seni abie-
runt in ciuitatem. Pater vero illius. si aliq̄n
inueniebat monachū aliquem adducebat in
domum suam: petens vt oraret ꝓ ea. Una au
tem die anniuersaria qua ordinatꝰ est abbas ⁊
vnum ex fratribus misit ad Paphunciū: vt in
uitaret eum ad solēnitatem abbatis. Qui abi
ens in domum eius: requisiuit eū. Pueri au-
tem dixerunt. Processit. Audiens autem Eu
frosina: et aduocans illum fratrem: cepit in-
terrogare eum. Dic mihi frater pro caritate.
Quanti fratres estis in monasterio? At ille
frater dixit. Trecentiquinquagintaduo. Di-
xit ei puella. Qui voluerit illuc venire ad con
uersationem vestrā sanctam suscipiet ne illū
abbas vester? Respondit ei. Etiā cum gau-
dio magno suscipit illū maxime propter vocē
dn̄i qua dixit. Qui venit ad me nō eijciam eū
foras. Dixit ei eufrosina. Omnes ne in vna ec
clesia psallitis: ⁊ equaliter ieiunatis? Dixit
ei monachus ille. Cōmuniter quidem psalli-
mus: vnusquisqȝ vero ieiunat: quō vult: aut
q̄ntum valet: vt non fiat conuersatio cōtumax
voluntatis: sed ꝓprij arbitrij spontanea volū-
tate. Omne ergo perscrutās monachorū con-
uersationē: dixit ad monachū. Volebā abire
et peruenire ad huius inenarrabilis vite nor
mitatem: sed timeo inobediēs esse patri meo:
quia pro vana ⁊ caduca huiꝰ seculi substantia
cupit me tradere viro. Dixit ei monachꝰ. So-
ror: non p̱mittas: vt polluat hō corpus tuum:
et vt tradas talē pulchritudinē pati obprobri
um: sed despōsa te xp̄o: qui tibi potest ꝓ omni
bus istis transeuntibꝰ dare regna celorum: et
cum angelis consortiū. Occulte autē exiens
vade in monasteriū: mutato habitu seculari:
indutaqȝ veste monachica: vt possis euadere:
Que cum audisset: placuit ei et dixit. Et quis
me habet tondere? Nolebat em̄ a layco tōdi:
quia nō seruat fidē. Dixit ei monachus. Ecce
pater tuus veniet mecum ad monasterium: ⁊
faciet ibi tres dies aut quattuor. Tu autem
adduc vnū de monachis: ⁊ quomodo voles oc
curret tibi cum gaudio magno: hec et his si-

millia illo dicente ad eufrosinam: venit Paphuncius: et videns monachum interragauit eum dicens. Quid ad nos fastidium sumpsisti dne? Et dixit ad eum. Anniuersarius dies est monasterij: misitque abbas vt venias et accipias benedictionem. Gauisus autem paphuncius pater Eufrosine: et ingressus cum monacho in nauiculam: et abierunt in monasterium. Cum autem ibi esset: misit Eufrosina vnum fidelissimum seruulum dicens. Vade in monasterium theodosij: ingressusque ecclesiam monachum quem ibi inueneris: adduc tecum. Misericordia autem dei: ecce quidam monachus veniebat de monasterio: vendens que secum habebat. et vidēs eū puer rogauit: vt veniret ad Eufrosinam. Qui cum venisset: videns eum puella: salutauit eum dicens. Ora pro me pater: et orans benedixit eam: et sedit. Dixit autē ei Eufrosina. Domine mi: ego habeo patrē xpianū et seruum dei: diuitiarum possessorem substātiosum nimis: habuitque vxorem et qua me genuit: que transiuit de hac vita: vult autem pater meꝰ pro omnibus rebus suis tradere me seculo huic iniquo: et ego nolo inquinari in eo: et quid faciam penitus ignoro. Totam enim noctem sine somno pertransiui: postulans deum: vt ostenderet misere anime mee misericordiā suam. Et mane facto: placuit mihi mittere in ecclesiam et adducere vnum ex fratribꝰ: vt ab ipso audirem verbū dei: et quid facere debeā. Postulo autem pater pro mercede anime tue sciens quia a deo missus es: doce me que dei sunt. Dicit ei senex ille. Dominꝰ dicit. Si quis non abrenunciauerit patrem et matrem et filios insuper et animam propriam: non potest meus esse discipulus. Et quid tibi possim plꝰ dicere his ignoro: tamen si potes ferre temptamenta carnis relinque omnia et fuge. Facultates enim patris tui multos inuenient heredes. Ecce tapecia: et lerocbomia: xenodochie monasteria: vidue pupilli: infirmi: captiui: si voluerit et placuerit patri tuo: his relinquat: tu autem sola ne perdas animam tuam: dicit ei puella. Confido in deum et in orationibus tuis: quia ad laborandum habeo pro anima mea deo auxiliante. Dicit ei senex. Talia desideria a firmitate non declinentur. scit enī tempus penitentiam agere. Dicit ei Eufrosina. Et ideo te fatigaui: vt impleas desiderium meum: et facta oratione benedicas me: et abscidas comam capitis mei. Et surgēs senex facta oratione: abscidit comā capitis eiꝰ: et induit eam tunica scematis et orans pro ea dixit: deus qui liberauit omnes sanctos suos: ipse te custodiat ab omni malo. Et hec dicens senex discessit ab ea: gaudens et glorificans deum. Eufrosina autem cogitās in semetipsa dicit. Si ambulauero in monasterio puellarum: pater meus requirens inueniet me: et violenter trahet me inde propter sponsum meū. Proinde pergam ad monasterium virorum: vbi nullus suspicetur me esse. Et hec dicens: proiecit vestem muliebrem. Et induit virilem. Et sero exiuit de domo sua accipiens secum quingentos solidos: et abscōdit se in quodam loco per totam noctem. Mane autē facto venit pater eius in ciuitatem: volente autem deo: statim in ecclesiam ambulauit. Eufrosina igitur puenit ad monasterium illud: vbi pater eius notissimus erat: et nunciauit abbati per ostiariū dicens. Eunuchꝰ quidā de palatio veniens ante ostiū stat: cupiens loqui tecū. Egressus aūt abbas proiecit se in terrā et facta oratione sederunt: dicit ei senex. Quid est qd venisti fili? dicit ei Eufrosina. Ego quidē de palatio fui eunuchus: et desiderium habui semper cōuersationē agere monachorum: et ciuitas nostra nō valde hoc habet studiū cōuersationis: notum aūt factū est mihi de bona vr̄a ꝯuersatiōe: et cupio habitare vobiscum. si placuerit vobis. Habeo enim possessiones multas: et si dederit mihi deus requiē: adducā eas huc: dicit ei senex Bene venisti fili: ecce monasteriū: si tibi placet: habita nobiscum: dicit ei abbas. Quod est nomen tuū. Dicit ei. Smaragdus. Dicit ei senex. Iuuenis es: nō potes solus sedere: opus est tibi habere magistrū: vt doceat te regulam et cōuersationem monachorum. Dicit abbati: Sicuti iubes dñe mi pater: sic faciā: et ptulit qngētos solidos deditque in manu abbatis dicēs. Accipe pater interim istos: si videro quod possū sufferre hic: veniant et illa reliqua. Vocauit aūt abbas vnū fratrē Agapitū noīe: virum sanctū et cōpassibilē: et tradidit in manu eius smaragdū: et dicit ei. Ecce mō hic erit filius tuus et discipulus talē eū consigna: vt exupet magistrū: et flexis genibus: facta oratione consignauit eum: et respōdētes oēs dixerunt. Amē Suscepit eum agapitus in cellam suam: et quia habebat vultum decorum smaragdus: dū veniebat in ecclesiā ad deprecandū dñm: multos illorum diabolus excitabat aduersus decorem vultus eius per malas cogitationes: ita vt oēs molesti essent abbati: qui talem pulchritudi

nem duxisset in monasterium. Hec audiēs ab
bas: vocauit smaragdum: ⁊ dicit ei. Fili pul-
chra ē facies tua: timeo ne sit ruina infirmis
fratrib⁹: placeat nobis: vt sedeas solus in cel-
la tua: ⁊ ibi conuenit tibi manducare ⁊ psalle-
re: ⁊ non inde te egressurum alicubi: ⁊ prece-
pit Agapito: vt prepararet cellā solitariā: vt
in ea solus degeret smaradus. Fecit autē aga
pitus oīa que a patre monasterij fuerant impe
rata: et introduxit Smaragdū in cellam soli-
tariā: ⁊ erat ibi orationibus vacans: ieiunijs ⁊
vigilijs nocte ac die operam dabat: seruiēs do
mino in simplicitate cordis: ita vt miraretur
predictus frater: qui eū susceperat. ⁊ oīb⁹ fra-
tribus intulit eius cōstantiā: ⁊ oēs collauda-
bant deū: qui in infirma etate talia operabat.
¶ Paphuncius aūt pater eius cū reuersus fu
isset de monasterio ad domū ꝓpriā: festinans
ingressus est cubiculū: in quo filia eius mane
re solita erat. Et non inuenta tristis tremēsq̄
effectus: cepit exquirere auctius seruos et an-
cillas: quid de Eufrosina filia eius actū esset.
Pueris aūt dicētibus: qꝛ nocte vidimus eā:
mane aūt facto nō comparuit. putauimus em̄
q̄ pater illius qui eam desposauit: venisset et
tulisset eam. Misit igitur seruos suos ad do-
mū illius: ⁊ non inuenerunt eā. Audiens aūt
sponsus ⁊ pater contristati sunt valde. Et veni
entes ad Paphunciū: inuenerunt illū vehemē
ter afflictū iacentē in terra: ⁊ dixerunt ei: forsi
tan aliquis seduxit eam: et fugit cū illa. Sta
timq̄ serui cum equis per totā alexandriā et
egyptū: missi sunt. Erāt aūt ibi ⁊ naues: intrā
tesq̄ in eas requirebāt ꝑ viā: ⁊ scrutātes mo-
nasteria puellarꝫ heremū: speluncas: ꝑ domos
q̄ amicorꝫ et vicinorꝫ: ⁊ nusq̄ reptā lugebant
eam quasi mortuā. Socer nurū: sponsus spon
sam flebat: pater lugebat filiam dicens. Heu
heu filia dulcissima. heu me lumen oculorum
meorꝫ: consolatio vite mee. Quis meam inua-
sit facultatem? Quis meā possessionem spar-
sit? Quis meā venā exiccauit? Quis lucernā
meam extinxit? Quis meā spem fraudauit?
Quis pulchritudinē filie mee violauit? Quis
putas lupus agnē meam dissipauit? Qualis
locus talem vultum tegit? Quale pelagus ca-
ptiuam ducit illam imperialem faciem? Illa
generositatis constitutio. illa male habentiuꝫ
consolatrix: illa laborantiū requies: gemētiū
portus erat. Terra ne celes sanguinem meū:
do[nec] videam quid Eufrosine filie mee conti-
gerit. hec et his similia Paphuncio ꝓsequen-
te eleuauerunt omnes qui aderant vocem et
flebant: ita vt omnis ciuitas lamētaretur eaꝫ.
Non sufferens autē Paphūci⁹: nec inueniēs
cōsolationē: perrexit ad memoratū senē de q̄
supra diximus: ⁊ ꝓcidit ad pedes eius dicēs.
Peto ne cesses orare: vt inueniatur labor ora
tionum tuarū. Nescio em̄ quid acciderit Eu-
frosine filie mee. Audiēs autē venerabilis pr̄
cōtristat⁹ est valde: ⁊ iussit adeē omnes frēs: ⁊
dixit eis. Ostendite caritatē fratres: et postu-
late a dn̄o: vt dignetur nobis ostendere quid
factū sit de filia amici nr̄i Paphūcij. Et ieiu-
nantibus omnib⁹ ⁊ orantib⁹ in tota hebdoma
da: nihil eis reuelatū est de Eufrosina: sicut so
lebat quando aliunde rogabant dominū. Ora
tio enim Eufrosine erat ad dn̄m die noctuq̄:
ne manifestam eā faceret in vita sua. Cum au
tem nec seni: nec alicui fratrū reuelatū esset:
cepit abbas cōsolari eum dicēs. Fili noli defi
cere a disciplina dn̄i: quia quem diligit deus
corripit: et hoc scias: qꝛ sine voluntate dn̄i:
nec vnus passerum cadet in terrā: q̄to magis
filie tue absq̄ illius nutu nihil ꝓuenit? Scio
enim qꝛ bonam partē elegit sibi: ꝓpterea no-
bis nihil de ea reuelatuꝫ est. Si em̄ quod ab-
sit in malis operib⁹ incidisset: nunq̄ desperis-
set deus tm̄ fratrum laborꝫ. Habeo fiduciā
in dn̄o: quia in hac vita ostēdet tibi dn̄s eam.
Audiens hoc Paphūci⁹: recepit consolatio-
nem: et osculatus senē: et omēs fratres reme
auit ad sua: gr̄as agens deo ⁊ orans quotidie
bonis operibus et elemosynis intentus erat.
Post aliquātos vero dies: visitabat monasteri
um: commēdans se orationib⁹ fratrum. Una
autem die veniēs ad abbatem: ꝓiecit se ad pe
des eius dicēs. Ora pro me pr̄: non possū fer-
re dolorē de filia mea: sed mag[is] ac magis re-
nouatur ac crescit vuln⁹ de die in diem: et tri-
bulatur aīa mea. Uidens aūt eum senex nimi
um afflictū dicit ei. Uis colloquiū habere cū
vno fratre spūali: q̄ venit de palatio theodo-
sij: ignorās q̄ ipsa eēt Eufrosina filia ei⁹. Pa
phūci⁹ dixit. Uolo: ⁊ vocauit abbas Agapitū:
dixitq̄ ei. Tolle paphūciū et introduc eum in
cellam smaragdi: ⁊ introduxit eū in cellā ei⁹:
nihil ei antea innotescēs. Cum autēꝫ subito vi
disset patrem suū: et cognoscens eum tota la-
chrymis repleta est. Paphūcius autem spera
bat cōpunctuꝫ esse fratrē illum. nō em̄ cogno
uit eam: quia species vultus eius emarcuit:
pre nimia abstinentia vigilijs et lachrymis.
Cuculla aūt operuit faciem suam: ne aliquo mo-

do agnosceret eam: facta autem oratione se-
derūt. Cepit autē ei loqui de futura regni be
atitudine ꝛ gloria sempiterna: quō p elemosy
nā ꝛ castā vitā bonāq3 cōuersatione: ꝛ p hūili
tatē ꝛ charitatē ad ea q̄s possz ptingere: ꝛ de
cōtēptu seculi: nec plus diligendū esse filium
q̄ deum: nec patrē super eū q̄ habet potestatē
Apostolicā quoq3 scripturā interpretās: quo
modo tribulatio patiētiā opatur: patientia au
tē probationem. Uidens aūt patrē suū in gra
ui merore depressum: compatiebat ei. Sz ti-
mens ne agnosceretur: ꝛ impedimentū ei fa-
ceret: volens autez eum consolari dixit ei: cre
de mihi: quia non despicit te deus: ꝛ si in per-
ditionem isset filia tua manifestaret eam tibi
deus: vt nec illa a diabolo retēta inferret tibi
et sibi lucrum perpetuum. Sed crede in deū:
quia bonū consilium elegit: sicut dixi secundū
vocem euāgelij qua dicit: qui diligit patrem
et matrem sup me: non est me dignus: et si q̄s
nō abrenunciauerit oībus que possidet: nō po
test meus esse discipulus. Potens est deus: ꝛ
in hoc seculo manifestare eam tibi. Sine etiā
fine: q̄d temetipm cōtristādo pdis? Age gra-
tias deo nihil desperās: nā ꝛ Agapitus magi
ster me⁹ multotiēs nimis tristis dicebat mihi.
Qr venit quidā hō noīe Paphunci⁹ operibus
bonis intentus: q̄ filiā suā tāq̄ mortuā luget:
nesciens quid ei acciderit: ꝛ nimia lamētatiōe
affligitur: ꝛ maxime: q2 vnica erat illi: ꝛ cū la-
chrymis proiecit se ad pedes abbatis: vt p eius
orōnes: ꝛ oīm fratrū posset inuenire eā. Et cō
patiens dicebat mihi. Quō et oēs fratres: ita
et tu roga p eo deū. Et ego quasi indignus et
conscius malorū3: sepius deprecabar dominū
vt dignetur tibi sufferentiam tribuere longa
nimitatē: ꝛ quomodo expedit: adimpleat tam
de te q̄ de filia tua. Pro hoc et frequēter vi-
dere te volui ꝛ colloqui tecum: vt aliquā con-
solationem per me humilem forsitan inueni-
res: vt aūt non cognosceretur per multa collo
quia: dicit ad paphunciū3. Uade domine mi.
Dum recedere vellet Paphuncius anima illi⁹
compatiebatur illi. Facies autem eius palle-
bat: ꝛ replebatur lachrymis: pre nimio autez
ieiunio ꝛ diutina inedia sanguinez Eufrosina
vomebat. Multum enim cōfortatus Paphun
cius in ammonitione eius: discessit ab ea: ꝛ ve
niens ad abbatem dixit: edificata est aīa mea
ab isto fratre: ꝛ ita sū letus effect⁹ in grā dei ꝛ
cōsolatione eius tāq̄ si inuenissem filiā meā.
Cōmendausq3 se orationibus abbatis: ꝛ oīm
fratrum: reuersus est in domum suam magni
ficans deum. Completis autez smaragdus in
tra cellam suam triginta octo āmis: incidit in
infirmitatem qua mortuus est. Quadam vero
die secundum consuetudinem venit Paphun-
cius ad visitandum monasterium. Et post ora
tionem ꝛ salutationē fratrum dixit seni. Si iu
bes pater permitte me smaragdum videre: q2
valde desiderat eum anima mea. Uocatoq3
Agapito: precepit ei de paphuncio ad visitā-
dum smaragdum. Introiens autem Paphun
cius vbi eger iacebat: cepit deosculari euz cū
lachrymis dicens. Heu me: vbi sunt pmissio-
nes tue: vbi verba dulcia: quibus mihi filiam
meam videndam oculis meis promittebas?
Ecce non solū illā nō videbo: sed et tu per quē
cōsolationem non modicā habebā: relinques
nos. Heu me: quisnā3 consolabit senectutem
meā? Ad quē ibo? Quis mihi erit adiutor? du
plex malū mō lugeo. Trigīta ꝛ octo āni sūt q̄
perdidi filiā meā: nihil mihi actum est: q̄d die
noctuq3 orabā pro ea. et similis illius detinet
me incomparabilis dolor. Quid sperez amo
do? Ubi consolationez meā inuenio? Jam de
scendo lugens in infernū. Uidēs autem sma
ragdus eum vehementer plorantē: ꝛ nullā cō
solationē recipiētem: ait ad eum. Quid turba
ris ꝛ teipm interficis? Nunquid inualida est
manus domini: aut deo quicq̄ est difficile. Jā
pone finē tristitie tue: ꝛ recordare quō patri-
arche Jacob manifestauerit deus ioseph: quē
quasi mortuum lugebat. Sed obsecro te ne p
tres dies me deseras: neq3 derelinquas. He-
sitans autem Paphuncius intra semetipsum:
dixit. Forsitan deus reuelauit ei aliquid de
me. Tertio autem die dicit ad smaragdum.
Expectaui sicut rogasti me domine me⁹ frater
ꝛ nō discessi alicubi per tres continuos dies.
Cognoscens autem smaragdus: qui et Eufro-
sina: quia instabat dies dormitionis eius: vo-
cauit Paphuncium et dixit ad eum. Quia de-
us omnipotens bene disposuit miseriam me-
am: et impleuit desiderium meum: meq3 vsq3
in finem viriliter certando perduxit: nō mea
virtute: sed eius adiutorio: qui me custodiuit
ab insidijs inimici: peracto cursu superest mi
hi corona iustitie: nolo te sollicitum relinque-
re pro filia tua Eufrosina. Ego sum illa mise-
ra: et tu es pater meus Paphuncius. Ecce iā
vidisti me: et satisfactum est tibi. Sed nemo
hoc sciat: et non permittas ab alio corpus me-
um nudari et lauari: sed per temetipm hoc fa

ties. Et qꝛ ꝓmisi abbati habere me possessiones multas: ꝛ si potuissem sustinere ꝛ perdurare in loco isto adducere eas huc: imple ergo pater qđ ꝓmisi. Et scio qđ venerabilis est locꝰ iste: et ora ꝓ me: ꝛ hec dicēs tradidit spiritū. Dū audisset Paphūciꝰ pater eiꝰ talia verba: et vidisset qđ obdormiuit: cōmota sunt oīa viscera eiꝰ ceciditqꝫ in terrā: ꝛ factꝰ est velut mortuꝰ. Accurrēs aūt Agapitꝰ: vidit qꝛ defunctꝰ eēt smaragdus: ꝛ Paphūciū iacentē i terra semiuiuū iactauit aquā in faciē eiꝰ: ꝛ leuauit eū dicēs. Quid habes dñe mi Paphūci. Ait aūt Paphūciꝰ. Dimitte me: vt hic moriar. vidi eñ mirabilia hodie. Surgens autem irruit in faciem eius: multitudinē lachrymaꝝ effundēs: clamauitqꝫ dicens. Heu me dulcissima filia: quare antea non manifestasti mihi: vt et ego morerer tecum spontea voluntate? Ue mihi quomodo latuisti: quomodo transisti insidias aduersarioꝝ: ꝛ nequitias spiritales vite huiꝰ: ꝛ introisti vitā eternā? Hec agapitus audiēs ꝛ cognoscens tam admirabilē cām: stupefactꝰ est: ꝛ currens nunciauit oīa abbati. Ueniens aūt abbas cecidit super eā: ꝛ eiulans dicebat Eufrosina sponsa xp̄i ꝛ filia sanctoꝝ ne obliuiscaris seruoꝝ tuoꝝ: ꝛ huiꝰ monasterij: sed ora pro nobis ad dñm nostrū ihm xp̄m: vt faciat viriliter certando venire ad portū salutis ꝛ portionem secum habere: ꝛ cum oībꝰ sanctis suis. Et iussit abbas: vt cōgregarent oēs fratres: ꝛ cum honore debito: sanctū corpꝰ illius sepulture darent. Dū aūt cōgregati adessent: ꝛ vidissent tam stupendum miraculum: glorificabāt deum: qui etiā in feminino sexu ꝛ fragili tāta mirabilia operat. Quidā aūt frater vnū hñs oculū: osculatus est vultū eius cū lachrymis: statimqꝫ vt eam tetigit: oculus eius ei restitutus est. Et vidētes omnes fratres qui aderāt: bñdixerunt deū grās agentes ei: cuiꝰ sunt oīa bona que sunt. Multumqꝫ confortati ꝛ edificati: sepelierunt eam cum maxima deuotione in sepulchro patrum. Pater vero eius oīa que habuit in ecclias ꝛ monasteria offerēs conuersatus est in eodē monasterio: plurimā ptē substātie sue ibidē offerens in eodē stratu dormiens: ꝛ in eadē cella demoratus est: in qua ꝛ filia sua Eufrosina. Uixit autem Paphūcius pr̄ sancte Eufrosine: in sctō ꝓposito annos decem: ꝛ migrauit ad dñm: ꝛ iuxta filiam suā sepultꝰ est: glorificante deum abbate: cū omni cōgregatōe sua. Dies autē migratiōis eorū ad dñm: celebratur in eodem monasterio vsqꝫ in p̄ntem diē: glorificātes deū prēm: ꝛ filiū cum sancto spiritu. Amen.

¶ Explicit vita sancte Eufrosine virginis.

¶ Incipit vita scti Frontonij abbatis.

Quoniam sepe desideratis audire q̄ scā sunt: ꝛ ego placide disposui opari: iā nō in pellibus capraꝝ neqꝫ earūdē pilis: sed auro et argēto gemmisqꝫ p̄ciosis decreui construere templū dei: vt et nos tanq̄ lapides viui edificemur in domū spiritalem: et opibus melioꝝ ꝓficientes in xp̄o iesu dño nostro: qđ nunc apud nytriā gestū fit referā: et non preteribo veritatē vllo modo: quoniā satis edificat monachos presens opusculum. ¶ Igitur Frontoniꝰ verꝰ dei seruus: studio dei timorꝭ de die in diem ꝓficiens: publicā communēqꝫ vitā perhorrens: viā desiderās solitudinis: cōuocatis ad se fratribꝰ dixit. Erant enim cū eo viri circiter septuagita. En quid nobis et mundo dānabili: cuius operibꝰ renunciare omnimodo cōdecet: vt celestē consequamur salutē. Quapropter pgamus ad heremū nihil nobiscū ferentes: ad acquirendā celestem gloriam: et superiorē inuestigemꝰ et virtutibus disciplinā. His dictis: vniuersi consensere: deferentesqꝫ ad heremū secum parua holerū semina: et his acutas pnosqꝫ sarculos: vnde humum foderēt: et profecti sunt: venerūt ergo ad heremū: rursusqꝫ Frōtonius ait. Dominꝰ in euangelio dixit. Nolite cogitare qđ manducetis: aut qđ bibatis: aut quo operiamini. Hec eñ omnia gētes mundi querūt. Querite primū regnum dei et iusticiā eius: et hec oīa adijcient vobis. Teneamꝰ promissū: et inueniamꝰ in nobis opꝰ dñi ꝯseruatū. Oēs q̄ habitabāt in heremo in ope dñi iugiter laborantes: et in agone spirituali proficiētes. Adiuuabat eñ seruos suos dñs. Ipse autē frontonius non pro se tm̄ sed pro cunctis orabat: sciens scriptū esse: nō querens qđ mihi vtile sit: sed qđ multꝭ: vt salui fiāt. Cumqꝫ in eadē heremo lōgo tempe morarent temptare eos aduersarius xp̄ianorū cepit: qꝫ debuissent in seculo demorari: qꝛ anachoritarū vita durissima est: ꝛ nemo eā potest sufferre: murmurauēruntqꝫ in cordibꝰ suis dicentes. Quid est qđ voluit pater noster frontonius vt habitemus in heremo? Nunqđ illi qui in vrbibꝰ et in castellis habitant deū videre non p̄nt: et qui in heremo habitant celos vident? Nonne eos

boni actus cōmendant? Quis nam poterit cibo viuere angelorum? Ecce morimur fame: defectus vigiliarum non capit labor: sed acriora frangunt ur ieiunia: fiunt debilia genua: vt vnusquisque nostrum non possit stare. Audiens quoque frontonius eorum murmurationē anteque ad eum cōuenirent dicentes aliquid: ipse preueniens eos ait. Quousque irritatis deum murmurātes in cordibus vestris et dicētes: nunquid qui heremū inhabitant hi tantū sunt dei serui: et quis ex cibo poterit viuere angelorum? Conueniamus ad abbatē: et loquamur ad eum: vt habitemus in ciuitate: quia si qui nos illic viderint oportunas nobis iuxta dei votū dirigent escas: prout cuique dñs dedit facere. Illud autē scitote: quia non necabit dñs fame aīam iustam. Ecce oculi dñi super timentes eum: vt alat eos in fame Et illud non memoramini scriptum: quod ait apl's: In fame et siti? Sed in heremo nunquam defuerunt radices herbarum: nec mansiltis aliquā ieiunii. Recordemini: quia antea locut9 sum vobis: nolite cogitare quid māducetis aut quid bibatis aut quo operamini: hec enī omnia gētes mundi querunt. Nouit dñs cibum dare timentib9 se. Querite primū regnum dei et iusticiam ei9: et hec omnia adiicient vobis. Si enī deus volatilia pascit: et coruos nō deserit: quō nos derelinquere poterit ipsum iugiter in mēte habentes: eumque assidue orantes? Certe si fame defecerimus in heremo: nos dñm accusemus et improperem9 ei cum ad ipm venerim9 dicentes. Credidimus euangelio tuo: vbi dixisti quod vniuersos in te credentes: celi pabulo pascis: fecimus cūcta que precepisti: sperauimus in te: et tu nos despexisti. Sed quia ibi nos probasti: hic magis vt probes veritatē redde quod pmisisti. Nolite ergo murmurare aduersū deum: ne murmurantes sicut patres nostri in hoc deserto a serpētib9 pereatis. Quod si expectaueritis dñm: quā voluerit dabit bona timentibus se. Quo dicto: siluerūt oēs palulū a murmuratione sua: erāt enī in merore positi. Ego igitur pposui vniuersa breuitate exequi: et cūcta sermone rustico comprehendere: quecūque sui psequi tituli fas est: et per hui9 libelli sententias ac syllogismos: dulci eloquio currere prout potest vnusquisque lector audire. Redeamus ad ordinem cepti opusculi: vt non cura videamur asserere. Uenit itaque angelus missus a dño ad quendam diuitem nocte: et dicit illi. Tu epularis in diuitiis splēdide: et serui mei in heremo indigēt pane. Surge ergo diluculo: et mitte seruis meis escas. et oībus que tibi dedi: quia pcuratorem te posui gregis mei: qui te celo lactante iugiter paui: nec vnquam dimisi. Ita ergo placuit mihi ex elemosyna tua tegere pauperes meos: qui in deserto spūaliter viuunt: et se mihi suo dño crediderunt: et idcirco fac sermonē quē modo missus a dño loquor ad te. Quod nisi feceris: dissipasti fedus pacificum dñi dei tui. At ille tanto terrore cōuētus: ex illo somno expergiscit: consurgensque mane: aduocatis necessariis amicis seruisque suis fidelib9 locutus est ad eos dicens. Iacenti mihi nocte in lecto: quippiam soporis ceperam: et ecce subito nuncius mihi astitit dicens En tu epularis in diuitiis splēdide: serui vero mei in deserto indigēt panibus. Surge ergo diluculo: et mitte seruis meis escas ex oībus que dedi tibi: quia procuratorem te posui gregis mei. Ecce mittere quero: sed vbi morētur sui dei ignoro. Cupio pceptū implere ammonitus: sed quis mihi ad quē dirigam locum ostēdit? Angelus pcepit et deus: qui seniores estis: ostendite locū. Et nemo valuit illi indicare locum: quia in abdito montis manebant: et nemo vbi morarentur: agnouerat. Igitur altera nocte diriore cōminatione cōuent9: plagis cōfossus diues ille corripit: et vrgetur vt seruis dei dirigeret escas. Iterū diluculo cōsurgens a priorib9 amicis querebat consilium: vt sibi dicerēt aut certe ab aliis inquirerent: vbi serui dei morarentur. Aiebat ista cum magno fletu plagas ostendēs: quib9 de manu angeli fuerat nocte corept9. Sed cum nemo posset locū habitatiōis seruorum dei oñdere: vn9 pre ceteris qui maioris erat consilii rñdit et ait. Si volueris accipe cōsilium meū charissime: forsitan erit tibi hoc salubre. Sunt tibi cameli septuaginta: onera eos ex omnib9 bonis quib9 intelligis dei famulos posse vesci: et dirige camelos per viā nemine ducēte: et si ex deo hoc factū est imperiū: animalia tua salua regredient ad te: si vero tibi ex diabolo iactura imminet: libenter tolera flagella tpis: quam acriori forti cede corripiaris. Quod si hec tibi consiliū displicet: quere aliū qui dare poterit: meli9 rñsum. Hec dicens cōticuit: sed ipsi diuiti: et qui cum eo erāt huiusce modi consiliū bene placuit. Onerauit ergo sexaginta quinque camelos ex his que dei serui comedere possent: quinque vero camelorum ciba ria facta imposuit escam cunctorum aīalium in maximo dolore dicēs. Si quis inuenerit eos et eorum exposuerit onera: visis cibariis miserebit

eis: ꝛ dabit eis mãducare. Et cum ingenti fletu vno ordine innectens cordas: direxit eos ꝑ viã cõmendãs dño: vt si ex deo eẽt imperiuȝ: remearẽt celeriter cũ salute. Nullus vero ductor cuȝ aĩalib⁹ abijt. Et qñ egressi sunt ianuã dimisit seruul⁹ ꝑmũ camelum cui⁹ ducalẽ tenebat: quẽ ceteri sequebanꝭ: ꝛ abierunt ꝑ viã iuxta precinctoriuȝ montis: euntes soli. Sed nescio an soli cameli pergere potuerãt: q̃ dñi nuncio ꝑeunte: viam directam: vt intellectuȝ est: postea abierunt: ꝛ quarto die cõfecto itinere hora nona agentib⁹ opus dei fratrib⁹: sicut quidã postea retulit nobis: ecce ꝑmus excubauit ante fores camel⁹: sed cãpane sonitum audire nõ potuit perstrepens sonos hymnoꝝ abbas: tñ ipse: qm̃ ꝓpe ostiuȝ erat: hoc vidit ꝛ gauisus est valde. Angustus em̃ erat introit⁹ monasterij: ꝛ solus abbas fores suo statu claudebat: ceteris intropositis fratribus tacuit nihil respondens: donec hymni complerentur. Tunc completo hymnoꝝ ordine: aduocatq̃ fratrib⁹: pene improperans ait. Ubi sunt murmurati ões vestre? Ecce dñs imperio forti nobis escas ex alto misit cui voluit viro prudenti imperãs: adducit nobis camelos onustos. Uenite deponam⁹ onera vt possint refici aĩalia lassa. Tunc omnes mira gratulatione leti cõiter gratiaꝝ actionẽ deo reddiderunt: ꝛ gaudẽtes deponebãt onera cameloꝝ: supra q̃nq̃ vero camelos reseratis sarcinis: cibaria repperꝛerunt Abluentes igitur animaliuȝ pedes de stratu eoꝝ fecerunt presepia: ꝛ apposuerũt eis escas quas ipsi sibi portauerant: necnon ipi etiã discurrebant per oẽs mõtis anfractus: notas inquirere herbas: vt laborãtia aĩalia escis pluribus reficerenꝭ. Mane aũt facto: abbas cõsilium vtile eligens: ꝛ auaritiã oĩno spernẽs: medietatem sumpsit escarũ: aliam vero partẽ diuidens sup camelos oẽs: ne alij viderenꝭ portare: ꝛ fieret alijs iniuria: omnib⁹ mediuȝ imposuit onus: velut eulogias reuocans dño rerũ: vt auaritie legem scinderet: ꝛ medietatẽ oblationis ꝓprio dño cameloꝝ. consolãs euȝ de animaliuȝ tantoꝝ ꝑiculo: simulq̃ dñm deprecans: nec accideret innocẽti viro tanta iactura: Octaua aũt die cum eẽnt oẽs in vnuȝ collecti ieiunij: vn⁹ qui leues ac tinnulas aures habebat: per flãmina ventoꝝ cãpanule rapiens sonitum paululũ riticuit: ꝛ cum bene tãdem sonantes cõprehenderet ait. Puto ex altitudine montiũ: cãpane sonãtis motus auditur. Tunc oẽs egressi: senserunt cameloꝝ aduent⁹. Gratulatio mirabilis accidit: leticia facunda fit de consolatiõe viri: nam q̃ defuncta aĩalia aut ꝑdita iam lugebat: gaudens de perceptis aĩalib⁹ letabaꝭ: Uenerũt oẽs illesi: nõ tristes vultu nec maciem necessitatis hñtes. Suscepit ergo camelos suos hõ ille cum magna graꝝ actiõe: ꝛ vilis onerib⁹ multo ampli⁹ recreat⁹ exultat. Tunc ꝛ illos amicos ꝛ paupes plures ad prandiũ nobile vocat: easdẽq̃ eulogias indigentibus distribuit quas acceperat: sed ꝛ amicis qui aderãt ex eis largit⁹ est: ꝛ ipse q̃ bñdictionẽ sancte iocũditatis accipiẽs: gaudebat in dño. Ex illo igiꝭ tpe vsq̃ ad morteȝ frontonij: sic diues ipso notato tpe: qñ primũ mittẽbat escas necessarias ipsis dirigebat: ꝛ alijs sic diuitib⁹ dñs impabat: vt ex oĩbus dapib⁹ irrigati nihil dei serui cũ sancto frontonio min⁹ haberẽt. Uigilabant in opib⁹ dei filij cũ patre: ꝛ spũalib⁹ eos adimplens dapib⁹: admonebat quottidie sermõe celesti: exultãs letabaꝭ i dño: qui sibi talẽ dederat intellectũ: vt amũ solitudinis loca digne q̃sisset: legẽdũ q̃ hoc tradidit multoꝝ ad edificationẽ monachorũ. Jlle ergo magis erit meliora in cõspectu dei: nõ quicũq̃ legerit: sed qui credendo dñi huis sic fecerit. Mercedẽ aũt a xp̃o ihu dño nostro recipiet: qui elemosynã paupib⁹ erogauerit: ꝛ seruos dei recto corde intuit⁹ fuerit: in gloria dñi nostri ihu xp̃i: cui ẽ honor ꝛ gloria in secula seculoꝝ amen. Hec tpe Antonij imperatoris gena sunt: tertiodecimo ãno imperij eius.

¶ Finit vita sancti Frontonij.

¶ Jncipit vita sancti Symeonis heremite qui in columna stetit.

SAnctus symeon ex vtero matris sue elect⁹ est a dño: ꝛ meditabaꝭ parere ꝛ placere illi: erat aũt iste filius susocion noĩe: ꝛ nutriebatur a parentibus suis. Qui cũ factus fuisset annoꝝ tredeciȝ: pascebat oues patris sui: ꝛ videns ecclesiã: relictis pecorib⁹ ingressus est. audiuitq̃ aplm̃ ibi legi: interrogansq̃ vnum senioreȝ ait: dñe quid est istud qd̃ legiꝭ: senex rñdit ei: pro suba anime: vt discat homo timere deũ ex toto corde: ꝛ et tota mente sua. dixit beat⁹ Symeon. Quid est timere deũ: dixit ei senior. Quare me flagitas fili? Et ille q̃si deũ inq̃t interrogo te. Jsta ei q̃ a te audio discere volo: q: ignar⁹ sũ ꝛ stult⁹. Rñdit ei senior. Fili si q̃s ieiunauerit iugiter: ꝛ obſuatiões fece

rit p momēta: et humiliauerit seipm oi hoi: et nō dilexerit aurū neqꝫ parētes neqꝫ vestimenta neqꝫ possessiones: et honorat patrē et matrē: et sacerdotes dī ꝓsequit: hic hereditabit regnū eternū: et qui econtrario ista non custodit: hic hereditabit tenebras exteriores: quas parauit deus dyabolo et angelis ei⁹. Ista oia fili in monasterio exaggerant. Audiens hec beat⁹ Symeon: cecidit ad pedes ei⁹ dicens. Tu es pater me⁹ et mater mea et doctor operū bonorū et dux ad regna celorū. Tu eñ acquisisti aiam meā: q̄ iam mergebat in perditionē: dñs reddat tibi vicissitudinē pro aia mea: ista sunt eñ q̄ edificant: ego aūt iam nūc vadā sicut docuisti in monasteriū vbi deus voluerit: et fiat voluntas eius in me: dixit illi senior: fili priusq̄ ingrediaris monasteriū: audi q̄ dico. Tribulationē habiturus es: necesse est eñ te seruire et vigilare in nuditate: et indesinēter sustinere mala: et iterū confortandus es: vas preciosum deo: et statim exiens beatus Symeon de ecclesia: ibat in monasteriū sancti Tymothei magnifici viri: et procidens ante fores monasterij iacebat per dies quinqꝫ: non manducās neqꝫ bibens: et die qnta egrediens abbas thymotheus: interrogauit eum dicens. Unde es fili: aut quos parētes habes: qui sic afflictus es: aut qđ est nomen tuū: ne forte aliquid mali gesseris: aut forsitan seru⁹ sis et dñm tuum fugis. Tūc beatus Symeon cum lachrymis dixit. Nequaq̄ dñe sed opto vt sim seru⁹ dei: si ipse voluerit: quia volo seruare aiam meam perditam. Jube ergo me introire in monasteriū et omnib⁹ deseruire: noli me foris diuti⁹ dimittere. Tunc apprehensa manu ei⁹ introduxit eū abbas in monasteriū: dicens fratribus. Filioli mei: ecce trado vobis istū frēm: docete eum canones monasterij: fecit aūt in monasterio quasi mēses quattuor seruiēs omnib⁹ sine querela: in quib⁹ psalteriū et integro memorie cōmendauit: quottidie pcipiens cibū diuinū. Cibū vero quē simul cū fratrib⁹ accipiebat: tacite pauperib⁹ erogabat: non sollicit⁹ de crastino: fratres ergo ad vesperā: ille vero septio die cibū sumebat. Una aūt dierū egressus ad puteū aquam haurire: sumpsit funē de situla: vnde frēs aquā hauriebant: et inuoluit eū toto corpori suo nudo a renibus vsqꝫ ad collum: et ingressus dicit fratrib⁹. Exiui haurire aquā et nō inueni funē in situla. Et illi dixerūt. Tace frater: ne forte agnoscat abbas: quousqꝫ tēpus ptereat. Putrefactū ē aūt corp⁹ ei⁹ de obligatiōe: et asperitate funis: q2 secabat eū vsqꝫ ad ossa: ingressus est eñ in carnē ita vt vix appareret. Quadā aūt die exeūtes aliq̄ de fratribus inuenerūt eū cibū suū dantem pauperibus. et regressi dixerūt abbati. vnde nobis adduxisti hoiem istū: Nō possum⁹ abstinere sicut ille: de dñica eñ in dñicā ieiunat cibos quos accipit pauperib⁹ erogat: sed et fetor grauissim⁹ de corpore ei⁹: ita vt null⁹ iux eū stare possit: et cum ambulat vermes de corpe ei⁹ cadūt: lectusqꝫ ei⁹ plen⁹ est vermib⁹. Tūc exiēs abbas inuenit sicut illi dixerūt: cui ait. Fili qđ est qđ dicunt frēs de te: Nū tibi sufficit ieiunare sicut nos. Aut nō audisti euangeliū de doctoribus dicens: quia non est dicipulus super magistrum: erit autē omnis perfect⁹: vt sit sicut doctor eius: dic mihi fili: fetor iste vnde procedit: stans beatus Symeon: nihil respōdit. Et iratus abbas: iussit eū spoliari: et inuenerunt funem circa corpus eius: ita vt nihil pareret de eo nisi summitas tantum: exclamans aūt abbas voce magna dixit. Unde nobis aduenit iste homo destruere volens regulam monasterij: Rogo ergo te discede hinc: et perge quo vis: cū multo tñ dolore et labore tulerūt a corpore eius funem de quo erat inuolutus: vna cum carne eius putrida: facientes autem illi studiū per multos dies: sanauerunt eum. Sanatus aūt post hec exiuit de monasterio nullo sciente: et ingressus est puteum desertum: vbi non erat aqua nō lōge a monasterio: vbi imundi spiritus inhabitabant. Et ipsa nocte reuelatum est abbati q' multitudo pplorū circundarent monasterium suum: cū fustibus et gladijs dicētes: da nobis seruum dei Symeonē tymothee: sin autē incēdemus te cum monasterio tuo: qm̄ exasperasti hominem iustum. Qui euigilans ait fratrib⁹. Filioli mei: visionem vidi: et multum turbat⁹ sum in ea. Et in alia nocte vidit multitudinē virorum fortium astantiū et dicentiū ei. Da nobis seruū dei Symeonē: dilect⁹ est eñ deo et angelis: q̄re illum vexasti: maior te est apud deū: oms eñ angeli contristantur ꝓpter illū: ipm aūt ꝑponere h3 de⁹ in mūdo: ita vt p illū multa signa fiant: q̄lia nemo fecit. Tunc exurgens abbas: cū magno timore dixit fratribus Requirite mihi hominem illum: et adducite in hūc locū: ne forte oms moriamur ꝓpter illū. Uere eñ sctūs dei ē: mirabilia eñ magna vidi et audiui de illo: Tūc oms monachi exierunt eū querere et oia perlustrātes et non inueniētes: renūciauerūt abbati dicentes. Nullus

locū relinquim⁹ vbi eū non quesissemus: nisi tantū in deserto puteo. respōdit abbas. Rogo vos fratres ite ad perquirendu3 eū: sed ⁊ ego vadā vobiscum: vere sanctus ⁊ seruus dei ē. Et sumens secū quinqꝫ et illis: venit ad puteū. Et faciens orationē descendit cum fratribus in puteum. Uidensqꝫ illū beatus symeon cepit rogare dicēs. Rogo vos serui dei dimittite me vna hora vt reddā spiritū meū: adhuc enī modicum deficiēs est: valde autē fatigat̃ aīa mea: qm̄ exaspaui domū. Dicitqꝫ ad illum abbas: veni serue dei: vt deducamus te in monasterium: cognoui enī de te q: seruus dei es Jllo vero nolente adducunt eum vi ad monasterium: et oēs prosternunt se ad pedes eius flentes ⁊ dicentes. Peccauimus in te famule dei: indulge nobis. Beatus aūt symeon gemebat dicens. Quare grauatis infelicē ⁊ peccatorē? Uos autem estis serui dei et patres. Stetit autē ibi quasi annū vnū. ¶ Post hec egressus occulte non longe a monasterio: ibiqꝫ multo tēpore fuit: edificauitqꝫ sibi clausurā et lapide sicco: ibiqꝫ fuit annos tres: ⁊ veniebant ad eum multi ad orationē. Deinde fecit colūnellam cubitoꝝ quattuor: stetitqꝫ in ea annos quattuor: crescebat aūt de eo fama facta per orbem terre: ⁊ faciunt ei columnā habentē cubitos duodecim: ⁊ stetit in ea annos duodecim. Rursumqꝫ fecerūt columnā cubitorum viginti stetitqꝫ in ea annos duodecim Tunc congregati sunt oēs habitatores loci illius et edificauerūt iuxta ipsam columnā basilicas duas: ⁊ columnam cubitoru3 triginta: ⁊ super ipsam stetit annos quattuor: ⁊ cepit virtutes facere. Multi languidi veniebāt ad eū et demonia habentes: ⁊ curabat eos: ceci visū recipiebant: debilium manus restituebantur: surdi auditum recipiebant: leprosi mundabātur. Multas gentes inclinauit ad fidē christianam: idem sarracenos persas: armacenos et laotos: similiter ⁊ alophilos: audiētesqꝫ de eo et de virtutibus eius: conueniebant ⁊ adorabant eum. Tunc inuidus diabolus transformauit se in speciē angeli: fulgēs in splendore cum equis igneis: ⁊ currus igneus apparuit iuxta columnā vbi stabat beatus symeon: illuxitqꝫ cū fulgore et splēdore q̄si in specie angeli fulgens. Et dixit diabolus blandis sermonibus. Symeon: audi verba mea: que tibi dominus mandauit. Misit me angelum suum cu3 curru igneo et equis igneis: vt rapiā te: quomodo rapui heliam. Tempus tuum iam est. ⁊ tu, similiter ascende iam mecum in curru3: q: dn̄s celi et terre transmisit hunc: ascendam⁹ pariter in celos ⁊ videant te angeli ⁊ archangeli cū maria matre dn̄i: cū apostolis ⁊ martyribus: cōfessoribus ⁊ ꝓphetis: q: gaudent videre te: vt ores dominū qui te fecit ad ymaginem suā. Etiā locutus sum tibi ne tardes ascēdere. Sic symeon cōpleta oratione dixit: domine vis rapere me peccatorē in celū? Et eleuauit dexteꝝ pedē vt ascenderet in currū: leuauitqꝫ dexterā manū ⁊ fecit signaculū xp̄i cū signū crucis fecisset: cōtinuo diabolus nusq̄ cōparuit. Cū argumēto suo euanuit: sicut puluis ante faciē venti. Tunc intellexit symeon: artē esse diaboli. Reuersus ergo in se: dixit pedi suo: nō reuerteris retrorsum hinc: s3 stabis hicvsqꝫ ad obitū meū: donec accersiat dn̄s me peccatorem. Jnterea diabolus in frigore apposuit vulnus sup femur eius: ⁊ putrefactū est ita vt multitudo vermiū scatescētes de eo descenderent de corpe eius: decurrebātqꝫ de pedibus eius in columnā: ⁊ de colūna in terrā. Anno aūt integro stetit in columna super vnū pedē. Quidam aūt iuuenis astitit ei: āto nius noīe: qui vidit ⁊ scripsit hec. Juxta p̄ceptum illius colligebat vermes: qui cadebant ad terrā ⁊ porrigebat illi sursu3. At ille ponebat eos sibi in ipso vulnere ad similitudinem iusti Job dicens Manducate: quod vobis dominus dedit. ¶ Audiens autē basilicus rex sarracenoꝝ famā eius: venit ad eum. Uidens autem illum stātem sursum ⁊ orantē: subito cecidit vermis de corpore eius. At ille currens apprehendit eum in fide ⁊ posuit super oculos suos. Et videns symeon ait. Quare hoc fecisti vir illustris: ⁊ me grauasti? Uermis est enī de corpore meo putrido. Et cu3 hec audisset rex basilicus: aperiens manū suā: inuenit margaritā p̄ciosissimam. Et dixit ad beatū symeonem. Non est vermis putridus: sed margarita preciosissima. Cui ille respōdit. homo scd̄m fidem tuam data est tibi: et benedicetur in manibus tuis oībus diebus vite tue. Et ita regressus ē homo ille plenus fide: post multū vero tp̄is audiens mater eius famā de eo: venit videre eū: sed prohibita est videre eum: q: locū illū mulier non ingrediebat̃. Cū aūt audisset beat⁹ symeon vocē matris sue: dixit ei. Sustine mater modicū tēpus: ⁊ simul nos videbim⁹: si deus voluerit. At illa hec audiens flere cepit: ⁊ rogare vt eum videret: ⁊ solutis crinibus increpabat eum dicens. Fili: quare

hoc fecisti? p vtero quo te portaui satiasti me luctu: p lactatione qua te lactaui: dedisti mihi lachrymas: pro osculo quo te osculata sum: dedisti mihi amaras lachrymas: pro dolore et labore quē passa sum: imposuisti mihi seuissimas plagas. Et tantū locuta est: vt nos oēs fa ceret flere. Audiens. B. Symeon voces genitricis sue posuit faciem suam in manꝰ suas: et plorauit amare: mādauitq; illi dicens. Dña mater: quiesce modicū tempꝰ et videbimꝰ nos in eterna regē. Et illa cepit dicere. Per xpm qui te plasmauit: si est possibile videndi te: in tanto tpe alienū a me: permitte me videre te: aut si non vel vocē tuam audiam: et statim moriar: q2 pater tuꝰ in tristitia pter te mortuus est. Et nūc ne me in ipsa amaritudine perdas fili. Hec dicēs pre tristitia et planctu in somnū conuersa est: habebat aūt tres dies et tres noctes nō cessans deprecari eū. Tunc beatꝰ Symeon orauit ad dñm p illa: et statim reddidit spm̄. Colligētes vo corpusculū eiꝰ: adduxerūt in cōspectu eiꝰ. Et ille flēs ait. Dñs suscipiat te in gaudio: q2 tribulata es pter me: et portasti me in vtero mensibꝰ nouē: atq; lactasti simul etiā et nutristi cū labore. Hec eo dicente mrī: vultꝰ sudabat et corpꝰ eius cōmotū est: nobis oībus inspiciētibꝰ. Ille aūt eleuās oculos ad celū: dixit dñe deꝰ virtutū: qui sedes sup cherubin et scrutaris fundamenta abyssi: qui cognouisti Adam anteq̄ esset: qui pmisisti regni celoꝝ diuitias diligētibꝰ te: qui locutꝰ es moysi in rubo ignis: qui benedixisti Abraam patrē nostrū: q introducis in paradisum aīas iustoꝝ: et aīas impioꝝ mergis in perditionē: qui duos leones humiliasti: et fortia chaldeoꝝ incendia mitigasti seruis tuis: qui Heliā coruis deseruientibꝰ escam pauisti: suscipe animā eius in pace: et colloca eā in locū patrū sanctorū: q2 tibi est ptās in secula seculoꝝ. Post hos vero dies rursum fecerunt ei colū na3 hñtem cubitos. xl. et stetit super ipm annos. xvi. vsq; ad obitum suum. ¶ In quo tpe draco grandis nimis habitabat iuxta eum in partibus aquilonis vnde nec herba ibidē nascebat: cui etiā intrauit lignum in oculo dextero. Et ecce quadam die veniebat cecus ille draco et trahēs se applicuit ad habitaculū in quo vir dei morabatur: totus in girū se complicās: quasi veniā poscēs: humiliatoq; capite iacebat. Quē btō Symeone intuēte: statim exiuit de oculo eiꝰ lignū hñs cubitū vnū. Videntes aūt oēs glorificauerūt deū: tn̄ ab eo fugierūt pter metū

Et bestia ipsa inuoluit se: et māsit in vno loco imobilis: q̄ diu oīs ppl's ptrāsiret: Deinde surgēs adorauit ostiū monasterij fere p duas horas: et sic reuersa est in cubile suū: et neminē lesit. Mulier qdam sitiēs nocte venit ad idriā aquā bibere: in q erat paruulꝰ serpēs: et bibēs deglutiuit illū: et creuit i vtero eiꝰ. Et multi medici et incātatores et magi: adhibentes studiū nihil pfecerūt: post aliqd vo tpus adducit ad scm̄ Symeonē. Ad ille iussit eā poni in terrā: et de aq monasterij in os eiꝰ mitti: tunc exclamauit fortiter: et statim exiuit de ore eiꝰ serpēs: cuiꝰ longitudo erat cubitorū triū. Eadē hora creuit serpēs: q etiā ad multorū testimoniū suspēsus est ibi septē diebꝰ. Et sana scā est mulier ex illa hora. Virtutes eiꝰ q̄uis alicuiꝰ facūdia enumerare vix valeat. tn̄ put sunt vires: oīno silētio eas tegi minime patiar. ¶ Factū est aūt vt aq in loco illo nō inueniret: et totꝰ ppl's piclitabat: et oīa aīalia p̄ aque penuria. Vidēs vo sanctꝰ Symeon contritionē eoꝝ: stetit ad orōnē. Circa decimā āt diei horā: subito dirupta est terra: et factū est chaos magnū ab oriētali pte ipsiꝰ monasterij: et inuēta est q̄si spelūca inestimabilē multā habens aquā. Tūc iussit fodi septē cubitis: et ex eo tpe suphaundauit aq in illo loco vsq; in p̄sentē diē. Quo in tpe expectātes quidā de lōge orōnē ipsiꝰ et opa meridiana hora diuerterūt paululū ad vmbraculū arboris pter estū ad repausandū: cūq; sederēt: ecce subito pregnās ceruia preteribant secꝰ illos et dixerūt ad illā. Per orōnē sci Symeonis te cōiuramus: modicū sta vt te cōprehendamꝰ. Que stetit ea dē hora. Apprehēdēsq; eā occiderūt et comederūt partē aliquā et ea statiq; obmutuerūt: et sic veniebāt sicut et ceruia illa: Currētes aūt venerūt ad scm̄ symeonē: portātes coriū eiꝰ: et fecerūt ibi duos annos: et vix aliqn sanitatē recipe potuerūt. Iniquū est em̄ pctm̄ eoꝝ recitare. Coriū aūt ceruie suspēderūt ibi ad testimoniū multoꝝ. ¶ Et et pardus īmanis erat i locis illis q et hoīes et aīalia interficiebat: et i giro oīa vastabat. Venictes aūt hoīes loci illius ad scm̄ symeonē: nūciauerūt ei: q tāta ac talia mala pdus oparet. Tūc scūs Symeō iussit de terra vel de aq monasterij aspergi in illa loca. Et scm̄ ē. Exgrētes vo postmodū inuenerūt ipm pardū iacētē mortuū: et oēs glorificauerūt deū Symeonis. Quecūq; tn̄ sanabat: pcipiebat illi dicēs: Vade in domū tuā: et honorifica deū: q te sanauit: et ne audeas di

tere q̄ te Symeō curauerit: ne tibi subito de-
teri⁹ cōtingat: ꝛ ne p̄sumas iurare per nomen
dn̄i: q̄z graue pctm̄ est: sed in me humili ꝛ pec
catore iura siue iuste siue iniuste: q̄ ob causaz
om̄s orientales ꝛ barbare gētes que sunt in il-
lis regionib⁹ p eum iurāt. ¶ Latro quidā de
anthiochia qui noiabat̄ Jonathas: multa ma
la faciens: cū a multis persequeret̄: nec possz
se iam ab illis abscondere: q̄si leo a facie mul-
toꝝ p̄sequentiū fugiens: subito ingressus est
monasteriū: ꝛ amplex⁹ colūnā sancti⁹ Symeo
nis cepit amarissime flere. At ille dixit ei. q̄s
es: aut vnde venisti hō: aut cur huc introisti?
At ille. Ego sum Jonathas latro qui oīa ma-
la feci: veni huc penitere. Ait itaq̄z sanct⁹ Sy
meon. Taliū est regnuz celoꝝ: sed ne velis me
tēptare ne iteruz inueniaris in scelerib⁹. ip̄is
que reliquisti. Hec illo loquente: ecce officia-
les veniebāt ab anthiochia dicentes. Trade
nobis inimicū ꝛ maleficum Jonathā: ne subi
to cōmoueat̄ ciuitas in seditiōez. Bestie em̄
parate sunt ad deuorandū euz. R̄ndit eis san
ctus Symeon. Filioli mei ego nō adduxi euz
huc: q̄m̄ qui adduxit eū maior nobis est: ꝛ ist̄
talibus subuenit: etem̄ taliū est regnū celorū.
Et si potestis intrare rapite euz hinc: ego aūt
non possuz: quia timeo eū qui illū misit ad me
Audientes aūt hec viri illi: regressi sunt cum
amarissimo merore depressi: obprobriuz anīe
mee operuit me: illusio dyaboli facta sum. Quid
mihi infelici iam vltra viuere? Heu me quid
egi? Heu me quid factū ē mihi? Heu me q̄d
mali perpessa sum? Heu me. vnde & qualr̄ cor
rui. Quō obscurata est mens mea. Non intel-
lexi quō lapsa sum. nō cognoui quō cōtamina
ta sum: nescio quō cor meuz nubes tenebrosa
contexit. Quō potui ignorare q̄d gererē. Ubi
abscondar: vel quo pergaz: aut in quā foueaz
memetipsam precipitem. Ubi est magisteriū
sanctissimi auūculi mei? Ubi monita college
ei⁹ effrem: qui me docebant in mea virginita-
te gratulantes: vt impollutā aīam immortali
sponso seruarem. Sponsus et enim tu⁹ (dice
bant) sanctus & zelans est. Heu me quid agaz
Non audeo iam celum aspicere cū apud deū
& homines me mortuā esse cognoscaz. Iā eñ
ad fenestram illam ꝓpinquare non audebo.
Quō ego peccatrix & plena immunditie sordi
bus. rursum cum sancto auūculo meo loqui tē
ptabo? Quō & si ausa fuero: nōne ignis ex fene-
stra exiliet qui me possit exurere? Mortuam
itaq; se longo vlulatu ꝓtestans: nec vltra sibi
spem salutis esse relictā: desperationis imer-
sa caligine ꝓtin⁹ perrexit in aliam ciuitatem:
atq; in stabulo se quodaz mutato pristino ha-
bitu collocauit. ¶ Uerū cū hec ruina prefate
femine cōtigisset hm̄oi visio beato viro ostēdi-
tur p soporez. Uidit naq; draconē: aspectuq;
ip̄o fetidissimū: & in fortitudine sibilantez q̄si
exeuntem de quodā loco: & vsq; ad cellulā suā
venientē: & reperisse ibi columbā atq; glutis-
se eam: & rursus in suaz foueā remeasse. Exp-
gefactus aūt contristatusq; vehemēter. fleuit
amare: existimās sathane persecutionē aduer
sus dei ecclesiam concitari: & plerosq; a fide
veritatis auerti: vel ne scisma aliqd̄ in sancta
ecclīa gigneret̄. Prouolut⁹ itaq; genib⁹: p̄ca
tus est dn̄m dicens. Tu qui es prescī⁹ vniuer
soꝝ de⁹: amator hoim̄. tu nosti quid sibi velit
hec visio. ¶ Rursum post hec duos dies vidit
eundē draconem simili modo ad cellulā suam
venisse: & posuisse caput sub pedib⁹ eius fuis
seq; diruptū: colūbaz q̄ illam quā deuorauer-
rat viuam in ventre eius repertaz: & extendis
se manū suā viuāq; eaz cepisse. Expergefact⁹
aūt vocabat beataz illā semel atq; iterū putās
eam in cellula esse & dicebat. Cur te piguit fi
lia maria: sic eteñ fuit vocitata: iaz duob⁹ die
bus os tuū in dei laudibus aperire? Sed cuz
responsum dei nullū daretur: & q̄ eam per bi-
duū psalentē solito more nō audiret: ai aduer
tit visionez suā ad illam certissime pertinere.
Tunc ingemuit ac fleuit amare: & ꝓfundens
lachrymas ait: heu me: q2 agnaz meā lup⁹ cru
delissimus rapuit: & filia mea captiua effecta
est. Exaltans q̄ vocē suam cuz lachrymis di-
xit. Saluator mūdi xp̄e: cōuerte ad me agnaz
meā mariā: atq; in ouile tuuz eam restitue: vt
non senectus mea cum merore de hoc mundo
recedat. Ne despitias deprecationē meā domi
ne: sed mitte velocius gratiā tuam: vt eijcias
eaz de ore draconis incolumē. Itaq; duo dies
qui ei per visionez releuati sunt: duoꝝ annoꝝ
curriculis finiunt̄: quibus lubricaz vitā nep
tis eius: quasi in ventre atrocissimi draconis
exegit: sed sanctus Abraam vir dei: per omne
temp⁹ die noctuq; nunq̄ pro ea dn̄m deprecā
do animū relaxauit. Post duos vero annos cū
vbi esset & quēadmodū se gereret: comperissz
rogabat quēdā sibi notissimum: vt vsq; ad eaz
pergeret: & cūcta cognosceret diligēter: Per
gens itaq; ille quez miserat: & omnia sub veri
tate: & q2 ip̄am q̄ vidisset renūcians: rogatus
a sctō viro: habitū ei detulit militarē: & equuz
ꝓculdubio ad sedendū. Ostio itaq; patefacto
egreditur: statimq; habitu militari induitur:
calamanchū. i. pilleū q̄ longum capiti suo vt
facies eius velaretur imposuit: sed & solidum
vnum secuz portans ascendensq; equū conci-
tus ꝓperabat. Tanq̄ quispiā patriā cuiuslibz
vel ciuitatem cupiens explorare habituz loci
illi⁹: ne facie agnoscatur: assumit: sic beatus

iste Abraam inimici habitu: vt eu3 in fugam verteret: vtebaf. ¶ Uenite igif admiramini dilectissimi frēs hunc fm Abraā. P̄rim⁹ itaq3 Abraā egressus ad preliū regū: ꝑcutiēsq3 eos Loth nepote3 suū reduxit. Hic vero scōs Abraā ꝯ diabolū ꝑfect⁹ est ad bellū: vt eo deuicto neptē suā cum maiori triūpho reuocaret. Itaq3 cū peruenisset ad locu3: diuertit in stabulu3: ac sollicitis oculis huc atq3 illuc circūspiciens: vt eam videret perquirebat. Deinde, cū multa hora preterisset: ⁊ videndi ea3 minime tribueref occasio: subridēs ait ad stabularium. Amice audiui ꝙ habeas puellā optimā: quā si iuberes libentissime ꝑuiderē. Qui cū etatis eius intueref canicie3: senectute ia3 fessam: ad opus luxurie desperauit: deinde h̄ ei rīsum dedit. Est inquit vt tibi coptum est: etiā supra modū speciosa. Erat siquidē maria h̄ pene supra ꝙ̄ natura exigit forme pulchrytudīe decora: cūq3 senior nomē eius req̄reret Mariā vocari ille rñdit. Tūc hylari vultu q̄sosinq̄t vt mihi pūciam ei⁹ exhibeas: vt possi3 cū ea hodie epulari. multū nāq3 ex auditu cōperi laudari puellā. Que cum vocata adesset: atq3 in habitu meretricū sctūs eā auūcul⁹ ei⁹ ꝑuidisset: pene totu3 corpus eius pre dolore solutū est: amaritudinēq3 animi leto vultu celauit: ⁊ lachrymas erūpentes virili sexu retinuit: ne forte si eū femīa cognouisset fuge ꝑ̄si diū flagitaret. Residentib⁹ itaq3 eis atq3 bibentib⁹: cepit cū ea vir mirabilis ludere. Que consurgens cōplexa ceruice3 eius osculis demulcebat. Cūq3 oscularef eu3: odorata est ei⁹ corpusculu3 suauissimo odore abstinentie fragrare: ⁊ recordāta est dieru3 quib⁹ cū summa abstinentia vixerat: ⁊ quasi quodā telo ꝑcussa vehementer ingemuit: lachrymasq3 ꝑfudit: q̄tāꝙ̄ vim cordis non sufferens: in hec v̄ba ꝓrupit. Ueh veh mihi misere soli. Tūc stabulari⁹ stupefact⁹ ait: quid est dn̄a Maria: ꝙ subito ī tā grauissima suspiria ꝓrupisti? Hodie duob⁹ ānis hic ꝑmanes: ⁊ nūꝙ̄ ex te gemit⁹ vl̄ tristior sermo auditus est: nūc v̄o quid tibi cōtigerit nescio. Que rñdit ad eū. Beata eē3 si ante trienniū fuisse3 defuncta. Ad hec beatus senior ne agnosceref: veluti cu3 quadā serenitate ait ad eā. Modo cū leticie nos inter sumus: tu peccata tua cōmemorare venisti? O admiranda clementie tue dispensatio: de⁹ altissime. Putasne puella nō dixit in corde suo Quō aspectus viri hui⁹ auūculi mei aspectū simulat? Sed solus tu amator hominū a quo est omnis bona sapiētia: ita dispensasti ne eū posset agnoscere: ⁊ forta sse confusione turbata effugeret. Hoc autem non ob aliud est credendum: nisi quia lachryme famuli tui auūculi eius huiuscemodi apud te obtinuere locum vt ex impossibilibus possibilia facere dignareris. Proferens itaq3 sanctus vir solidū quē attulerat stabulario dedit: dixit ei. Fac nobis queso amice optimam cenam: vt cu3 hac puella epulari possimus: longi namq3 itineris ex interuallo amore eius adueni. O vera sapientia: fm deū: o vere intellectus spiritalis: o vera predicāda salutis discretio: quinquaginta annis abtinentie sue nequaꝙ̄ panem gustauerat: nunc carnes sine hesitatioē vt saluaret aīmā perditam māducauit. Sanctorum angelorum choros super discretione beati huius miratos esse non dubito: quomodo indubitanter pro salute cuncta ꝑfecerit. Uenite igitur fratres ⁊ admiramini: sup hac peritia sanctissimi viri: ⁊ discite abstinentie virtutem discernere: vt ex ore draconis absorptā aīam sic liberare possitis. Igitur postꝙ̄ epulati sunt: ꝓuocabat eum puella vt in cubiculu3 introiret At ille: eamus inquit. Cumq3 intro issent: cernit lectum in sublime stratu3 in quo statim resedit alacriter. Quomodo te appellem perfectissime athleta xp̄i: vehemēter ignoro. ¶ Cōtinentem te asseram: an incontinentem? Sapientem an insipientē: discretorē an indiscretorem? Quinquaginta annos conuersationis tue: super humi spaciū cubitaueras ⁊ quō sup huiuscemodi lectū constanter ascendis? Sed hec vniuersa fecisti ⁊ mansionu3 iter longissimu3 arripiendo: ⁊ carnes comedendo: ⁊ vinū bibendo ⁊ ī stabulum diuertendo: vt saluares aīam perditā: ad laudem ⁊ gloriā xp̄i. Nos autem si saltem verbum vtilitatis loqui cum proximo volumus: cuncta importune discernimus. Sedente eo itaq3 super lectu3: ait puella: veni domine vt calciamenta de pedibus tuis anferam. At ille ait ad eam. Obsera inquit hostium diligenter. volebat vero puella primo discalciare eum: sed cum ille non pateretur: obseratis ostijs venit ad eum: cui senior. Domina inquit Maria: appropinqua mihi: cumq3 appropinquasset tenuit firmiter manum ei⁹: q̄ q̄ si putaretur osculari eā. Aufert ꝙ calamācum .i. pileu3 a capite suo: ⁊ erūpēs vocem in fletum ait eam. Filia mea Maria: non me agnoscis? Nonne ego sum qui te nutriui? Quid tibi actum est o filia mea? Quis

te interfecit? Ubi ē ille bitus angelic⁹ quē hē bat filia mea? Ubi est ꝯtinētia: vbi flet⁹: vigilie: vbi continētie? A celsitudie celi in hāc foueā quō deuoluta es filia mea? cur qn̄ peccasti nō mihi īdicasti: nō mihi ilico retulisti? ꝛ ego certe ꝓ te pn̄iam agerē cuȝ dilectissimo meo Effrē. q̄re sic fecisti? Aut quare me deseruisti et in hanc molestiā intolerabilē deduxisti? q̄s eniȝ sine pctō est: nisi solus de⁹? cūq̧ hec alia q̧ multa dixisset: tā q̄ lapis imobilis in manib⁹ remansit: timore pariter ꝛ confusione suppleta. Rursus aūt btissim⁹ vir cuȝ lachrymis adiecit dicēs. Non loqueris mihi o filia mea. Maria? nō loquerꝭ mihi pars viscerꝝ meorū? Sup me sit hoc pctm̄: ego in die iudicij ꝓ te reddā rōnē dn̄o: ego ꝓ pctō hoc satisfaciā deo Usq̧ ad mediū itaq̧ noctis: huiuscemodi verbis ꝯsolabatur eā. Cūq̧ parūper fiduciā ꝑcepisset: taliter flens ad eū locuta est. Non valeo te inquiens ꝓpter confusionē vultus mei attēdere. Et quō possuȝ orationē deo ꝓfundere: qn̄ sic imunditia seni hui⁹ polluta sum? et sanctus vir ad eā: super me inq̄t sit iniquitas tua o filia mea: et manib⁹ meis pctm̄ hoc de⁹ req̄rat: solūmō audi me ꝛ veni eamus in locuȝ nostrū. Ecce em̄ carissimus Effrem ꝓ te nimium dolet: tuiq̧ causa sedule dn̄m deprecatur: noli diffidere filia de clementia dn̄i: licet tua sint pctā velut mōtes: sed illius mīa oēm supeminet creaturā. Sicut legim⁹: accessit mulier immunda ad mundū: ꝛ non eū inq̄nauit: sȝ ab eo potius ipsa mundata est: lachrymis pedes dn̄i lauit: capillis extersit. Si pōt scintilla pelagus inflammare: possunt ꝛ pctā tua ei⁹ mūditiaȝ inq̄nare: nō est nouū cadere in luctamine: sed malū est iacere deiectū. Reuoca vnde extuleras pedem. fortiter te cadente risit inimicus: sed fortiorē te sentiat resurgentē. Miserere queso senectuti mee: doleat tibi ꝓ canicici mee labore obsecro: ꝛ exurgens veni ad cellulā mecū: noli timere: lubricū em̄ est gen⁹ mortaliū: sed sicut citius cadit: sic iterum velocius ꝑ dei adiutoriū surgit: q̄ peccātes non vult mori: sed viuere: Illa vero ait ad euȝ. Si scis q: pn̄iaȝ agere possū ꝛ satisfactionē meā suscipiat deus: ecce vt iubes: veniaȝ: precede et ego seq̄r sanctitatē tuaȝ: et exosculor vestigia tua: q: sic sup me doluisti vt ex voragie immūditie huius educeres me. Et ponēs caput suū ad pedes eius: tota nocte flebat dicēs Quid tibi domine deus meus pro oībus his retribuam? Diluculo autem facto: ait ad eam beatus abraham. Surge filia: ꝛ eamus hinc ad cellulā nostrā. Que respōdens dixit ad eū. Habeo hic modicum auri et aliquid vestimētorum: quod de his iubes fieri? Rn̄dens aūt beatus abraham dixit: relinque hic oīa hec: q̄ et pte maligni q̄sita sunt. Et surgentes exierūt: statimq̧ ponēs eā super equū trahebat ꝑgens: queadmodū pastor cū inuenit ouē ꝑditā: cū gaudio sup humeros suos tollit: ita beatus Abraā gaudens in corde suo: iter cum nepte faciebat. Cūq̧ venisset ad ꝓpriū locū illā quidē vbi ipsa fuerat in cella reclusit: ipē vero in cella exteriori ꝑmansit. Hec itaq̧ induta cilicio: in humilitate cordis atq̧ oculorꝝ fletib⁹ perdurabat: vigilijs q̧ atq̧ artissimis abstinētie laborib⁹ semetipsam ꝯficiens: ꝛ cū modestia ꝛ q̄ete ad dn̄m indesinēter proclamans: facin⁹ ꝓpriū spe firmissima venie plāgebat: tā sapiēter iugiter obsecratioībus vacās: vt nullus q̄uis sine visceribus nō cōpungeret: cum voces fletus eius audiret. Quis em̄ sic imisericors est inuctus: q̄ lamentantē eā agnoscēs ipse q̧ nō fleret? Aut q̄s de ei⁹ vera cordis cōpunctione nō egit gratias deo nostro? Pn̄ia siquidē ei⁹: si nostris supplicationib⁹ cōparet oēȝ mēsurā doloris excedit. Sic em̄ impensi⁹ dn̄m precabatur: vt sibi ignosceret qd̄ gesserat: vt etiā signū: si suscepta fuisset eius pn̄ia: diuinit⁹ postularet. Clementissim⁹ itaq̧ de⁹: qui neminē vult ꝑire: sed oēs ad pn̄iam reuerti: ita ꝯdignā satisfactionē ei⁹ recepit: vt orationibus eius post trēnij plenitudinē: sanitas redderetur. Impensius nāq̧ ad eā turba populi cōfluebat: que ꝓ illorꝝ salute dn̄m efficaciter precabat. B. āt Abrahā postea decē ān̄is in hac vita ꝑdurauit: ꝛ cernēs optimā pn̄iam ꝯuersationēq̧ eius neptis deuȝ glorificauit: sup oībus: ac septuagesimo vite sue āno quieuit in pace. Beata aūt Maria q̄nquagīta sue cōuersationis ānos: cū magna deuotiōe ac humilitate cordis: ꝛ charitate erga deū ꝛ proximū: sincera institutione spiritaliter cōpleuit: et ita migrauit ad dominū.

¶ Finit vita sancti abrahe heremite.

¶ Incipit prologus in vitam sancti pachomij abbatis.

Domine venerande et in xp̄o q̧ magnificentissime Dionysius exiguus. Pio veneratiōis vestre proposito: qua potui facultate respondi scȝ pachomij vitam: sicut in gre

eo est reperta: fide translatoris etolues: i qua re cū diu memorantē vestra cōpulisset auctoritas: integrū nō erat: vt qui querēs iā sponsionis extiterā pmissa nō deferre: p̄sertī3 vobis qui votū potiusq̄ vires attendere cōsueuistis plura nāq3 p xp̄i gratia releganda atq3 imitāda pagētes instituta cognoscere: quaten⁹ eoꝝ studijs facta ppria cōponētes futuris seculis documentū diuini muneris singulare p̄stetis Fatemini quippe maximā vos operam dare virtutib⁹: quas diligitis in cōuersatione sanctoꝝ: quibus etiā illustrius operum qualitate coheretis q2 virtutē nullus amat nisi qui seqtur: τ similitudo moꝝ magnū profert cōiūctionis indicium: sicut econtrario vita dispar grandis τ in ipsa sanguinis affinitate discordia: sicut frequenter inter propinquos feralia succedūt odia: sic iurgia nascuntur infensa: sic vsq3 ad sanguinē seuit inexplebilis ceca militia dū bonis inuident mali: liberalib⁹ cupidi: quietis turbulenti: studiosis merces: pacificis implacabiles: trāqllis imites: modestis temerarij: sapientibus stulti: simplicib⁹ callidi: mitissimis q3 furiosi. Sed melius hoꝝ mores aplica tuba redarguit. Nā cū nouissimoruꝫ picula tēpoꝝ gentiū doctor exprimeret intulit dicēs Erunt enī hoīes seipsos amātes: cupidi elati: supbi: blasphemi parētib⁹ nō obedientes: ingrati: sceleſti: sine affectione: sine pace: criminatores: incontinētes: immites: sine benignitate: pditores pterui: tumidi: voluptatū amatores magis q̄ dei. Hic beatissimus Paulus q̄ superius defuerunt: ptulit: τ mira breuitate collegit: ostendens eos: ideo tales fore: q2 voluptatū amatores existerent: τ q2 vitiosissimis se cupiditatib⁹ subiugarent. Hinc enim mala cuncta pueniunt: dū deus cōtēnitur: voluptates amant. Per has diabol⁹ allicit vt decipiat: delectat vt fallat: blandit vt perimat τ ne futura p̄sentibus: celestia terrenis: eterna breuibus anteponātur: insistit. voluptatuꝫ inquit amatores magisq̄ dei. habentes spēm quidē pietatis: virtutē aūt eius abnegantes: hoc est tm̄ noīe videnē esse xp̄iani nō opere. Qui etiā velut interiores hostes peius exterioꝛib⁹ seuiūt: τ in ecclesia constituti pia ecclesie mēbra discerpūt. Quos apostolus nos protinus vitare precepit vt ab eoꝝ societate: nō tam locoꝝ q̄ moꝝū dissimilitudine diuidamur. Nec videat cuiq̄ mirū q̄ hmōi pestes iustis hominibus aduersentur: q̄ pleni dolis: pleni fallacijs: sibi q3 nō parcāt: τ secū ipsi pleruncq3 dissentiant. Tales expt⁹ vir btūs atq3 gloriosus genitor dn̄s meus nō solū patiēter ac fortiter sed etiā felicē finē p veritate q̄ xp̄s est: ꝯstanter atq3 sublimiter suscepit: atq3 totius mūdi aduersa superauit. Cui⁹ pfectā vite regulaꝫ: sanctoꝝ meritis ppe modū cōsummātē: nimis ex apto pfectoꝝ viroꝝ dicto: atq3 facunda oratione pscribi: vt tāta claritudo vestri gn̄is: tm̄q3 decus ex aliqua nascatur parte: τ virtus āmirāda viris vix antiquis estabilis: q̄ fauēte xp̄o a nobis hereditario iure pficitur: lectiōis officio posteris intimetur ¶ Finit prologus.

¶ Incipit vita sancti Pachomij abbatis.

O Omin⁹ noster hiesus christus sapiē fons τ sciē veruꝫ lumen verbū dei patris: per qd̄ facta oīa humanā fragilitatē ad pctā pnā atq3 precipitē: releuare volens plura circa nos remedia sue pietatis ostēdit. Abrahā nāq3 pater noster: cū diuinis iussionibus obtemperarās filiū suū offerret in sacrificio placuit deo: τ merito fidei: mox τ heredē accepit τ meritū. Cui etiā p semetipsuꝫ de⁹ iurauit dicēs. Nisi benedicens benedixero te multiplicans multiplicabo te sicut stellas celi multitudine: et sicut harenā q̄ est ad horā maris innūerabilis. Et iteꝝ. In semine tuo benedicentur oēs gētes terre. De quo semine manifeste nos docet apostolus dicēs. Nō dicit in seminib⁹ q̄si in multis. sed quasi in vno τ semini tuo qui est xp̄s. Oēs etiā sancti pphete: tante salutis archanū reuelante sctō spū preuidentes: scientesq3 deū nullo modo posse mentiri: ad sanandosq3 languores nostros τ celestem medicum nunciabant esse venturū: atq3 vt celeri p̄ntia sua prospiceret hūano generi: cōtinua supplicatione poscebant. At misericors deus: q̄ pia vota semp attendit: necvnq̄ deserit eos qui se toto corde quesierunt: promissiōes suas nouissimis diebus impleuit: mittens filium suū natum ex muliere: factū sub lege: q̄ p similitudine mortalitatis nostre in carne patere: eūq3 qui habebat mortis imperiū sua morte destrueret. Deniq3 diuinitate sua manēs īpassibilis a corruptione: atq3 de interitu nos redemit: τ a vinculis absoluit insolubilibus inferorum: perfectaq3 dispensatione nostre redēptionis oīb⁹ gētib⁹ lauacrū regenerationis: pctoꝝ indulgentiā cōtulit: cunctosq3 ad verā fidē p doctrinā aplicā cōfluentes: iuxta illud quod in euāgelio ait: eūtes docete oēs gētes: baptizā

tes eos in noie pris et filij et spiritusscti: gremijs infinite pietatis sue amplexus e. Igitur cu p vniuersaz terra: euangelij preconia coruscarent: et plures in adoptione filiorum per gram xpi cocurreret: inimic9 humani gnis vehemeter exarsit: multoqz seueriora tentationuz prelia q prius in seruos dei exercitauerat visus est comouere: suspicat9 infelix: q posset nobis iter idulgentie celestis obstruere. Sed hac ipa itetioe sua decept9 est: et elisus. Adiutorio naqz diuini muneris: a fidelibus et vigilatib9 vires ei9 et insidie psternuntur: vt ipsi qde confusio: famulis aut xpi penis glia copareť. Nam iuxta dni pmissione cum examen patientie ac fidei eoz: qui spualia bella prudeter exercent: pagani impatores existerent: et vbiqz cotra xpianos psecutiois pcelle deseuirent: multi apud egyptum martyres scti per varia supplicia vsqz ad mortez in xpi noie pstiterut: et simul cu petro alexandrie vrbis epo ppetuas coronas et immortalia premia sunt adepti. Crescebat aut in dies fidelium multitudo: et p oia loca mirabiliter augebatur: necno ecclesie qplurime martyru memorie construebantur impensi9: monasteria quoqz frequetissima eoz qui cotinentie studentes renuciauerut seculo: solitudinis ipsi9 secreta decorabat. Hi namqz qui de gentib9 in christuz crediderut: considerates martyrum passiones: eorumqz sinceruz circa xpm confessionis affectu: ceperut et ipsi gratia domini sanctoru vitaz couersationemqz sectari: et huius institutiois esse: vt etia his illud aptareť apostoli. Circuierut in melotis: et in pellibus caprinis: egetes: angustiati: afflicti: quibus no erat dignus mudus: in solitudinibus errantes: et in montib9 et in speluncis: et in cauernis terre. Quietez deniqz solitudinis apparentes: gaudiu proprie salutis ac fidei: diuino munere sut consecuti: ceterisqz mox exempla sublimioris vite: sacrationisqz prebuerut. Omnibus eni terrenis exuti negocijs: adhuc morantes in corpore: angeloru emulati sunt sactitate: per qua fastigia scadetes celsa virtutum vltra amonitione enituere mortaliuz: ita vt in nullo prius atiqssimis patribus iferiores existeret: equparates etia illoz merita q pro xpi iesu dni nostri noie certauerut vsqz ad effusione sanguinis: inuisibiliu hostium molimina destruetes: de qbus ait apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carne et sanguine: sed et aduersus principes: et ptates et mundi rectores tenebraz harz: cotra spiritualia nequicie in celestibus. Quoz multiformes pcauetes incursus: et caput serpetis antiqui fortiter coteretas: sempiternis premijs sunt potiti de quibus scriptum est. Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit q preparauit deus diligentibus se.

¶ Quomodo tpe monachorum monasteria esse ceperunt.

Erat per idez tempus beati Antonij vita cunctis admiranda preclara proposita: q magni Helie atqz Helisei: nec no et sci Ioanis baptiste emulator existens: secreta interioris heremi studio sectatus est singulari: vita qz celestiu in terris gessit amore virtutis. Cuius sanctus Athanasius alexandrie ciuitatis antistes: pprio stilo testimoniu phuit: dignus sane relator couersatiois Antonij: q iuxta supplicatione fratru vita ei9 p multoz comoditate pscriberet: et emulandu viris spiritualibus exiberet. In quo ope sancti qz Ammon meminit: a quo p dei gratia primu posita sunt fundameta necno et Theodoz sctm admodu viruz: q cu sene prefato fuerat: ide nobis pontifex indicauit: que singulari ac pfecto pposito: et fide no ficta deo subditu multiplicia retulit diaboli machinameta supasse. Igitur vbiqz diuina gratia copiose diffusa: illud qd in psalmis scriptu canitur: declarauit expletuz. Visitasti terra et inebriasti ea: multiplicasti locupletare ea. Na p tristitia et gemitu gaudiu puenit et letitia: et pro solitudine atqz miseria: felicitas atqz securitas successit. Hinc itaqz patres monachorum: viri mirabiles in vniuersis prope modu regionib9 extiterunt: quoruz nomia in libro vitaru pbanť ascripta: Paucissimi sane tunc adhuc p egyptu et thebaide monachi ee ferebanť. Post persecutionem naqz Diocletiani et maximiani crudelium principum plenitudo gentium intrauit: sicut diuinitus preordinatum est: et fecunditas ecclesie fructus amplissimos cepit exhibere sanctis epis iuxta doctrina tuc apostolica: iter fidei sincera qz conuersatione monstrantibus.

¶ Qd pachomius christianitate est adeptus.

Per idem tempus Pachomius qda scdm ritu ac traditionem parentu gentilis: apud Thebaide comanens diuina gratia guber

nāte xp̄ianus effectus est. Hic ab adolescētia sua: precipuā fragalitatis dicitur arripuisse virtutē. Idcirco autē p gloria xp̄i: qui nos de tenebris vocauit ad lucē: et pvtilitate eorum: qui ista lecturi sunt: stricti cōuersationē ei⁹ q̄ fuerit a paruulo: refero: q2 a tanta perfectiōe eius initia quoqꝫ non discrepant.

¶ Pachomius adhuc puer idola destruxit.

HIc enim cū adhuc puer esset: cum parentibus suis ad simulacrum quoddā demonis super ripā Nyli fluminis collocatū: tāqꝫ victimas oblaturus aduenit. Cūqꝫ sacerdos impurissimus sacrilega solito celebrare voluisset pn̄tia pachomij: demonis prorsus euanuere prestigia. Cū diu multumqꝫ idē sacerdos hesitans in modicū simulacri qđ colebat: mansit immobilis: vehemēter āmirans cur solita demones respōsa nō redderent: tandēqꝫ imūdo spiritu reuelante: cognouit pueri Pachomij eā insolita puenisse silentia: atqꝫ in hec verba prorupit attonitus. Quid inimicus deorū huc venit: procul hinc eū pcul pellite: et quātoti⁹ amouete: Quod cū parētes eius audissent: eūqꝫ suo ꝯspexissent separi cōsortio: merore magno repleti sunt: eo precipue qꝫ inimicus deorū tali fuisset cōtestatione declarat⁹. Ambigebant ergo parētes eius q̄d de eo fieret: quia et antea cū paululū degustasset de vino libationis demonū: ptin⁹ euomuerat illđ. Hec itaqꝫ cū se viderent nō posse discernere: quieuerūt Instabat aūt vt egyptiacis imbueref litteris et antiquorū studijs informaretur.

¶ Qđ Pachomi⁹ ad militiā est raptus.

EOdem tēpore constātino post psecutionē in imperio pdurante: et cōtra tyrānū gerentē pliū: precepta regalia cucurrerunt: vt electissimi quiqꝫ iuuenū ad tyrocinij militiā vbiqꝫ tenerenf: inter quos et Pachomius ānos natus viginti detent⁹ est: vt ipse postea retulit. Cūqꝫ naui fuisset inter alios ad peregrina trāsuectus: ad ciuitatē quādā vento vrgente lati sunt. Ciues ergo loci illius videntes tyrones arcti⁹ custodiri: et q̄ illis accidisset edocti: pietate moti sunt: et iuxta mandatū xp̄i: solatia mario merore positis: et necessaria corporis attulerūt. Tunc Pachomi⁹ aīaduertēs qđ ab eis factū ē: et nimis ammirās: ab his q̄ sibi aderant inqsiuit q̄ eēnt viri illi sic erga miām atqꝫ militatē pmpti ac faciles: audiuitqꝫ xp̄ianos eē q̄ circa oēs et maxie pegrinātes: impedirēt pna liberalitatis officia: sciscitabaf aūt quid ipsa sibi vellet appellatio nominis christiani: dictū est ei: et hoīes esse pios et vere cultores religionis: credētes in nomine ihesu xp̄i filij dei vnigeniti: cunctisqꝫ p virib⁹ bn̄ facientes et sperātes a deo retributionē bonorū operū in futura vita accipere. Hec audiēs Pachomi⁹: corde cōpūctus est: et illustratus diuino lumie xp̄ianorū mirat⁹ est fidem atqꝫ diuini timoris igne succēsus: paululū pn̄tiū conspectib⁹ se se subtraxit: et ad celū manus eleuans ait. Omnipotens de⁹ q̄ fecisti celū et terrā: si respiciens respexeris precē meā: et sācti tui noīs verā cōtuleris p fectāqꝫ noticiā: ab hac me cōpede meroris exemeris: seruitio tuo me tradā oīb⁹ diebus vite mee: et spreto seculo: iugiter tibi adherebo: q̄ cū orasset ad suos reuersus est comites: et die seqnti de ciuitate illa pfecti sūt. Cūqꝫ diuersa loca nauigio circuirēt: si qn̄ Pachomiū voluptas corporis et mūdana titilasset et illecebrosa tentatio: statim ei sua aduersabaf spōsio: memor q2 se dn̄o seruiturū esse deuouerat. Nādiuina gratia suffragante: iā ab annis puerilibus amator extiterat castitatis.

¶ Qđ pachomius sacrum baptismū suscepit

IGitur constantinus imperator pietate ac fide q̄ christo crediderat: victoriā de hostib⁹ consecutus: tyrones iussit absolui. Sic pachomius optata sibi libertate cōcessa: ptin⁹ ad thebaidis vlteriora pgreditur: et igressus ecclesiam que ē in vico: cui nomē est Cinobostiū: fit ilico cathecuminus et post paululū gratiam lauacri vitalis adipiscitur: et ipa nocte qua mysterijs sacris imbutus est vidit in somnis veluti rorē celitus illapsum: eius replesse dextrā et in mellis creuisse pinguedinē: audiuit qꝫ vocem dicentē sibi: considera pachomi qđ geritur. Est em̄ hoc signū gratie: que tibi a xp̄o collata est. Hic itaqꝫ diuino inflammatus affectu: et dilectionis eius iaculo salubri vulnere sauciatus: monachorum se disciplinis atqꝫ institutionibus subiugauit. . .

¶ Qđ pachomi⁹ monach⁹ fieri desiderauit.

AUdiuit autē quēdam anachoretā: cui nomen erat Palemon: intra heremi secreta dño seruientē: ad quē confestim cū eo cupiens habitare perrexit: ꝛ pulsans ostiū cellule eius precabatur ingressum: cui senex aliquātulū patefaciens aditum dixit. Quid vis? aut quē queris. Erat eñ seuerus aspectu: eo ꝙ multo tpe solitarius vitā rigide conuersationis exegerat. Rñdens aūt pachomius ait Deus meus misit me ad te: vt monachus fiā: cui senior: nō potes hic inquit monach⁹ fieri. non eñ parua res agitur: si veri monachi conuersatio casta pensetur: nam plures huc dudū venientes: affecti tedio: pseuerātie non tenuere virtutē. Et pachomi⁹. Nō sunt eq̄les omniū mores. iō p̄co: vt me digneris excipere: ꝛ processu tpis tam voluntatē meā ꝙ̄ possibilitatē pleni⁹ approbes. Et senior ait. Jam tibi prefatus sum ꝙ hic fieri monach⁹ nullo mō possis: perge magis ad aliud monasteriū: ꝛ cū ibidē cōtinentie operā dederis: tūc ad me regredere: teq̄ sine mora suscipiā. Uerūtñ aīaduertere qđ dico. Ego hic satꝫ frugaliter viuo. Nā nimis ardua ꝛ durissima cōuersatiōe me castigo: nulli⁹ rei cibo minime vtens nisi panis et salis. Ab oleo autē ꝛ vino: in totum abstineo Uigilo dimidium noctis: quod spaciū vel in oratione solēni: vel in meditatione diuine lectionis insinuo: interdum quoq̄ totam noctē duco peruigilem. Hec autē audiens Pachomius expauit: vt solent pueri magistrorum vereri p̄ntiam: sed gratia dñi roborat⁹ oēm laborem tollerare ꝓposuit: seniq̄ respōdit. Credo in dño iħu xp̄o: ꝙ mihi fortitudinē patientiāq̄ prestabit: vt dign⁹ efficiar tuis adiut⁹ p̄cibus: in sctā cōuersatiōe per oīa vite mee curricula permanere.

¶ Qđ heremita palemon dedit Pachomio habitum monachi.

TUnc sanct⁹ palemon spiritualib⁹ oculis intuēs Pachomii fidem tandē patefecit aditū: eūq̄ suscipiens habitu monachi cōsecrauit. Morabant̄ g̊ silr̄ abstinētie atq̄ p̄cib⁹ opam dātes. Texebant q̄ cicilia: ꝛ laborabāt manib⁹ suis iuxta beatū aplm: non tm̄ ꝓ sua refectiōis requie: sꝫ vt haberēt vñ tribuerēt nessitatē patientibus. in vigilijs etiā cū nocturnas orōnes celebraret: si qñ senior vidisset somno Pachomiū p̄mi: ducēs eum foras: harenā portare precipiebat de loco ad alterū locū: ꝛ tali exercitio mentē eius grauatā sōni pondere subleuabat: instituēs ac formās eū: vt sollicit⁹ esset in precib⁹: dicēs ei. Labora Pachomi ꝛ vigila: ne quando: qđ absit: ab incepto te proposito moueat is qui tentat te: et inanis fiat labor noster. Que cuncta pachomius obediēter ac sollicite suscipiēs: et in dies sancte cōtinentie ꝑfectib⁹ crescens venerabilē senē nimis alacrē letūq̄ reddebat ita vt xp̄o semper ꝓ cōuersatiōe eius gr̄as ageret.

¶ De abstinentia heremite pachomij.

PEr idem tempus sanctissim⁹ dies paschal aduenerat: et ait ad pachomiū senior. Qm̄ cūctorū xp̄ianoꝝ vl'is est ista solēnitas: nobis q̄s para q̄ vsui nr̄o sunt ꝯgrua. Tūc ille ꝓpt⁹ ad tēperādū id qđ sibi p̄ceptū est iplevit: et p̄ter solitū parump accipiēs olei: cū salib⁹ tritis admiscuit. Lapsanas eñ: id est agrestia olera: ꝛ herbas alias p̄ter oleū ꝯsueuerāt edere. Cū g̊ p̄parasset: ait ad senē. Feci quod tua paternitas iꝑauit: cūq̄ post orōnē beat⁹ palemō accessisset ad mensā: vidissetq̄ oleū cū salib⁹ apparatū: fricās manib⁹ frōtē: ꝛ ubertim fundēs lachrymas ait. Dñs me⁹ crucifix⁹ est: ꝛ ego nūc oleū comedā? Cūq̄ rogaret eū pachomi⁹ vt modicū q̄d ex eo pciperet: nullatenus acquieuit. Tunc ꝓ more sal ꝛ panis est allat⁹: et ad mādu cādū piter cōsederūt. Que senex crucis signo: sicut cōsueuerāt: benedicens: cibū vterq̄ sumpserūt dño gratias: vt moris fuerat: humiliter exhibentes.

¶ De quodam monacho superbo.

UNa vero dierum cū vigilātes silr̄ palemō ꝛ pachomi⁹ accēderēt ignē: q̄dā frater supuēiēs apd eos manere voluit. Qui cū suscept⁹ esset: iter verba: vt fieri solet: erupit et dixit. Si quis fidelis est ex vobis stet sup hos carbones ignis: et oratione dominicā sensim lateq̄ pronunciet: quē beatus palemō intelligēs super hic tumore deceptū: cōmonuit dicens. Desine frater ab hac insania: nec tale quid vlterius loquaris: qui correptione senis non profecit in meli⁹: sed plus elatione mētis inflatus super ignē stare cepit audacter: nullo sibi penit⁹ iꝑāte. eratq̄ cōspicere quō coopan

te initio humani generis: et dño pmittēte: ne
quaq̄ pustus fuerit ignis attactu. Hoc ipsū ve
ro qđ iussit impune: ad augmentū pfecit ei⁹
insanie: scdm qđ scriptum est. Ad prauos pra
uas vias mittit dñs. Hoc itaq̄ cum fuisset fa
ctū: postera die idē frater mature pficiscens:
ac velut exprobrans eis aiebat. Ubi est fides
vestra? Post nō multū vero tpis cernēs diabo
lus eū sibi p oīa mācipatū: et facile ad q̄ vellet
facinora cū posse cōpellere: transfigurauit se
in mulierē pulchrā: splēdidis vestib⁹ adorna-
tā: et cepit ostiū celle eius vehemēter extunde
re. Qui cū aperuisset: ait ei diabolus in habi-
tu mulieris imutat⁹. Obsecro te qr nimis cre-
ditorib⁹ vrgeor: et metuo ne me aliqua pericu
la cōprehendant: recipias in tuā cellulā: qm̄
debitū soluere nequeo: quatenus p te salua fa
cta gratias referā. Dñs em̄ me direxit ad te.
Qui cecitate mētis penit⁹ obscuratus: nec va-
lēs discernere q̄ esset: q̄ sibi talia loqueret: di
abolū miser in suū recepit exitiū. Tūc hostis
nostre substantie: vidēs eū ad oē scelus eē pci
pitē: immisit ei turpē cogitationem. Qui mox
cessit inimici suggestiōibus: et eius quasi mu
liebres petiuit amplexus. Quē spiritus imū-
dus inuadens elisit attrociter: et reuolutus in
pauimētum veluti mortu⁹ diu multūq̄ pman
sit. Post aliquātos aūt dies tandē in se reuer
sus: et demētie pprie sero penitens: ad sanctū
palemonē venit et cū magno fletu quod sibi ac
cidisset: exposuit: vociferans et dicens. Agno
sce pater agnosce: q̄ ego causa perditōis mee
existam. Bene em̄ me cōmonere dignat⁹ es:
sed ego infelix qui te audire contempsi. Qua-
propter obsecro vt me sanctis orationib⁹ tuis
adiuuare digneris: ne sub ingēti periculo cō-
stitutū discerpat inimicus et perimat. Cūq̄ ista
cum lachrymis et fletib⁹ prosequeretur: et san
tus palemon beatusq̄ pachomius lachrymas
p eo funderent: cōpatientes: subito corrept⁹
ab immūdo spiritu: de conspectu eorū psiliit: et
per deserta discurrens agebat infrenis. Per
uenit autem ad ciuitatem panos noīe: ac dein
ceps in fornace balnei per amentiā sese preci
pitans incendio protinus interijt.

¶ Quomodo pachomius manus suas lauabat
in sanguine peccatoris.

HEc audiens vidensq̄ pachomius: magis ac magis incu-
buit abstinentie tenere mensurā: et
cum in oībus tunc maxime in orati
onibus aīm seruare peruigilē: iuxta illud qđ
scriptū ē: oī custodia sua cor tuū: Intm̄ eū se
nex imitaretur antoni⁹: qr non solū cōsuetam
abstinētie regulā alacer extrinsecus adimple
bat: sed etiā intrinsec⁹ consciam suā iuxta ce-
lestiū formā studebat exhibere purissimā: sic
beatus apostolus dicit: glīa nr̄a hec ē testimo
niū cōsciētie nr̄e: certus et hoc magis sibi in
celestib⁹ pari mercedē. Nā cū diuinas scriptu
ras legeret: memorieq̄ mādaret: nō id passiō
negligēterq̄ faciebat: sed vnūqđq̄ pceptū so
lerter examinās: ac pia mōita ptractās stude-
bat in dies ope perficere: q̄ memoria retenta-
bat. Precipue vo hūilitatis ac patiētie mune
re vtebatur: et erga deū pruīnūq̄ purissima di
lectiōe p multis nitebat excellere. Hec autē
aliaq̄ eius clara didicim⁹ a sctīs hoībus dei: q̄
simul cū eo multo tpe sunt morati: quib⁹ ēt vi
te spiritualis exēpla contulerat post lectionē
diuine legis: ea q̄ ad edificationē aīarū ptinēt di
ligēter. Que cū multa sint: et vires nostre pui-
tatis excedāt: nō oīa pn̄ti stilo pscripsim⁹. Nō
ei sum⁹ idonei tanti viri merita: eloqo pari de
promere.

¶ Qđ secretiora heremi pachomi⁹ expetijt.

IGitur pachomius erga loca montis: vbi sancti morabant: ple
na spinis nudis pedib⁹ incedebat: et
cum infigerent ei plurime letabatur
patienter: ac fortiter ferens: recolēs q̄ dñs
noster in cruce clauis fuerit dignanter affix⁹.
Diligebat aūt anachoresiū plurimū frequēter
expetēs solitudinē: et illic diu in oratione psi-
stens dño supplicabat: vt tā se q̄ hoīes oēs ab
vniuersis inimici fraudib⁹ clemēter eriperet.

¶ Qđ vox de celo lapsa est ad Pachomium.

QUodam vero tempore contigit vt pachomi⁹ pcul a cel
la sua pgressus veniret ad quēdā
vicū cui nomē est Tabēnēsis i quo
tunc nullus penitus habitator existebat. Ubi
cū pro amore diutius in orationib⁹ pduraret:
vox ad eum celitus delatata est dicēs. Mane
istic o Pachomi: et monasteriū cōstrue. Uētu
ri sunt nāq̄ ad te q̄plurimi: tua cupientes in
stitutione proficere: quibus ducatum pstabis
iuxta regulam quā monstrauero tibi. Et proti
nus apparuit angelus dñi deferēs ei tabulā
in qua erat omnis forma institutiōis ascripta
qua docendi forent quicunq̄ ad eius magiste
rij studia peruenissent: Quam regulam Tabē

nenses hodieq; custodiunt eodē cibo semper vtentes ꝛ habitu: ipā quoq; disciplinā sollicita circūspectione seruātes. Nā monachi q̄ ibidē cōmanēt: nō solū more: sed ꝛ robore corporis ꝛ locoꝝ situ pre ceteris lōge diuersi sūt: et necesse est eos diuersam regulam custodire. Hanc ergo vocē Pachomi⁹ mētis sinceritate discernēs: quam illi diuina gratia ꝛ merita vite cōtulerūt: agnouit ad se celitus delatā regulasq; valde mirabiles approbauit. Tunc reuersus ad venerabilē senē retulit: quēadmodū voce sit diuina cōmonitus: obsecrās: vt secū pariter veniret ad locū: quo posset dñi mādata explere. Qui nolens eū in aliquo contristare: vtpote carissimū filiū: precibus ei⁹ ilico paruit: atq; ad prefatā villam cū eo peruenit: modicāq; ibi cellulam construētes: letabātur in dño pmissionum ei⁹ bñficia prestolantes: Post aliquātulū vero tpis ait Palemon ad Pachomiū. Quoniā cerno gratiam tibi a deo esse collatā: ꝛ deinceps illic permanere disponis: veni statuamus inter nos pactū vt non diuidamur abinuicem: sed q̄diu in hac luce versamur: visitatione nos consolemur assidua. Utriq; placuit hec pactio quam omni tpe vite sue tam beatus senex q̄ sanctus Pachomius sollicitius sunt executi.

¶ De obitu sancti palemonis heremite.

Inter hec venerabilis idē Palemon: dolore plenus: qui ex nimia continētia illi prouenerat: toto corpore graui cepit egritudinis incōmodo laborare. Nā sumebat escā potu sepius abstīnēs: itē solūmodo bibebat: nihil cibi percipiens. Rogatus ab aliquib⁹ fratribus q̄ ad eū gratia visitationis aduenerāt: ne penitus corpus debile frangeret: tandē cessit orationib⁹ eoꝝ: vt victu cōgruo attenuata mēbra refoueret. Sed nō diutius pertulit. Nā grauiores solito dolores expertus relicta ciboꝝ insolentia ad antiquū victū sine dilatione reuertitur dicens. Si martyres xp̄i alij per frustra lacerati: alij capite cesi: nōnulli etiā ignibus sūt cremati: ꝛ tñ vsq; ad finē fortiter p fide tolerauerūt: cur ego patiētie premia puis cedēs doloribus impatiēter abijciā: ꝛ desiderio vite p̄sentis: afflictiones momētaneas inaniter expauescā? Deniq; suadentibus acquieui cibos insolitos sumere: q̄ mihi dolores auxerūt potiusq̄ vllā requiē p̄stiterunt. Recurrā igitur ad pristina remedia: ꝛ continētie subsidia nō relinquā: in quib⁹ est vt ego cert⁹ sum: omnis requies est vera letitia. Non eñ propter homies hec arma suscepi: sed ob amorē xp̄i his certare pposui. Sic itaq; viriliter agēs intra mensē diēꝝ valido lāguore cōsumpt⁹ est. Ad quē pachomi⁹ veniens fouebat eū vt patrem deosculās pedes ei⁹ atq; complectēs: ꝛ veluti valefaciēs: sic ei videbaꝛ affari. Uenerabilis autē senex: omī virtutū gratia cumulat⁹: ꝛ plenus dierū: sicut scriptū est: q̄euit in pace. Tunc sctūs pachomi⁹ corpus ei⁹ sepeliuit: cuius aīa suscepta choris angelicis ad celos euecta est.

¶ Quod simul conuersabantur pachomius et frater eius Johannes.

Quo peracto Pachomius ad propriū diuersoriū reuertiꝛ. Et nō post multū temporis: german⁹ eius Johānes nomine: cūcta de illo comperiēs venit ad eum. Quē cum vidisset gauisus est plurimū: nam ex quo baptizat⁹ in xp̄m crediderat: ꝛ solitariam vitam elegerat: nullū suorū viderat ppinquorū. Igitur Johānes vt vere pachomij frater: imitator ei⁹ effectus: cū eo permāsit: vnū habentes idēq; propositū: eūdemq; circa deū dilectiōis affectū. Et quia in lege dei diebus meditabanꝛ ac noctib⁹ nullis terrenorū negociorū curis animū deprimebāt. Nā ꝛ si quicq; superat illis: ex his q̄ suis manibus operabātur: id cōtinuo distribuebāt gentib⁹: vt iuxtā preceptū dñi ihū xp̄i de crastino minime cogitarent. In tāta vero vestimētorū penuria sese constrinxerāt: vt nūq̄ lebetone alio vterenꝛ: nisi cum indumēti sordes necessitas coegisset eluere. Lebeton autē linea vestis est: instar colobij quo monachi vtuntur hodieq; per thebaydem et egyptum. sed beatus Pachomius ad hūiliādū corp⁹ ppriū induebat se plerūq; cilicio: ꝛ p ānos .xv. post illos īgētes sudores atq; labores abstinētie: nō iacens sōnū capiebat noctib⁹: sed in medio cellule sue residēs: adeo vt nec dorsū saltē pro sustētatione reclinaret. Cūq; nimis ex h̄ affligereꝛ: ferebat tñ equanimiter hūc laborem: spe quodāmodo iā prelibans eā requiem: q̄ sibi parabatur in celis. Plurimorū nāq; cōsiderās instituta dabat semp opera: cū proprio fratre ad maioris virtutis augmēta consurgere. Operabantur autem ꝛ sedilia: et vnusq̄sq; sicut poterat ita

viuebat: cū summa scʒ humilitate ⁊ patiētia: et fide non ficta.

¶ De conflictu pachomij contra iram et indignationē.

INter hec pachomius iterum diuinitus: p regulis quibus deberēt instituiq erāt p eū domino credituri: cepit cum germano suo habitaculū in quo manebāt: capacius reddere: ⁊ edificijs ampliare q̄plurimis: eoꝝ vt dixi gratia: q̄ seculo renunciantes ad seruiendū xpo erant sine dubitatione venturi: quaten⁹ essent spacia digna meniaꝝ in quibus eoꝝ posset recipi multitudo. Cum ergo sanctus Pachomius hac intentione: qua dictū est: locorum ambitus extēderet: ⁊ monasterij menia dilataret: idē frater eius Anachoresim cogitās habitaculi diligebat āgustias: ⁊ nimiū indigne ferēs: erat ei natu maior: ait btō Pachomio. Desine ab hac intentione tua. Quid agis reʒ superfluā: inaniter temetipm dilate contendens. Qui cū hec audisset: grauiter q̄dem tulit q insolitam audisset iniuriam. verūtā nihil oino ei rn̄dit: sʒ māsuete sustinēs sese continuit. Consequenti vero nocte ad inferiora domus descēdens: cuius aliquā partē ipse cōstruxerat: pstrauit se i orationē: cepitq flere vehementer ac dicere. Ueh mihi q prudentia carnis adhuc in me sibi vendicat locū. Adhuc em̄ scdm carnē ambulo: sicut nup expertus sum. Tante nāq conuersationionis instituta suscipiens: equuʒ nō est: vt me mō impatiētia precipitet: mō meror vexet: modo merito videar irasci. Miserere mei dn̄e: ne pereā: nec diaboli decept⁹ fraude succumbā. Si em̄ me tua gratia deseruerit: et aliquā in me partē suoruʒ actuuʒ reppererit inimicus: durissime eius seruituti subijciar: q scriptū est. A quo quis superatur: huic et seruus adijcitur. Et iteꝝ scriptū est. Si totam legēs quis impleuerit: offendat aūt in vno: factus est oiʒ re⁹. Credo dn̄e: q miseratiōes tue multe sunt: q̄ me nullis meritis subnixū adiuuabunt: viāq sanctoꝝ tuoꝝ illuminat⁹ ingrediar: ⁊ in anteriora me super extendens: obliuiscar ea q̄ retro sunt. Sic em̄ famuloꝝ tuorū chorus: qui tibi a seculo placuit: tuo pfectus auxilio: diaboli vitauit incursus: ⁊ longe lateq p multoꝝ salute mirabili decore splenduit. Ego autē dn̄e quō alios docere tentabo: quos per me ad monachoꝝ propositū vocare digna tus fuerꝭ: cū nec passiones carnis aduersus animā militantes deuicerim: nec legem tuaʒ immaculata mente seruarim. Sed pfido xpe q tua mihi virtus in omnibus semp assistat: eaq geram q̄ tuis cōspectibus placeant. Remitte clementissime deus remitte precor omnia peccata mea: et cor meū tua iugiter inspectione purifica. Hec igitur cū lachrymis dn̄o confitebatur ⁊ fletib⁹ nocte peruigil in oratione consistēs et pre nimietate sudoris atq lachrimarū: nā tempus erat estatis: ita pannum vbi orauerat hūectuʒ reddidit vt fusa illic aq̄ crederetur. Consueuerat autem stans in oratione manus expandere: quas per aliquot horarū spacia minime colligebat: sed extēsiōe diuturna veluti cruci confixum corpus retinebat immobile: ⁊ sic animuʒ suū ad vigilandum in precibus excitabat. Et quāuis eēnt in oi virtutum genere prepotens incredibili tamen hūilitate et mira mansuetudine: cum suo germano cohabitans eum p omnia sustinebat. Qui non post multū temporis: vite presentis cursum impleuit. Cuius fun⁹ debito curauit honore Pachomius. Nam totam noctem sup ei⁹ cadauer: psalmis egit hymnisq peruigilem: et animam quidem eius domino: cui ⁊ ipe crediderat: corpus vero sollicite reddidit sepulture.

¶ Quomodo illicitis cogitationibus diabolo resistebat.

TUnc infatigabili Pachomius arta ⁊ singulari cōuersatione semet ipsum affligens: studebat integruʒ se atq immaculatuʒ in omnibus exibere. Si quando autem eum cogitatio pulsasset illicita: mox eaʒ diuino munere repellebat: atq in timore domini perseuerabat affixus: eternarum memor penarum et dolorum sine fine manentium: ignis scilicʒ illius inextinguibilis: et verminū eoruʒ nunq̄ morientium. Cum his itaq Pachomi⁹ modis et ab illicitis abstineret: et ad meliora proficeret: dilatandi monasterij curā gerebat immodica pro successione multorum: cui diabolus vehementer cepit obsistere: stridensq super eum dentibus: veluti singularis ferus: tēptationes ei varias excitabat: si forsitan aduersus eum fraudibus sue reperisset ingressum. Sed hic scuto fidei communitus: vigilanter inimici declinabat insidias: sanctas scripturas memoria retinens atq decantās.

¶ De insidijs et illusionibus dyaboli.

Quadam vero die cum pachomius supplicaret dño et genua vellet in orone curuare ani conspectū ei⁹ demonū pstigijs lac⁹ apparuit. Huiuscemodi nāq₃ figuras inanes atq₃ supfluas: hostis humani generis sp exhibere festinat: vt aliq subreptiōe vel fraude mēs orāt a ppria intētiōe distracta pces dño purissimas offerre nō possit. Pachomi⁹ autē machinamēta xpo reuelante cogscens: pariterq₃ despiciēs: maria fidei capiebat augmēta: hos qdē arguēs: deū vero solita grāꝝ actiōe bndicens. Cōsueuerat q₃ scūs vir pcul a monasterio suo cā orōnis ad loca remotiora discedere Qui cū exinde reuerteref imūdi spūs illudētes: frequēter facto velut ordine pcedebāt: exhortātes alter alterū qsi añ iudicē directis agminibus: ac dicētes date locū hoī dei. Pachomius aūt spe xpi redēptoris armat⁹ spnebat eoꝝ ridiculosa figmēta: et ac si canū latratus i eptissimos deputabat. Qui magnā viri considerātes cōstantiā: q in nullo psus tantis luctaminibus frāgeref: irruūt sup eū magno cuneo cōglobati: et circūdātes eius habitaculū: nisi sunt illud a fundamēto cōuellere: ita vt putaret scūs locū fuisse collapsuz. Qui manēs intrepitus cōsuetā cytharā spiritalis plectri modulatiōe pulsabat: ingenti voce decantans Deus noster refugium et virt⁹: adiutor i tribulatiōibus q inuenerūt nos nimis: ppterea nō timebimus dū turbabif terra. Quo psallente: ptinus ē facta trāsquillitas: et ipet⁹ inimicorū velut fumus euanuit. Paululū qdem recedentes: vt canes qui fugati fruerint ad psens videnf abscedere: sed impudētiores postea reuertunf. Nā cū idē sāctus post orōnes ad op⁹ solitū consedisset: instar galli gallinacij nimie magnitudinis corā eo visus est inimic⁹: crebras iterans voces et clamores incōditos excitans: deinde saliens in eum suis: velut vnguibus fede lacerauit. Qui signo crucis frontem suam muniēs exufflauit in eū: morq₃ fugatus est. Intelligebat em̄ cūctas inimici versutias et timore diuino pditus: illusiones eius p nihilo cōputabat. Vñ freqnter ab eo lacessitus in nullo lacescere poterat: sed tanq turris inexpugnabilis patientissimus ad omnia certamina peradurabat. Rursus alio tēpore cohortes demonuz: tali genere fantasmatis scm̄ dei famulū fallere molliunf. Plures em̄ conuenientes in vnum arboris folium corām eo magnis funibus colligere videbanf: et summo conamine trahere dextra leuaq₃ ductis ordinibus: ac sese mutuo cohortātes: sic insistere nitebantur: ac si magni lapidis mouerent pōdus immensum. Hoc autem nequissimi spiritus idcirco faciebāt: vt mētē ei⁹ si possent in risum forte resoluerēt: et inuenirēt vnde illi exprobrarent. Quorū Pachomi⁹ impudentiam cernēs ingemuit: atq₃ ad dñm solitis precib⁹ cōuolauit: statimq₃ virtute xpi totus eoꝝ cune⁹ est ad nihilū redact⁹. Frequēter etiā cū resideret ad mēsam deoq₃ gratias ageret: appebāt illi in hītu pulcherrimarum mulierū: spē dñtiū et pcaci ac feda nuditate conspicue eidem astare videbanf et ex appositis contingere. Sed athleta fortissim⁹: qauis sentiret et hoc ipso molestiam: tamen exteriores oculos claudēs: et interiores ad dñm referens: eorū molimina deridebat. Aderat em̄ misericors deus: q ēt nūc cōtritis ac rectis corde cūctis adesse dignatur et dixit: nolite timere: ego vobiscū sum oīb⁹ dieb⁹ vsq₃ ad cōsūmationem seculi: suumq₃ fidelem seruabat in omnibus.

¶ De verberibus quibus affligebat diabolus Pachomium.

Alia quoq₃ vice cū idez sanctus grauibus diaboli molest⁹ vrgeref: sic ab eo est crudeliter cesus: vt a vespera vsq₃ mane totū corpus cum multis esset verberib⁹ exaratuz. Et q q doloribus cruciaref immanib⁹ nulla tñ desperatiōe penit⁹ frāgebaf: sz mēor erat dñi q suos suos nō deserit in tēptatiōe. Tūc quidā monachus Apollo nomie: grā visendi venit ad eū. Cui pachomi⁹ loquēs: ea q ptinēt ad salutem: insidias diaboli multiformes eē pnunciās: cepit etiam illa q circa se gerebanf exponere: quātaq₃ sibi p eorū acerbitates illata essent verbera recēsere. Ad quē monachus ait. Viriliter age: et pforteř cor tuū venerabilis pr̄. Sciēs em̄ diabolus: q₃ si te suis cedētem cōsl ictibus vicerit: cōsequēter etiā nos q pro viribuz possibilitate certaminū tuorū sectatores existim⁹: quiq₃ maxima per te capimus exempla virtutum: facile supabit: idcirco te vehementer impugnare non desinit. Sz tu dñi ptectōe munit⁹: impetū ei⁹ fortiter accipe: ne qđ absit et p nobis cogaris reddere rōnē. Nam si tu: qui nob grā diuina plat⁹ es aliq desidia cesseris: multis occasionem ruinam causamq₃ pstabis

Nec audiēs pachomi⁹:grandes accepit vires aduersus demonū insidias:ꝛ glorificans deū de fratris pñtia:precabat̃ eū:ne se desereret. Exinde demo:at⁹sepe veniebat ad senē. Qui post aliquantū tpis dum solito pachomiū visitans paucis cū eo diebus remoratus eēt valida infirmitate correpť:humanis reb⁹excessit:iuxta votum senis:dies suos pfecta cōuersatione cōsūmans: Expellit̃ itaq₃ sanctis manibus:psalmis ab eo ꝛ hymnis ꝛ canticis spiritalibus ex more celebratis.

¶ De securitate ꝛ potestate que a domino est consecutus.

Tantaz vero post hec fiduciā beat⁹ pachomi⁹ apd dñm acquisierat:ꝛ ita spe dĩna magnificus habebat̃ vt sepe numero calcaret super serpentes ꝛ scorpiones: ꝛ per oĩa maneret illesus:necnō cocodrilli: si qñ necessitas fluuiū transire compelleret:eum cū summa subiectione portabant: exponentes eū ad locum quecunq₃ precepisset. Sup his ḡ deo gratias referens:ꝙ eum ab vniuersis inimici fraudibus seruauerit illesum:orabat dicēs Benedict⁹ es dñe deus patrū nostroꝝ qui nō despexisti humilitatē meā neq₃ finisti me nimis infirmū:decipi vel illudi fraude diaboli: sed misericorditer ignorantie mee discutiens tenebras docuisti me facere voluntatē tuam. Nam cū pusillus essem ꝛ abiect⁹:ac vite mee penitus nescius:timoris tui sensum mihi largitus es:vt tenebras exteriores et supplicia eterna deuitans:te veram lucem gaudiumq₃ perēne cognoscerem.

¶ De oratione qua orauit: vt contra inimicuz preualeret.

Cumq₃ se videret assidua demonis impugnatione pulsari:tanꝙ fortissim⁹ athleta nimis alacriter pro vite sanctitate certabat postulans a dño:vt si fieri poss₃ quo modū humane fragilitat̃ excederet:necessitatē somni superaret:q̃ten⁹ dieb⁹ ac noctibus vigilās aduersarioꝝ machinamenta destrueret:sic̃ scriptū est. Persequar inimicos meos et cōprehendā illos:et nō cōuertar:donec deficiāt. Affligā illos nec poterūt stare:cadent subt⁹ pedes meos. Et pcinxisti me virtute ad bellū. Postꝙ ṽo hec petitio ei⁹:cꝑtū ꝯditio pmisit humana cōpleta est:inuisibilē tanꝙ vidēs sustinuit in eloquijs celestib⁹. se pseueranter exercens.

Mulier quedā diuitijs et nobilitate ornata et ceteris vite istius vanis ministrationibus sup eleuata: qsi viduitatem cōplectēs: indecorose vsa est potestate castrimargie et prodigalitati semp inseruiens: nihil placidi deo possidens sed porcorū more se sceno voluptatū inuoluens sero qnqz scdm dispensationē dei ad mentē rediēs: immensurabilitatē suorū delictorū illuminata silenter sola cogitabat et multitudinē pctōrū suorū flebiliter suspirans dicebat. Heu mihi peccatrici et prodige: quō me excusabo de actis delictis meis? Templū spiritussancti corrupi: et aīam in corpore habitantē polui. Heu mihi abiectissime. Putas dicā me sicut meretricē anteriorē: an publicanū: sz nemo sicut ego peccaui: maxime post sanctum baptissima. Quō ergo certa ero: qz penitentē suscipiet me deus? Et hec cogitāte ea qui oēs vult saluare et ad agnitionem venire veritatis: in mēte ei misit de iuuentute vsqz in senectutē pctā sua scribere in cartha. Que pscripta nouissime oīm scripsit: quod erat ei maximū peccatū: et plumbo signauit eā. Considerās autē tps opportunū: qn sanctus Basilius ad cōsuetas orōnes ibat ad sanctam ecclesiā cucurrit clam: et proiecit cartham secus pedes eius: et super faciē iactans se ipsam clamabat dicens. miserere mei sancte dei pater sup oēs peccatrici. Stans aūt beat⁹ xpi famulus: sciscitabatur ab ea causa doloris. Que ait. Ecce dñe oīa peccata mea scripsi in ista cartha et iniquitates meas et sigillaui eas. Tu aūt sancte dei sigillum ne amoueas: sed tm̄ p orationē tuam ea dele. Qui enim dedit mihi talem cogitationē: oīno exaudiet te pro me postulantem. ¶ Magnus aūt Basilius: tollens cartham et respiciēs in celum ait. Dñe tibi soli est opus istud. Qui eī mundi pctm̄ tollis et vnius aīe istius facilius delere potes pctm̄. oīa eīn nostra delicta nūerata sunt apud te: mīa aūt tua inumerabilis et inuestigabilis est. Et hec dicens intrat ecclesiam tenens cartham: et psternēs sei pm et ponens cartham secus altare mansit p oēm vigiliam orans: et crastino per omne sanctū mysterium deprecans deum. Et post completionē sanctorū mysteriorum: vocauit mulierem secrete astantibus paucis clericis: et ostendens eis cartham dixit ad eam. Audisti mulier: qz nemo pōt dimittere pctā nisi solus deus? que dixit. Audiui senior: et per hoc admoui te ad intercessionē misericordissimi dei. Et hec dicens soluit cartham et inuenta est tota inscripta: mansit autem magni peccati: scelestū op⁹ non deletū. Videns autem mulier pusillanimis effecta est: et percutiens pectus suum manibus cecidit ad pedes episcopi clamans mi

sere mei serue dei altissimi: et queadmodum pro oibus iniquitatibus meis certasti: sic et pro ista postula: et oino delebitur. Archiepiscopus aut lachrymatus est: propter indulgentiam dicens. Surge mulier: quia et ego peccator sum: indigens indulgentia. Qui deleuit tua peccata quanta voluit potens est tollere et istud a te: qui tollit peccata mundi. Si custodieris amodo non peccare et vias dni ambulaueris: non tm indulgebit tibi: sed et gloria digna eris. Uade ergo ad heremum: et inuenies virum sanctum et noiatum in oibus nomine effren. Isti da cartham et postulans placabit deum pro te. ¶ Mulier autem concite a sancto ad heremum cucurrit: et transiliens longitudinem vie ad predictum sibi locum magni heremite puenit. Et pulsans ostium clamabat dicens miserere mei sancte dei. Qui presciens propter quam causam astiterit: dixit ei: vade a me mulier: quia homo peccator sum: indigens et ipse auxilij. Illa aut proiecit cartham dicens. Archiepiscopus Basilius misit me ad te: vt orans ad deum deleat iniquitatem meam que in ipsa cartha conscripta iacet. Ceteras oes ipse sanctus orans deleuit: tu aut pro vna noli pigritari deprecari deum Ad te em missa sum. Non filia non. Qui enim pro multis preualuit placare deum: et pro vno poterit plus me: vade ergo et noli stare: vt comprehendas eum ante eius transitum. Mulier autem concite a sancto effren reuersa est cesaream: et intrante ea in ciuitatem: obuiauit corpus portantibus sancti Basilij. Et videns cepit clamare voluens se in humo: et causabatur cum sancto dicens. Heu mihi misere: heu mihi sancte dei: propter hoc misisti me ad heremum vt immolesta tu a me transires: et ecce in acta reuersa sum: inuanum pertransiens pelagus vie: videat deus et iudicet inter me et te: quia placare potens deum ad alterum me misisti. Et hec clamans proiecit cartham super feretrum: subtiliter enarrans de causa omni populo. Unus autem de clero volens videre quale peccatum esset: tulit cartham. Et absoluens inuenit eam super totum inscriptam: et clamauit voce magna dicens ad mulierem. Inscripta est cartha o mulier quid laboras nesciens in te factam clementiam? Multitudo ergo videns ammirabile miraculum glorificauit deum: qui dedit potestatem hominibus super terram dimittere peccata: dans etiam gratiam seruis suis: et post mortem sanare omnem infirmitatem: et omnem languorem: sed et peccata fide accedentium dimittere. ¶ De ioseph hebreo interseritur historie. Hic Joseph egregius in arte medicinalis discipline valde probatus: simul et illustris cum fuisset: in ipsa peritia summam scientiam habebat tactu eius vene prescire caute ante tres vel quinque dies: si quis deberet de his transire tumultibus: ad meliorem stabilitatem. Inuidiosum aute multitudine medicorum dei ser pater noster Basilius: ex diuino splendore presciens: quod deberet dari ei diuini baptismi donum valde amabat eum: et assidue ad colloquium vocabat illum: docens eam regiam viam salutis et veritatis ambulare: postulabatque illum discedere de polluta religione: et per baptismum induere xpm. Qui non acquiescebat dicens: quia in fide qua natus sum: in ipsa et finiam. Sanctus aut dei dixit ei. Crede Joseph: nec tu nec ego de istis transibimus tumultibus: donec renouet te dns meus Jesus xps: per quam et spiritum: sine istis em impossibile est introire in regnum celorum. Nunquid et patres tui non baptizati fuerunt in nube et mari: et biberunt ex spiritali sequenti eos petra. Petra aute erat xpus. Qui in nouissimis diebus ex virgine incarnatus: et propter nostram salutem humanatus: et mirabilia agens passus ac pro patribus tuis crucifixus et sepultus: et tertia die resurgens in celum ascendit: et sedet ad dexteram patris: et veniet in multa gloria cum angelis suis iudicare viuos et mortuos et reddere vnicuique scdm opera eius. Impossibile est ergo: sicut dictum est: omnem hominem in regnum dei introire: nisi per aquam et spiritum: et participationem viuificorum et incontaminatorum mysteriorum corporis et sanguinis iesu christi. Et talibus orationibus probatus operarius dei: cultor colloquebatur cum eo: ipse autem non audiebat eum. Quando vero prosperauit deus qui segregauit eum ex vtero matris sue: suscipere eum sancti spiritus gratiam: debens sanctus de his transferri tumultibus duxit cum occasione ad se medicinalis discipline: et dixit ei. Quomodo vides que erga me sunt? ille a tactu vene sentiens virtute eius mortem imminere: dixit ad domesticos ipsius: que ad sepulturam sunt indumenta preparate: iste enim pene moritur. Dixit ei magnus Basilius. Nescis quid dicis. Dixit ad eum Joseph hebreus. Crede domine: sol cum sole occidet hodie. Et dixit ei sanctus. Et si non morior: vsque ad matutinum: quid? Dixit hebreus Non est possibile domine hoc fieri: vix enim vna ho-

sa erit anima tua in te. Sed dispone iam ecclesiam tuam et res tuas: non enim obscurabitur dies hodie in te. Dicit ei sanctus. Et si vixero in crastinum usque ad horam sextam: quid facies? Qui ait. Ego moriar. Dicit ei sanctus. Etiam ut moriaris peccato: vivas autem in christo tuo: dicit ei hebreus. Scio quid dicis: et facio iussionem tuam: si sicut dicis fit. Cum iuramentis horribilibus promittens: quia si vixerit dei discipulus omnino accipere sancti spiritus gratiam dei cultor pater noster postulavit deum additionem vite dari sibi: ut illum hebreum salvaret: misit ergo sanctus mane: et vocat hebreum. Qui diffidens advenit putans omnino eum mortuum: et videns illum viventem in stupore factus est: et proijciens se ad pedes eius dixit: in vero corde dico: non est deus magnus sicut christianorum et non est deus amplius eo. Nego ergo christe odibilem religionem iudeorum: et accedo fideliter veritati christianorum: iube ergo sine dilatione dari mihi in christo signaculum: et sanctum baptisma: et toti domui mee: dicit ei sanctus dei Ego manibus meis baptizo te: et omnem domum tuam. Procedens ergo iterum medicus et tangens dexteram manum eius dixit: ei lasse facte sunt virtutes tue domine: et natura valde defecit. Dicit ei sanctus. Habemus nature creatorem confortantem nos. Et surgens venit in sanctam dei ecclesiam: et coram omni populo baptizavit eum cum tota domo eius: vocans nomen illius Johannes. Communicans autem eum vivificis mysterijs: assumpsit eum et duxit in dormitorium suum dans ei escam: et docebat eum que sunt eterne vite adijciens eum ovili suo cum mulieribus et filijs noviter electum militem: medicus autem frequentibus diebus pertransibat benedictionales domos: et dabat donatam sibi de medicina pecuniam et quod ei erat residuum. Et circa horam nonam stetit magnus pater noster basilius ad ministerium misse in sancta ecclesia simul cum electis cleri. Et civitatis capitaneis: et iterum cum ipsis panem: dimisit eos: instruens et osculans eos in osculo sancto: et novum christi militem commendans etiam omnes domino atque dispositam sibi consepelire sumpsit tertiam partem: que a domino data fuit ei communionis: et recumbens in lecto gratias egit extense domino et deo nostro: in peregrinatione a corpore et fide medici: et adhuc gratie cum essent in ore eius reddidit domino spiritum: et additus est principibus sacerdotum predicatoribus quoque magnis magni verbi tonitruum. Vides autem ex hebreis fidelis medicus: qui sicut dixit homo dei et magnus princeps sacerdotum Basilius: sic requievit: cadens super pectus eius cum lachrymis dicebat vere servi dei Basilici si non voluisses: nec modo mortuus fuisses. Crastina autem congregata est multitudo: et duxit honorificum corpus eius: qui vicit materialem instationem in sanctam ecclesiam: cum omni oblatione aromatum et thymiamatum sepilientinm. Audiens autem Gregorius nazanzeni episcopus currens et ipse advenit et videns honorificum corpus procidit super illud Et lamentans multum ad orationem hortabatur populum in hymnis et canticis spiritualibus: cum decenti honore gloriosam memoriam magni sacerdotis facere: simulque concurrentibus duodecim episcopis: et multitudine civitatis: deposuerunt eum in archarismum marmoreum: in templo sancti et gloriosi martyris Iicbij: ubi et leonicius ante eum episcopus cum ceteris dormit. Requievit autem angelicam vitam in terra agens magnus Basilius mense Januario die prima: quinto anno imperij valentis et valentiniani: memoriam sue vite derelinquens ecclesie que est secundum operationem sancti spiritus conscripta cum eo in celesti libro: in gloriam et laudem domini nostri iesu christi et gloriose virginis marie cui cum patre est gloria simul et sancto ac vivifico spiritu: nunc et semper et in secula seculorum.

Amen.

¶ Explicit vita beatissimi Basilij archiepiscopi cesarie capadocie.

¶ Incipit vita sancti patris effrem

Fratres enarrationem volo facere de Basilio memorabili et effrem syroque sunt apud deum: et patre nostro visore: que etiam de sancto et non mentiente ore eius audivi. Est autem sic: Effrem memorabilis cum esset in heremo quadam splendore spiritus sancti il-

lustrante videns quendam de amatoribus ei⁹ et interrogatione discens mirabilia opera patris nostri Basilij: sine intermissione postulabat reuelari sibi qualis esset magnus Basili⁹ Inertasi ergo factus: vidit columnā ignis: cuius caput pertingebat celum: ꝛ vocē desuper dicentem audiuit. Effrem effrem quemadmodum vidisti columnam istam ignis talis et magnus est Basilius. Et continuo accipiens interpretem: eo ꝙ nesciebat loqui grecā linguā venit ad magnam ecclesiā magni nominis cesaree capadocie perueniens in ipsa sancta festiuitate sancte Theophanie: et intrans clam vidit procedentem in ecclesia magnum Basilium ꝛ dicit sequenti se. Inuanū laborauim⁹ vt suspicor: frater. Iste enim in tali ordine cū sit non est quemadmodum vidi: vidit enim eū indutum stola candida: et qui circa eum erant sacrum clerum candidiferū. Et procedente eo stans in loco occulto ecclesie: desperabat pro huiusmodi materia dicens secū. Nos qui portauimus pondus diei ꝛ estus: nihil consecuti sumus: ꝛ hic in tali cum sit stipatione et honore humano: columna ignis est. Miror valde. Ista igitur eo sic loquente: mittit sanctus Basilius archidyaconū suum dicens. Uade circa portam occidentalem: et in angulo ecclesie inuenies abbatē effrem: habentem cucullam: cū altero quodā cum parua barba pusillum: ꝛ cetera de vultu eius: et dices ei. Iube intra presbyteriū: vocat te pater tuus archiepiscopus. Et discens dominus Effrem per interpretem que dicebantur respondit dicens. Errasti frater: nos peregrini sumus Et abiens archidiaconus: retulit beato Basilio ista. ¶ Magno autē Basilio sacros libros legente: vidēs sanctus effrem linguam igneam loquentem per os ei⁹. Et dicit sanctus archidyacono: vade ꝛ dic ei. Dñe effrem iube intra sanctū presbyterium. Obstupuit ergo in istis sanctus Effrem glorificans deū: et genuflectens respondit dicēs: vere magn⁹ Basili⁹: vere columna ignis vere spiritussanctus loquitur per os eius. Postulauit autem archidiaconū excusare se et vt magis post ministeriū in secretario salutaret eum. Intrans itaqꝫ post completionē ministerij Basilius magnus in secretarium vocauit sanctum. Effrem: ꝛ in domino salutationē reddidit ei dicens. Bene venisti o pater filiorū heremi bene venisti qui multiplicasti discipulos christi in ipsa heremo: et demones eminasti in christo. In quibus labor tuus pater venisti vidire peccatorē hominem: det tibi deus mercedem ſm laborem tuum. Et respōdēs ei honorificentissimus Effrem ꝛ perdicēs omīa que in corde eius erant colenda simul cū coessente suo abbate communicauit de sanctis manibus eius ꝛ faciēte eo charitatē: dixit sanct⁹ effrem. Pater honorificentissime: vnaꝫ postulo gratiam a te: annue eam dare mihi. Qui ait ad eū. Iube ꝛ dic que videtur tibi. Multa em̄ debeo maxime pro labore tuo ad meam pñiā. Dicit ei honorificentissimus effrem. Scio pater sancte: quia quacunqꝫ postulaueris a deo tribuet tibi: et volo vt depreceris dominū quatenus loquar grece. Qui ait: super virtutē meam postulasti. Sed quia fideliter petisti: veni pater honorificentissime: et heremi magister postulemus dominum: potest em̄ facere voluntatem tuam. Scriptum est enim. Uoluntatē timentium se faciet: et deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos. Et faciētes orationem in multam horam: resurgentibus eis: dixit magnus Basilius. Cur domine effrem nō accipis ordinationē presbyterij quia decet te? Dixit ei per interpretē sanctus effrem. Quia peccator sum. Respondit ei sanctus. Utinam peccata tua ego habuissem: et dicit ei. Flectamus genua. Et iacētibus eis in humo: posuit manum suam in sanctum effrem magnus sacerdos: et dixit ei que sunt dyaconi. Et dixit: iube surgere nos et fac. Aperta ergo lingua eius: dicit sanctus Effrem greca lingua: susci pe: salua: miserere: ꝛ custodit nos deus gratia tua. Tunc impletum est quod scriptum est in propheta. Tunc psaliet claudus sicut ceruus: et aperta erit lingua mutorum. Et loquēte eo grece in ipsa hora: glorificauerunt deum omnipotentem et exaudiētem postulationem deprecantium et timentium se. Et spiritualiter letantes per tres dies: atqꝫ ordinans sanctus sacerdos interpretē in dyaconem: ipsum vero beatum effrem in presbyterum dimisit eos in pace: glorificantes deum in omnibus que audierunt et viderūt: sicut locutus est ad eos.

¶ Finit vita beati patris effrem: et per consequens liber primus vitaspatruꝫ.

lustrante videns quendam de amatoribus eiꝰ et interrogatione discens mirabilia opera patris nostri Basilij: sine intermissione postulabat reuelari sibi qualis esset magnus Basiliꝰ Inextasi ergo factus: vidit columnā ignis: cuius caput pertingebat celum: ⁊ vocē desuper dicentem audiuit. Effrem effrem quemadmodum vidisti columnam istam ignis talis et magnus est Basilius. Et continuo accipiens interpretem: eo ꝙ nesciebat loqui grecā linguā venit ad magnam ecclesiā magni nominis cesaree capadocie perueniens in ipsa sancta festiuitate sancte Theophanie: et intrans clam vidit procedentem in ecclesia magnum Basilium ⁊ dicit sequenti se. Inuanū laborauimꝰ vt suspicor: frater. Iste enim in tali ordine cū sit non est quemadmodum vidi: vidit enim eū indutum stola candida: et qui circa eum erant sacrum clerum candidiferū. Et procedente eo stans in loco occulto ecclesie: desperabat pro huiusmodi materia dicens secū. Nos qui portauimus pondus diei ⁊ estus: nihil consecuti sumus: ⁊ hic in tali cum sit stipatione et honore humano: columna ignis est. Miror valde. Ista igitur eo sic loquente: mittit sanctus Basilius archidyaconū suum dicens. Uade circa portam occidentalem: et in angulo ecclesie inuenies abbatē effrem: habentem cucullam: cū altero quodā cum parua barba pusillum: ⁊ cetera de vultu eius: et dices ei. Iube intra presbyteriū: vocat te pater tuus archiepiscopus. Et discens dominus Effrem per interpretem que dicebantur respondit dicens. Errasti frater: nos peregrini sumus Et abiens archidiaconus: retulit beato Basilio ista. ¶ Magno autē Basilio sacros libros legente: vidēs sanctus effrem linguam igneam loquentem per os eiꝰ. Et dicit sanctus archidyacono: vade ⁊ dic ei. Dñe effrem iube intra sanctū presbyterium. Obstupuit ergo in istis sanctus Effrem glorificans deū: et genuflectens respondit dicēs: vere magnꝰ Basiliꝰ: vere columna ignis vere spiritussanctus loquitur per os eius. Postulauit autem archidiaconū excusare se et vt magis post ministeriū in secretario salutaret eum. Intrans itaqꝫ post completionē ministerij Basilius magnus in secretarium vocauit sanctum Effrem: ⁊ in domino salutationē reddidit ei dicens. Bene venisti o pater filiorū heremi bene venisti qui multiplicasti discipulos christi in ipsa heremo: et demones eminasti in christo. In quibus labor tuus pater venisti vidire peccatorē hominem: det tibi deus mercedem sm laborem tuum. Et respōdēs ei honorificentissimus Effrem ⁊ perdicēs omīa que in corde eius erant colenda simul cū coessente suo abbate ⁊ cōmūicauit de sanctis manibus eius ⁊ faciēte eo charitatē: dixit sanctꝰ effrem. Pater honorificentissime: vnā postulo gratiam a te: annue eam dare mihi. Qui ait ad eū. Iube ⁊ dic que videntur tibi. Multa eñ debeo maxime pro labore tuo ad meam pñiā. Dicit ei honorificentissimus effrem. Scio pater sancte: quia quacunqꝫ postulaueris a deo tribuet tibi: et volo vt depreceris dominū quatenus loquar grece. Qui ait: super virtutē meam postulasti. Sed quia fideliter petisti: veni pater honorificentissime: et heremi magister postulemus dominum: potest eñ facere voluntatem tuam. Scriptum est enim. Uoluntatē timentium se faciet: et deprecationem eorum exaudiet: et saluos faciet eos. Et faciētes orōnem in multam horam: resurgentibus eis: dixit magnus Basilius. Cur domine effrem nō accipis ordinationē presbyterij quia decet te? Dixit ei per interpretē sanctus effrem. Quia peccator sum. Respondit ei sanctus. Utinam peccata tua ego habuissem: et dicit ei. Flectamus genua. Et iacētibus eis in humo: posuit manum suam in sanctum effrem magnus sacerdos: et dixit ei que sunt dyaconi. Et dixit: iube surgere nos et fac. Aperta ergo lingua eius: dicit sanctus Effrem greca lingua: suscipe: salua: miserere: ⁊ custodit nos deus gratia tua. Tunc impletum est quod scriptum est in propheta. Tunc psaliet claudus sicut ceruus: et aperta erit lingua mutorum. Et loquēte eo grece in ipsa hora: glorificauerunt deum omnipotentem et exaudiētem postulationem deprecantium et timentium se. Et spiritualiter letantes per tres dies: atqꝫ ordinans sanctus sacerdos interpretē in dyaconem: ipsum vero beatum effrem in presbyterum dimisit eos in pace: glorificantes deum in omnibus que audierunt et viderūt: sicut locutus est ad eos.

¶ Finit vita beati patris effrem: et per consequens liber primus vitaspatrū.

ncipit registrum secundi libri de vita san-
rum patrum.

¶ Prologus in partem secundam de vita sanctorum patrum.

Vere mundum quis dubitet meritis stare sanctorum: horꝫ scꝫ quorꝫ in hoc volumine vita prefulget qui omnē luxurie notam tota mente fugerunt: mundoqꝫ relicto heremi vasta secreta rimātur: ibiqꝫ per terribiles rupes formidolosis antris excubantes: nec esuriunt nec sitiunt: qui dextera dei sustentat et pascit eos. Horum meritis subleueris. Horū supplicationibus peccatorum veniam merearis mi domine fidose. Nō ergo spernas simplicitatē et impollitos sermones: nec enim operis est diuine doctrine sophistice ⁊ eloquenter signare sermones: sed suadere mentes hominum in fide et operibus veritatis. Ex patribꝰ namqꝫ sanctorum patriarcharum ⁊ prophetarum. idest Abraam Ysaac ⁊ Jacob Moysi et Helye ⁊ Johannis: ideo descripta est fides ⁊ conuersatio: non tantum vt illos glorificaret: quos certe deꝰ glorificauerat: et in regno suo gloriosos habebat: sed vt legentibus posteris conferent veritatis doctrinam ⁊ exempla salutis.

¶ Finit prologus.

¶ Incipiunt adhortationes sanctorum patrū professionisqꝫ monachorū: ceteri quoqꝫ sub sequentes libelli: quos de greco in latinū trāstulit sanctus Hieronymus cardinalis presbyter.

Quidā sanctorum seniorum patrum interrogantibus se monachis de causa abstinentie dixit. Oportet filioli vt odio habeamus omnem requiem presentis vite: siue delectationes corporeas ac ventris suauitatem et honorem ab hominibus: nā requiramus: ⁊ dabit nobis dominus iesus celestes honores: et requiem in vita eterna: gloriosamqꝫ letitiam cum angelis suis. §.I.

Idem autem senior dixit qꝛ naturaliter inest homini esurire oportꝫ sumere cibū ad necessitatem corporis sustentandā non tn̄ in passione seu saturitate ventris. Nā ⁊ somnꝰ naturaliter inest homini: sꝫ nō in satietate siue resolutione corpis quo possumꝰ hūiliare passiones ac vitia carnis. Satietas enī somni mētē sensumqꝫ hoīs stupidū pigrūqꝫ reddit: vigilie autē tam sensum: qꝫ ēt mētē subtiliorē ac puriorē efficiunt. Ita enī et sancti patres dixerūt: quia vigilie sancte purificant et illumināt mentem: superflue aūt vigilie induunt frenesim ⁊ dolorez capitis et totius corporis. Sed ēt irasci naturaliter iest homini: non in cōmotiōe passiōis: sed vt irascaꝛ ꝯtra semetipsum: ac vitia sua: vt facile emendare et a se abscindere possit. Nec nō etiam si quid prauum ⁊ cōtra pcepta dei videamus agere alios: oportet nos cōtra vicia eorū vehementer quidē irasci: ipos vero diligēter corripe ⁊ increpare ac monere vt emendati saluentur: et ad vitam eternā perueniant. §.II.

Erat quidam senior in heremo interiori: per multos ānos in abstinētia: et in omni studio spiritali nimis laborans. Aduenientesqꝫ ad eū quidam fratres: admirati sunt eius perseuerantiā dicentes. Quomodo toleras istum tā aridum ⁊ squalidum locum pater? Quibꝰ ille respondens ait. Omnis labor totius temporis quē hic dego: nondum vnius hore tormentorum eternorum gehenne spacium habet. Oportet inquit nos in paruo tempore vite illius sustinere laborem: et macerare passiones corporis nostri: vt inueniamur in illo futuro ac eterno seculo: qꝺ nunqꝫ deficit perpetuā repausationē. §.III.

Referebant nobis sancti seniores de quodā fratre dicentes: quomō quodam tempore ita impugnabaꝛ a demonibus: vt statim hora diei prima: tantā famem et defectionem corpori eiꝰ facerent: vt penitus sustinere non posset. Verū tamen ille dicebat in corde suo. Quia qualitercūqꝫ esurio: oportet me vel vsqꝫ horā tertiam expectare: et tūc cibum sumere. Cūqꝫ facta fuisset hora tertia: iterum dicebat cogitationibus suis. Etiam ⁊ nunc violenter oportet me sustinere: vsqꝫ ad horam sextam. Cumqꝫ aduenisset hora sexta: infundebat panem et aquā: dicens. Dum hic panis infunditur: oportet me etiā horam nonam expectare. Cūqꝫ hora aduenisset nona secundum consuetudinem complebat omnes orationes suas: et psalmodiā scōm regulam: et ponebat panē vt comederet. Hoc ergo per plurimos dies sustinuit. Quidā ergo die similiter ab hora prima vsqꝫ ad nonam fecit. Cūqꝫ hora nona cepisset vt cibum caperet: vidit de sportella vbi panis: idest paximacia reposita

erant surrexisse fumū magnū: et egressum eē per fenestrellam cellule eius. Itaq; ex illo die nec esuries nec defectio corpori facta est: sed magis ita corroboratum est in fide et abstinentia cor eius: vt etiam nec post biduum delectaret eum cibum accipere. Ita gratia dei auxiliante certamini eius: per patientiam suam frater extinxit castrimargie: id est gule concupiscentie passionem. §.IIII.

Egressi sunt aliquādo de monasterio fratres ad visitandum eos: qui in heremo commorabantur patres. Cum autem venissent ad quendam heremitam seniorem: suscepit eos cum grandi gaudio: et sicut consuetudo est apposuit eis mensulam. videns enim eos fatigatos de itinere: ideo ante horam fecit eos reficere: et quicquid habebat in cella sua apposuit vt ederent: et repausauit eos. Facto autem vespere oratiōes et psalmos sm̄ consuetudinē compleuerunt. Similiter etiā et nocte fecerunt. Supradictus autem senior separate in alio loco quiescebat sibi: et audiebat loquentes inter se et dicentes. Quoniam isti heremite magis melius ad refectionem cibantur: q̄ qui in monasterijs conuersantur. Hec autem senior audiens tacuit. Et cum illuxisset dies arripuerunt iter: vt ad alium heremitam pergerent: qui in vico eiusdē senis habitabat. Cum autē egrederentur dixit eis senior. Salutate eum et me: et dicite ei. Obserua et noli irrigari holera. Ipse vero intellexit causam: et tenuit eosdem fratres: deditq; eis vt operarentur texantes sportas sedensq; cū eis ipse operabatur. Vespere autem ad luminaria addidit super consuetudinem alios psalmos: et post completas orationes: dixit eis. Nos quidem consuetudinem non habemus cibari quottidie: sed propter vestrum aduentū oportet nos hodie cenare. Et apposuit eis panem et sal dicens. Quia propter vos debem⁹ amplius aliquid cenare: misit autem modicū acetum et sal et modicum olei. Et cum surrexissent de mensula: cepit iterum psallere vsq; prope lucem. Et dixit eis. Non possumus propter vos om̄em canonem psallere. Ideoq; repausate modicū: quia de itinere fatigati estis Cum autem factum fuisset mane hora prima: voluerunt recedere ab eo: sed nō permisit eos senior dicens. Magis iubete facere nobiscū aliquātos dies. Nō em̄ dimitto vos hodie: sȝ propter charitatē teneo vos vel alios tres dies. Illi autē hec audiētes surrexerūt nocte ⁊ anteq̄ lucesceret fugierūt ex eodē loco §.V.

Quidā de sanctis seniorib⁹ salutandi causa profectus est ad aliū seniorē heremitam. Qui cum omni gaudio suscepit eum. Pro cuius aduentus parauit ad refectionem lenticule cibum coctum. Dixeruntq; inter se: vt prius ex more complerent orationes ⁊ psalmodiā: et postea cibū caperēt. Cum aūt ingressi fuissent psallebant: totumq; psalterium compleuerunt. Nam et de scripturis sanctis tanq̄ legentes duos prophetas absentes habentes recitauerunt. Iamq; dies abierat: nox similiter recedebat. Dum ergo orarent et intente psallerent: illuxit alia dies et tunc intellexerunt q̄ iam nox transisset. Iterum aūt inter se de verbo dei loquētes: et speciales ibi sensus exponentes factum est vt circa horam nonā salutantes seinuicem. ita reuersus est q̄ venerat senex ad cellulā suam. Nam refectionem cibi qui paratus fuerat obliti sunt accipere: dū cibum spiritualem perceperunt: vespere autem facto inuenit senior ollam plenā sicut parata fuerat: et contristatus dixit. Heu quō obliti sumus pulmentum istud. §.VI.

Referebat nobis abbas zenon: quia aliquando dum proficisceretur ad palestinam fatigatus de labore itineris: recedit sub arbore. Erat autē in proximo ager plenus cucumere. Cogitauit autem in corde suo vt surgeret et tolleret sibi ad refectiōem de ipsis cucumeribus. Nihil enim inquit grande est quod habeo tollere. Respondensq; ipse sibi in cogitationibus suis ait. Quia fures precipientibus iudicibus: in tormenta mittunt oportet ergo meipsum probare si possum sustinere tormenta que latrones patiuntur. Surgens autem eadem hora stetit in estu quinq; dies: fixitq; corpus suum: et dixit cogitationibus suis. Quia non possum sustinere tormenta: ideo oportȝ me furtum non facere: sed magis exercere secundū consuetudinem opera manuū: et de laboribus meis reficere: sicut sācta scriptura dicit in psalmis. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es ⁊ tibi bene erit. Quod certe quottidie in cōspectu domini psallimus. §.VII.

Discipulus cuiusdam sancti senioris impugnabatur a sp̄iritu fornicati-

onis sed auxiliante gratia domini resistebat viriliter pessimis et immundis cogitationib⁹ cordis sui ieiunijs et orationibus: et in opere manuum affligebat se vehementer. Beatus autem senior videns eū ita laborantem dixit ei. Si vis o fili deprecor dominum vt auferat a te istam impugnationem. Ille vero respondens dixit. Video pater quia ꝛ si labores sustineo: sentio tamen fructum in me proficere bonum: quia per occasionē impugnationis hui⁹ et amplius ieiunio: et amplius in vigilijs et orationibus tolero. Veruntamen deprecor te vt ores pro me misericordiam dn̄i: vt det mihi virtutem quatenus possim sustinere ꝛ certare legitime. Tunc senior sanctus dixit ei. Ecce nunc cognoui fili quia fideliter intelligis: ꝙ hoc spiritale certamen per patientiam ad salutem eternam anime tue proficiat. Ita enim sanctus apostolus dixit. Bonum certamē certaui cursum consummaui: fidem seruaui: de cetero reposita est mihi corona iusticie: non solum autem mihi: sed et omnibus qui diligunt aduentum eius. §. VIII.

Et alius etiam frater vehementer impugnabatur ab immundo spiritu fornicationis. Exurgens autē noctu abijt ad quendam sanctum et probatum in virtutibus seniorem: et confessus est ei: ꝗ patiebatur impugnationē ab spū fornicationis. Hec cū audisset senior cōsolabatur eū: docens spiritualibus verbis de virtute patientie dicens: sicut scriptū ē viriliter age ꝛ ꝓfortet̄ cor tuū: et sustine dn̄m. Reuersus ē frater ad cellulā suā: ꝛ ecce iterū impugnatio insistebat ei. Ipse autē festinauit denuo ꝑgere ad supradictum seniorē. Videns aūt eū senior: iterum docebat eū vt patiēter ꝛ indefesse sustineret: dicebatq̧ ei crede fili: ꝗm̄ mittet tibi dn̄s iesus christ⁹ auxiliū de celo scō suo: vt possis superare passionem hanc. Confortatus autē frater monente scō seniore: remeauit ad cellulam suā: ꝛ iterū impugnatio valde cōturbabat cor eius. Et statim eadē hora noctis reuersus est ad seniorē et deprecabatur eum vt intentius ꝓ eo dn̄m exoraret. Dixitq̧ ei senior. Ne pertimescas fili: neq̧ resoluaris: neq̧ abscondas cogitationes tuas: ita enim confusus spiritus immundus discedit a te. Nihil enim ita allidit virtutem demonū quomō si quis secreta immundarū cogitationū reuelauerit scīs ac beatissimis patrib⁹. Viriliter age fili: et confortetur cor tuū et sustine dn̄m. Ubi em̄ durior est pugna: ibi gloriosior erit ꝛ corona. Denicq̧ scūs ꝓpheta esaias dicit. Nunqd inualida ē man⁹ dn̄i ad saluandū: aut agrauata ē auris ei⁹: vt non exaudiant. Considera ergo filiole: ꝗ certamen tuum expectat domin⁹: tibiq̧ contra diabolicū dimicāti parat eternitatis coronā. Idō monet nos sancta scriptura dicens: quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum celorum. Hec autem audiens frater confirmatum est cor eius in domino: ꝛ permāsit apud seniorem: noluitq̧ vltra reuerti ad cellam suā. §. IX.

Beato abbati moysi qui habitabat in loco qui appellabat̄ petra quodam tpe in tātū īposuit durissimā impugnationē demū fornicationis: vt non preualeret sedere in cellula sua: sꝫ abijt ad scm̄ abbatē Isidorū: et retulit ei violentiā impugnatiōis sue. Cūq̧ de scripturis sācīs abbas Isidor⁹ ꝓferens testimonia cōsolaret̄ eū: ꝛ vt ad cellulam suā reuerteret̄ rogaret eū: noluit abbas Moyses pergere ad cellulā suam. Tunc abbas Isidorus pariter cū abbate moyse ascēderūt ī superiora cellule sue. Et dixit ei isidorus. Respice ad occidētē et vide. Cūq̧ respiceret vidit multitudinē demonū vehemēter cū furore ꝑturbari: ꝛ quasi ad prelium preparatos festinātesq̧ pugnare. Dixit autem ei abbas Isidorus. Respice iterum ad orientem et vide. Cūq̧ respiceret: vidit innumerabilē multitudinē sanctorū angelorū: gloriosum et splendētē sup lumē solis celestiū virtutū exercitū. Ait autē ei abbas isidorus. Ecce quos in occidente vidisti: ipsi sunt qui etiā impugnant sanctos dei. Nā quos ad orientem conspexisti: ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit deus. Cognosce ergo: quia plures sunt nobiscum sicut dicit helyseus propheta. Verum etiam sanctus Johannes dicit. Quia maior est qui in nobis est: ꝙ qui in hoc mundo. Et his auditis confortatur in domino sanctus abbas Moyses: et reuersus est in cellulam suam gratias agens et glorificās domini nostri iesu christi bonitatis patientiam. §. X.

Erat quidam frater in heremo scithie: prōptus ꝛ alacer in op⁹ dei et spiritali conuersatiōe. Huic aūt inimic⁹ gn̄is hūani diabol⁹ īmisit cogitatōes: vt recordaret̄ cuiusdā note sibi mulieris pulchritudinē ꝛ ꝑtur

baretur cogitationibus suis vehementer. Cōtigit aūt ex dispensatione dñi iesu. vt alius quidam frater de egypto veniret ad visitandū eū in charitate xpi. Et dum inter se loquebantur euenit sermo vt diceret ille frater de egypto: quia mortua est illa mulier. Ipsa autē erat in cuius amore impugnabat̄ supradictus frater Hec cū audisset ille post paucos dies abijt ad locū illū vbi positū erat corpus illius defuncte mulieris: et aperuit noctu sepulchrū eius ⁊ cū pallio suo tersit saniem putredis ei⁹ ⁊ reuersus est ad cellulā suam. Ponebatq̄ fetorez in conspectu suo et dicebat cogitationibus suis. Ecce habes desiderium quod querebas satiate ex eo: et ita in illo fetore cruciabat semetipsū vsq̄ quo cessaret ab ea sordidissima impugnatio. §XI

Duo fratres monachi abierūt in proximā ciuitatē vt distraherent q̄ manibus suis p totū annū opati essent. Un⁹ aūt ex eis egressus est vt quedā sibi necessaria emeret: alius aūt solus in hospitio remansit et instigante diabolo cecidit in fornicationē. Cū aūt reuersus venisset frater dixit ei. Ecce distraximus q̄ necessaria erant reuertamur nūc ad cellulam nostrā. Respōdens aūt frater dixit ei. Non possum reuerti. Cūq̄ deprecaret̄ eū frater suus dicens: q̄propter nō reuerteris ad cellulaz? Ille confessus est ei dicens. Qz ergo cuz discessisti a me: cecidi i fornicationē ideo nolo reuerti. Uolens autez lucrari et saluare aīam eius frater suus cum sacramēto dixit ei. Qz et ego cū separatus fuissem a te lapsus sum similiter in fornicationem verumtamen reuertamur ad cellulā: et ponamus nos ī pniam. Oīa em̄ possibilia sunt deo: ⁊ penitentibus nobis indulgentiā donare dignetur: vt in eterno igne tormentis et penis inferni tartaro nō cruciemur vbi pnīa nō est sed ignis sēper sine cessatione et dira tormenta. Ita ergo reuersi sunt ad cellulam suam. Abierunt autē ad sanctos patres: et prostrauerunt se ad vestigia eoꝝ cū multo vllulatu et lachrymis gementes: et cōfessi sunt illis que euenisset eis ruine temptatio. Quicquid aūt preceperunt sancti seniores: et docuerunt eos in eā penitētie ita oīa fecerūt. Ille ergo alius frater q̄ nō peccauerat p fratre qui peccauerat penitētiā agebat: quasi et ipse peccasset: eo q̄ multā charitatē circa eū haberet. Uidens aūt dñs laborem charitatis eius: infra pauca tpa reuelauit sanctis patribus qualis esset causa: et qz ppter charitatē illius q̄ nō peccauerat ⁊ se afflixerat p salute fratris: iccirco indulgentiaz donauit ei dñs q̄ peccasset. Ecce hoc ita est sicut scriptū est: qz posuit aīam suā p salute fratris sui. §.XII

Alius etiā frater molestiā sustinebat ab spū fornicatiōis. Abijt aūt ad quēdā pbatissimū seniorē ⁊ precabatur eū dicēs. Pone tibi sollicitudinē beatissime pater: et ora p me: qz grauiter me īpugnat passio fornicatōis. hec cū audissz senior orabat intēte dieb⁹ ac noctib⁹ p eo deprecās dñi misericordiam. Iterū aūt veniebat idē frater ⁊ rogabat seniorē vt magis intentius p eo oraret. Similiter aūt cū oī sollicitudine beatus senior orabat intentius pro eo. Frequenter aūt venietē ad se monachū: vidēs senior ⁊ deprecantē se vt oraret valde cōtristatus mirabat̄ qz nō exaudiret dñs orationē ei⁹. Eadē aūt nocte reuelauit ei dñs q̄ circa illū monachū erat negligentie et ignauie resolutio ⁊ delectatiōes corporee cordis eius. Ita aūt ostensum est sancto seniori. Uidit sedentē illū monachū: ⁊ spm̄ fornicationis in diuersis mulierū formis ante illū ludētē et ipsum cū eis delectari. Uidebat aūt ⁊ angelū domini astantē et indignantem grauiter contra eundē fratrē: quia nō surgebat neq̄ psternebat se in orationib⁹ ad deum. Sed magis delectabatur cogitationibus suis. Hec autē ostensa sunt per reuelationē sancto seniori. Cognouit aūt qz culpa ⁊ negligētia illi⁹ mōachi erat: vt non exaudirentur orōnes eius. Et tunc dixit ei senior. Quia tua culpa est frater qui condelectaris cogitationibus malis: īpossibile est em̄ discedere a te spiritū fornicatiōis immundum alijs orantibus: ⁊ deū p te deprecantibus. nisi ⁊ tuipse laborē assumas: in ieiunijs ⁊ orationib⁹ ⁊ vigilijs multis cuz gemitu deprecans vt miam suā et adiutoriū sue gratie prebeat tibi dñs iesus xps vt possis resistere cogitationib⁹ malis. Nam et medici q̄ corporib⁹ hominū medicamēta conficiunt ⁊ adhibent q̄uis oīa cum summa diligentia faciant: verumtamen si ille q̄ infirmatur a noxijs cibis vel de alijs que solent ledere infirmitates abstinere noluerit: nihil ei proficit cura et diligentia et sollicitudo medicoꝝ. Similiter etiā vt in aīe languoribus eueniet. Licet em̄ omni intentione ⁊ ex toto corde sancti patres: q̄ sūt medici spirituales exorent miam dñi saluato

ris nostri, per eis: qui orationibus eorum se postulant adiuuari: nisi et ipsi cum omni intentione mentis tam in orationibus quam in omni opere spirituali: que deo placita sunt fecerint non eis proficient negligentibus et resolutis et de salute anime minime cogitantibus orationes sanctorum. Et hec audiens frater compunctus est corde: et cum omni sollicitudine secundum doctrinam senioris tam in ieiuniis quam in orationibus et vigiliis semetipsum afflixit et meruit misericordiam domini. Et recessit ab eo spiritus immunde passionis. §. XIII.

Erat quidam monachus et habitabat in heremo. Quedam autem puella ex genere et cognitione eius post plurimos annos coperit in quo loco supradictus monachus habitaret et instigante diabolo abiit in desertum: requirens eum. Quo inuento ingressa est cellula eius: asserens ei quia ex genere et parentela eius fuisset mansitque ibi apud eum: et cecidit in ruinam peccati cum ea. Erat autem alius monachus et ipse in heremo degens. Qui cum ad refectionis horam venisset: gello cum aqua quem ad potum sibi preparauerat vertebat se et tota illa aqua fundebatur in terra. Hoc autem per aliquot dies cum ad refectionem venisset ita fiebat: et effundebatur aqua in terram: vt non posset bibere. Cogitauit autem apud semeipsum vt abiret ad illum alium monachum et diceret ei de gellone qui vertebat se et tota aqua effundebatur. Iterum cum in itinere vespere facto in quodam antiquo et dirupto templo idolorum dormiret: audiuit demones inter se loquentes: quia in ista nocte precipitauimus illum monachum in fornicationem. Et hec audiens admirabatur. Cum autem illuxisset dies peruenit ad monachum: et inuenit eum grauissima tristitia oppressum et dixit ei. Quid faciam frater: quia qua hora reficere voluero statim gello quem ad vsum aque habeo vertit se: et effunditur aqua et non habeo quod possim bibere? Tunc respondit ei supradictus monachus dicens. Tu quidem venisti ad me interrogare quia geluncu lus vertit se et effunditur aqua? Ego autem quid habeo facere: quia in hac nocte cecidi in fornicationem? Respondensque frater dicit ei: et ego hoc iam cognoui. Dixit autem ei ille. Et vnde hoc potuisti cognoscere? et ille ait Dum in itinere noctu quiescerem audiui demones inter se loquentes et gloriantes de lapsu tuo et nimis contristatus sum. Tunc respondit ei ille monachus dicens. Ecce ego egredior et vado in seculum. Hec ille audiens deprecabatur eum dicens. Noli hoc agere frater: sed magis patienter sustinens permane in hoc loco. Nam mulierem expellamus et reuertatur ad locum suum. Manifeste enim ista acquisitio artis maligni diaboli est. Magis autem oportet vt maneas in hoc loco in afflictione cordis et corporis et cum intimi cordis gemitu ac lachrimis vsque in exitum vite deprecare saluatoris nostri pietatem vt possis inuenire misericordiam in die illo terribili magni iudicii dei. §. XIIII

Et quidam frater in heremo habitabat autem in loco qui dicebatur cellia et impugnabant eum demones in passione fornicationis Cogitauit autem apud semetipsum dicens. Quia forsitan opus me magis in opere manuum laborare: vt extenuetur carnalis sensus meus. Erat autem idem frater arte figulus. Exurgens autem fecit in luto et plasmauit quasi figuram mulieris: et dixit cogitationibus suis. Ecce vxor tua: necessarium est ergo vt sup consuetudinem addas in opere manuum tuarum et post aliquantos dies iterum similiter fecit ex luto et plasmauit quasi filiam sibi et dixit cogitationibus suis. Ecce generauit vxor tua filiam: necessarium est ergo vt magis magisque amplius exerceas opera manuum: vt possis pascere et vestire et te et vxorem et filiam tuam: et ita pre nimio labore macerauit corpus suum vt non preualeret iam supportare tantum laborem. Tunc dixit cogitationibus suis. Quia si non preuales nimium istum sustinere laborem neque mulierem requiras. Videns autem deus feruens propositum mentis eius pro certamine castitatis: abstulit ab eo molestiam impugnationis demonum. Et glorificauit deum super magnitudinem gratie eius §. XV

Quidam frater interrogauit beatum abbatem Poemen dicens. Quid faciam pater quia impugnat me passio fornicationis et peior in passionem furoris? Et respondens dixit ei sanctus senior. Ideo vtique dauid propheta dicebat quia leonem quidem percutiebam: nam et vrsum frequens suffocabam. Hoc autem ita intelligitur quia furorem ab animo meo abscindebam fornicationem aut in laboribus affligebam.

¶ Explicit de spiritu fornicationis.

¶ De virtute patientie et humilitate. §. XVI.

Dicebant sancti seniores patres de quodam monacho iam seniore in scithie heremo commanente: quomodo seruus quorundam

erat: et per singulos annos descendebat de heremo in Alexandriã: vbi cõmanebãt domini eius deferens eis pensionem: sicut solent serui dare dominis suis. Sed domini eius magis reuerẽtiã ꝓ timore habẽtes circa eum: honorabãt occurrẽtes et salutantes eum. Petentesq; vt ꝓ eis dñm exoraret. Ille autem mittebat aquam in peluium: et festinabat lauare pedes dominoꝝ suoꝝ cũ oĩ humilitate obsequiũ eis cupiẽs exhibere. Ipsi vero nolebãt acquiescere vt pedes eoꝝ ablueret sꝫ dicebãt ei. Noli beatissime pater grauare aĩas nostras. At ille respondens dicebat: ego seruus vester sum. Nam vos esse dominos meos oĩpotens deus constituit et gratias ago domino vestro: quia dignati estis me ꝑmittere vt seruiã deo viuo et vero creatori ac dominatori celi et terre: et iõ detuli vobis pensionem seruitutis mee. Dñi aũt eius contendebãt nolentes accipere quã detulerat pensionẽ. Rñdens aũt monach⁹ dixit eis. Si nolueritis accipere pensionẽ meã ita decreui vt non reuertar in heremũ: sed hic in pñti permaneo. et seruio vobis. hec aũt audiẽtes domini eius acquieuerũt suscipere pẽsionem nec ꝯtristaretur: sed magis reuerteretur ad loca heremi ad cellulã suã. Illud aũt qđ in pensioneꝫ suaꝫ etiã nolentib⁹ dabat dominis suis: statim vt accipiebãt pauperib⁹ erogabãt Interrogantes autẽ eundẽ seniorẽ fratres dixerunt ei. Obsecramus te pater vt dicas nobis cur cum tanta intentione pro seruitio tuo: pẽsionẽ etiã nolentibus et nimis resistentib⁹ tibi dominus ingessisti? Ad hec rñdẽs senior dixit. Ego fratres ideo festino ꝓ seruitio quod tanquã dominis meis debeo pensionẽ per singulos annos adimplere eis: vt quicquid iam cum adiutorio domini in ieiunijs et orationibus seu in sanctis vigilijs vel in omni opere spirituali christo domino adiuuante laborauero hoc mihi in eterna vita et ad salutem aĩe mee proficiat: vt forsitan si pensionem pro seruitio meo minime intulero iam totus spiritalis labor meus ad illorum mercedem ꝓficiat: qui me permiserũt christo domino deseruire et spiritaliter conseruari §. XVII

Erant duo fratres secũdum carnẽ qdẽ germani veruntamen vterq; in spiritali proposito monachi existentes insidiabaturq; eis malignus diabolus vt quocunq; eos separaret abinuicem. Quadaꝫ igitur die ad vesperam secundum cõsuetudinẽ ille iunior frater ascendens lucernam posuit super candelabrum. Faciente autem malitia demonum ruit candelabrum et extincta est lucerna. Per hãc occasionẽ insidiabatur eis malignus diabolus vt in litem eos incenderet. Surgensq; senior cepit percutere cum furore fratrem suum. Ille vero ꝓstratus in terram deprecabatur germanũ suũ dicens. Magnanimus esto dñe: et ego rursus accendo lucernam. Ergo quia nõ respondit ei turbulentum sermonẽ: statim malignus spiritus confusus recessit ab eis. Et ꝑgens eadẽ nocte nunciauit principi demonuꝫ dicens. Quoniam propter humilitatẽ illi⁹ monachi qui prostratus in terra veniam postulabat de fratre suo: non preualui in eis vidensq; deus humilitatẽ eius: effudit super eum gratiam suam: et ego sentio me valde torqueri: atq; cruciari quoniã non preualui separare eos abinuicem. Hec autem oĩa verba audiens sacerdos idolorum qui ibi commanebat: cõpunctus est in timore dñi et amore iesuchristi. cõsiderans enim q̃ magna seductio et perditio animarum est cultus idoloruꝫ relinquens oĩa festiuanter perrexit ad sanctos patres ad monasteriũ: et retulit eis omnia que per malitiaꝫ demones inter se loquebantur. Cumq; monitis salutaribus instruxissent euꝫ sancti patres de doctrina salutari baptizatus est et sancti ꝓpositi monachorum viam arripuit: et adiuuante et cooperãte gratia dei: factus est probatissimus monachus tantumq; veneratus est et tenuit virtutẽ hũilitatis vt oẽs nimiã humilitatẽ eius admirarentur. Dicebat enĩ: quoniã omnem virtutẽ aduersarioꝝ nostroꝝ demonũ soluit humilitatis intentio. Deniq; et domin⁹ noster iesus christus per humilitatẽ triũphauit diabolum et omnem eius virtutem contriuit. Addebat etiam dicens qm̃ frequenter audisset demones inter se loquentes: q: quando ad iracundiã succẽdimus corda hominũ si quis sustinuerit patiẽtes conuitia iniuriarũ et conuersus magis rogauerit ea q̃ ad pacẽ sunt dicens: quia ego peccaui statim sentimus omnẽ nostrã virtutem marcescere: quia appꝛoximãt eis gratie diuine potentie. §. XVIII

Referebat autem beatus senior Poemẽ fratribus dicens. Quoniam fuit quidam nuper monachus in Constantinopoli temporibus Theodosij imperatoris: habitabat autem in parua cella foris ciuitatem ꝓpe proastium qui vocatur in septimo vbi solent un

peratores egressi de ciuitate libenter degere Audiens autẽ imperator ꝙ ibi esset quidam monachus solitarius: q̃ nunꝙ egrediebatur de cella: cepit deābulādo pgere ad eum locū: vbi erat supradictus monachus: precepitq̃ sequẽtibus se eunuchis: vt nullus approximaret ad cellulā monachi illi⁹. Ipse aūt solutus perrexit pulsauitq̃ hostiū. Surrexit autem monachus et apparuit ei ⁊ nō cognouit eum ꝙ esset imperator. Tulerat enim sibi coronam de capite suo vt non cognosceretur. Post orationẽ aūt resederunt pariter. Et interrogauit eū imperator dicẽs. Quomodo sancti patres degūt in egypto? Respōdẽsq̃ monachus ait. Oẽs orant deum pro salute sua. Aspiciebat autẽ imperator intente cellulam ipsam: et nihil in ea vidit nisi paucos panes siccos in sporta pẽdẽtes et dixit ei. Da mihi bñdictionẽ abba vt sūamus. Statimq̃ festinauit monachus: et remisit aquā et sal: et misit buccellas: et comederunt pariter. Porreritq̃ ei calicem aque et bibit. Tunc Theodosius imperator dixit. Scis quis sum ego? Respondens monachus dixit Nescio quis sis domine. Dixit ei. Ego sum Theodosius imperator. et ob deuotionez veni huc. Hoc cum audisset monachus ꝓstrauit se ante illum. At ille dixit ei. Beati estis vos monachi hui securi ac liberi de negocijs secu li: tranq̃lla et quieta perfruamini vita: ⁊ solūmodo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem: quo modo ad vitam eternam: et ad celestia nobis vobisq̃ promissa premia peruenire possitis. In veritate enim dico tibi quia certe in palatio natus sum et nunc in regno dego: et nunꝙ sine sollicitudine cibum capio. Post hec aūt valde honorifice salutauit eum imperator: ⁊ ita egressus est ab eo. Eadẽ aūt nocte cepit intra se cogitare famulus dei dicens. Quoniam non oportet iam me in hoc loco esse. Multi enim non solum de populo: sed etiam de palatio et de senatoribus ꝗplurimi exemplum imperatoris secuti ad videndū me venturi sunt et honorem mihi tanꝙ seruo dei deferendo non cessabunt. Et illi quidem hec ꝓpter nomen domini facturi sunt. ego autẽ timeo ne forte malignus diabolus mihi meritum surripiat et libenter incipiam eos suscipere et condelectetur cor meum laudes et honores eorum et per hec iam icipiam virtutem humilitatis perdere et laudes atq̃ honores hominum delectari. Hec igitur omnis hō dei secum cogitans eadez nocte fugit inde: ⁊ prerit in egyptum ad sanctos patres in heremo. Itaq̃ consideremꝰ dilectissimi fratres: quanta sollicitudine virtutẽ humilitatis custodire famulus dei studuit: vt in celesti regno eternam gloriā pro labore sancte vite sue: quem propter nomen dñi exercuerat: percipere a christo dño mereretur. §. XIX.

De hoc autem ipso sancto

Poemẽ: referebant alij sancti seniores dicentes. Quia quodā tempore cū aduenisset iudex prouincie: audiẽsq̃ sanctam opinionem beati poemenis: desiderabat videre eum: misitq̃ nūciū ad deprecādū. vt susciperet eū. Beatus aūt Poemen cōtristatꝰ est valde cogitās apud semetipsuz: quia si ceperint persone nobiles venire ad salutandū et honorandū me: manifestuz est: quia et alij multi etiā populares homines frequentabūt me: et necesse est per hoc vt perturbetur secreta vite mee conuersatio: et humilitatis gratiā quam cū labore tanto auxiliante dño a iuuentute mea studui custodire forsitā surripiente maligno diabolo perdam: et vane glorie incurrā laqueos: hec ergo apud semetipm̄ pertractans: definiuit quatenus excusaret et nō susciperet iudicem. Contristatus autẽ iudex quia nō eum suscepisset: ait ad officiū suum. Qm̄ non merui videre hominẽ dei peccatꝫ meis imputo. Veruntamẽ nimis desiderauit p quancūq̃ occasionem videre sanctū virum. Excogitauit ergo huiuscemodi cām: que occasionẽ ei prebe ret videndi eū. Comprehendens eñ filium sororis. B. poemenis: misit in carcerẽ: vt per istā occasionez aut susciperet iudicez: aut certe ipse veniret ad rogādū iudicẽ. Dixitq̃ ad officium suū vt nō ꝯtristet̃ sctūs senior: mādate ei si voluerit veire ad me: necesse ē vt stati educamꝰ eū de carcere. Tal' eñ est cā eiꝰ q̃ nō possit impune trāsire. Audiẽs aūt h̃ mater iuuenis idez soror scti poemenis: abijt in heremū vbi erat frater suꝰ: stabatq̃ ad ostiū cellule eiꝰ cuz multo fletu ⁊ vllulatu: rogās eū vt descẽderet ad iudicẽ: et rogaret ꝓ filio suo. Btūs autem poemẽ non solū ad eā nihil dixit: s; nec ostiuz ei aperuit vt ingrederet̃ ad eū. Tūc cepit illa maledicere ei ac dicere. Durissime ⁊ impijssime et ferrea viscera gerẽs: quō te tantꝰ dolor fletꝰ mei nō flectit ad misericordiā: qm̄ vnicū ip̄z filiū habeo quẽ in piculo mortis video cōstitutum. Tūc senior mādauit ei p fratrẽ qui ei ministrabat dicens. Uade dic ei. Poemen

filios nō genuit: ⁊ iō non dolet. Hec audiens iudex dixit amicis suis. Scribite ad eū vt vel epistolā precatoriā faciat ad me: quatenꝰ possiꝫ eū dimittere. Tunc tanq̄ plurimis suadentibus: sanctus senior scripsit ad iudiceꝫ dicēs Jubeat nobilitas tua diligenter req̄rere cām illius: ⁊ si quid dignū morte admisit moriatᷣ: quatenus in hoc presēti seculo exoluat crimē peccati sui: vt euadat eternas ac perpetue gehanne penas: Sin autem nihil dignuꝫ morte commisit: quod iustum vester legibus: ita iube discernere. §.XX.

Fuit etiā de magnis p̄tibus quidā senior noīe Agathō nomīatissimus in virtute humilitatis et patiētie. Quodā aūt tēpore perrexerunt ad visitādū eū frēs. Audiētes em̄ de eo q̄ magnā hūilitatē habuerit volēteſq̄ ꝓbare si vere hūilitatis patiētia possideret: dixerūt ei. Multi scādalizantur in te pr̄: q2 nimis vicio supbie tenearis: ⁊ iō alios despicias: ⁊ ꝓ nihilo eos habeas: sꝫ ⁊ detractiones aduersus frēs nō cesses loqui. Affirmāt etiā q̄plurimi: q̄ hec iō agas: q2 fornicatiōis vicio tenearis et ne solus videaris errare: iccirco aliis nō cesses detrahere. Ad hec respōdēs senior ait. Hec oīa que dixistis vitia in me eē cognosco: nec possuꝫ negare tātas iniq̄tates meas. Procidensq̄ ꝓnus in terrā adorabat eosdē frēs dicēs. Deprecor vos frēs: vt intētiꝰ ꝓ me misero: ⁊ multis pctīs obnoxio christū dn̄ꝫ exorare nō cessetis: vt indulgentiā tribuat iniq̄tatibꝰ meis multis ac malis: Ad hec supradicti fratres addentes dixerunt ei. Nuꝫ te lateat etiā hoc: q2 hereticū te eē q̄plurimi affirmātꝰ Hoc autem cū audisset senior: dixit eis. Licet in aliis multis peccatis obnoxiꝰ sim: absit hoc ab anima mea. Tūc oēs qui ad eū venerāt ꝓstrauerūt se in terram ad pedes eius: obsecrantes eū ac dicētes. Precamur te abba vt dicas nobis cur tāta vitia ⁊ pctā dicentibus nobis de te in nullo cōmotꝰ es: de vbo aūt heretici valde te cōmouisti: ⁊ abhoīatus es: nec sufferre potuisti auditū? Dicit eis senior. Illas priores culpas ac peccata ꝓpter humilitatē sustinui: vt peccatorē me eē crederitis. Nouimus em̄ si custodiatᷣ humilitatis virtus: magnuꝫ fructus est aīe. Nā dn̄s ⁊ saluator noster iesus xp̄s: cū ei iudei multas cōtumelias ⁊ cōuitia irrogassent: patienter cuncta tolerauitꝰ: vt nobis hūilitatis preberet exēpla. Immissi em̄ falsi testes multa aduersus eum falsa dixerunt ⁊ vsq̄ ad mortē cūcta sustinuit. Ita em̄ ⁊ apostolus petrus predicabat dicens. Xp̄s passus est pro vobis. vobis relinquēs exēpluꝫ: vt sequamini vestigia eius. Oportet igiᷣ vt patienter cum humilitate cuncta aduersa sustineamꝰ. Sermonē autē quē obiecistis de herefi non potui sustinere: q2 heresis sepatio est a deo. Hereticꝰ em̄ separatur a deo viuo ⁊ vero ⁊ coniungitur diabolo ⁊ angelis eius. Alienatus em̄ a xp̄o: nō hꝫ deū quē exoret pro peccatis suis: q2 ex omni parte periit. Si aūt conuersus fuerit ad verā catholicā sancte ecclesie fidē suscipitur a bono ⁊ pio saluatore nr̄o xp̄o et reconiungitur deo vero creatori et saluatori nostro xp̄o. §.XXI.

Consiliū inter se habuerunt seniores patres et omnes monachi habitātes in heremo scithie: et consenserūt vt pater Isaac p̄sbyter eis ordinaretᷣ: in ecclesia que in heremo sita est: vbi conuenit die et hora statuta multitudo monachorū q̄ in illa heremo conuersantur. Audiens aūt supradictus abba huiuscemodi ꝯsiliū fugit in egyptū: ⁊ abscōdit se in quodā agro inter fructeta arbitrans indignū se eē honore presbyteri. q̄plurimi aūt fratrū sequebanᷣ: vt cōprehenderēt eū. Cum autem applicuisset ad vesperā in eodē agro: vt reficerēt fatigati de itinere: erat em̄ nox: dimiserūt asellū q̄ ei sumptꝰ portabat in itinere vt pascereᷣ. Cum autem pascereᷣ asellus peruenit in locum vbi supradictus abbas ysaac latitabat. Cūq̄ illuxisset dies requirētes monachi asellum peruenerunt ad eundeꝫ locū vbi se senior occultauerat et admirantes valde dispensationem diuinā cōprehendentes ligare et cōstringere eum voluerūt ⁊ ita perducere. Venerabilis aūt senior non pmisit dicēs. Jā nō possum contradicere vobis: q2 forsitan voluntas dei ē vt licet indignus suscipiam ordinem presbyterii. §.XXII.

Erant duo fratres monachi pariter in cellula cōmorantes quorū hūilitateꝫ ⁊ patientiā multi etiā de sanctis patribus collaudabāt. Audiēs vero quidā sanctus vir voluit ꝓbare si verā pfectāq̄ hūilitatē haberēt: venit q̄ ad visitandū eos. Cūq̄ cū gaudio suscepisset eū ⁊ ex more cōplesset orōnes: egressus foris cellulā vidit paruum ortum: vbi sibi holera faciebant. Apprehensoq̄ baculo cum toto impetu cepit omnia holera cedendo con

fringere ita vt nihil oino remaneret. Videntes autē supradicti fratres: nihil penit⁹ dixerūt sed nec vultū tristē aut turbatū habentes. Et rursus ingressi cellulā vespertinas oröes cōplentes: adorantes eū dixerunt. Si precipis pater ibim⁹ ⁊ eū qui remansit caulē coquētes gustemus qr iā hora est vt cibū sumamus Tunc senior adorauit eos dicēs. Gratias ago deo meo qr video spm̄ sanctū requiescere ī vobis: ⁊ ideo hortor vos ac moneo frēs carissimi vt vsq in finē custodiatis sancte hūilitatis et patientie virtutē vt ipsa in regno celesti vos magnos et sublimes in cōspectu dñi faciat apparere. §.XXIII

Erat quidam in cenobio iaʒ senex et pbatissim⁹ monachus et incurrit grauissimā egritudinē pfectusq nimia ⁊ intollerabili infirmitate p longū tps laborabat in doloribus multis nec inuenire poterāt fratres: qualiter succurrerent egritudini eius: qm̄ ea que necessaria erāt egritudini eius non habebantur in monasterio. Audiēs aūt quedam famula dei de afflictione infirmitatis eius: deprecabatur patrē monasterij vt eū ad cellulam suā tolleret ⁊ ministraret ei: maxime aūt qr facilius inuenire posset in ciuitate que necessaria egritudini eius videbantur. Precepit ergo pater monasterij vt portarent eum fratres ad cellulā famule dei. Ipsa vero cū oī veneratione suscipiēs eum ,ppter nomē dñi ministrabat ei ,p retributione mercedis eterne quam credebat a christo saluatore nostro recipe. Cūq per tres ⁊ amplius annos sedule obseqret famulo dei ceperunt hoīes mente corrupti: secundū scabiē mentis sue suspicari qd non sincerā haberet senior cōscientiam de virgine que ministrabat ei. Audiēs aūt hec senior exorabat diuinitatē xp̄i dicens. Tu dñe de⁹ noster qui solus nosti oīa: et vides quia multi sunt dolores egritudinis et miserie mee et afflictiōes tante infirmitatis que me ita per tanta consumit tempora vt necessarium habeā obsequiuʒ huius famule tue que mihi ,ppter nomen tuū ministrat. Tribue ei domine deus meus cōdignā mercedē in vita eterna sicut dignatus es pmittere ,ppter bonitatem tuam his qui propter nomē tuū exhibēt egenis et infirmis suū ministeriū. Cū aūt appropinquasset transitus eius puenerūt ad eū qpplurimi sācti seniores fratres de monasterio. Et dixit eis senior. Obsecro vos dñi et patres et fratres vt cū defunctus fuero tollatis baculū meū et planetis eū sup sepulchrum meū: ⁊ cū radices fecerit mittatq fructum: tūc scietis qr mūda ē cōsciētia mea a famula dei que mihi ministrabat Si autē nō fronduerit scitote qr non sum mūdus ab ea. Cū ergo vir dei exisset de corpore scdm̄ preceptū eius sancti patres plantauerūt baculū eius super sepulchrū ipsius et fronduit: accedenteq tpe ,ptulit fructuʒ. Et admirati sunt oēs glorificātes deū. Ad tale enim miraculū etiā de vicinis regionib⁹ multi conuenientes magnificabāt gratiā saluatoris: nam et nos ipsam arbusculā vidimus et benediximus dominū qd protegit in oībus in sinceritate et veritate sibi seruiētes. §.XXIIII.

Quodam tempore ad beatū abbatē apolo duxerūt quēdā vexatū q fortiter a demonio torquebatur: cūq per triduū obseruarent q cū eo venerant obsecrantes senem vt eū in noīe xp̄i fusis ad deū precibus curaret. Rñdens senior dixit eis nō esse se huius meriti: vt demonibus imperaret. cū aūt psisterēt qui venerant rogātes eū flentes ⁊ nimis depcantes: tandē acquieuit: cū aūt in noīe dñi saluatoris nostri imparet demoni dicēs. Exi immunde spūs de plasmate dei. Tunc rñdens demon dixit ei. Ego qdē imperante virtute xp̄i egredior tm̄ interrogo te sermonē vt dicas mihi. Quid est qd̄ scriptū est in euangelio: q sūt hedi ⁊ q sunt oues? Rñdens aūt senior dixit ei: hedi qdem iniusti sunt inter quos ⁊ ego suʒ peccator: q multis peccatis obnoxi⁹ suʒ: oues aūt deus nouit que sunt. Tunc exclamauit demon voce magna dicens: ,ppter humilitatem tuam stare oīno nō possum. et statim egressus est de hoc hoīe: quem obsederat. vidētes aūt oēs qui astabant dederūt gloriā deo. §.XXV

Referebant sancti seniores nobis dicentes qr fuit quidaʒ monachus ī heremo scithie. Venit aūt ad visitādos sanctos patres in loco qui dicitur cella: vbi multitudo monachorum diuisis habitant cellulis. cūq non inueniret ad presens cellulam vbi posset manere quidam de senioribus habens aliā vacantem cellulam dedit ei dicens. Interim repausa in hac cellula donec inuenias vbi possis manere. Cumq ad visitandum eum conuenirent qpplurimi fratres: desiderantes ab eo audire verbum salutis eterne habebat eīm spūalē gratiam docendi verbum dei: videns ille senior

qui ei ad habitādū prestiterat cellā inuidie liuore cor eius vulneratū est et indignari cepit ac dicere. Qm̄ ego tantis tēpib⁹ in hoc loco habito ⁊ ad me non veniūt fratres nisi rarissime et hoc in diebus festis: ⁊ ecce ad istū impostorem pene quotidie fratres ꝗplurimi vadunt. Dixitq; discipulo suo. Uade et dic ei: vt egrediatur de cellula illa: qm̄ necessaria mihi est. Cū aūt perrexisset discipulus ad illū fratrem dixit ei. Mandauit abbas me⁹ sanctitati tue. Jube mihi mandare qualiter habeas: audiui em̄ te infirmari. Ipse vero mandauit ei dicēs Ora pro me dn̄e pater: q2 valde stomachū doleo. Reuersus aūt discipulus dixit abbati suo Nimis rogat sanctitatē tuā: vt vel duos dies iubeas ei inducias dare vt possit ei aliā cellā prouidere. Transactis aūt tribus dieb⁹ iteruz misit discipulū suuum dicens. Uade dic ei vt egrediatur de cellula mea. Nā si rursus distulerit: dices ad eū. Quia cōtinuo venio et cū baculo cedendo expello euz de cella mea. Pergens aūt discipulus ad supradictū fratrem dixit ei. Qm̄ valde sollicitus est abbas meus de infirmitate tua ideo misit me requirens si melius habeas. At ille hec audiēs dixit. gratias ago dn̄e sancte caritati tue: q2 sollicitus es de me: veruntn̄ precibus tuis melius habeo. Reuersus aūt discipulus dixit abbati suo. Etiam et nūc deprecaꝛ sanctitatē tuā dicēs vtrosq; ad diē dn̄icū expectes stati egrediet. Cū āt adue nisset dn̄ic⁹ dies ⁊ nō egrederet accipiēs vectē senior: inflammatus inuidie ⁊ iracūdie spiritu pergebat vt cedēdo expelleret eū de cella sua Accedēs aūt discipulus eius dixit ei. Si iubes pater precedo te et video ne forsitan aliqui fratres ad salutandum eum venerint: et si viderint te scandalizentur. Precessit ergo discipulus et ingressus ad eum dixit. Ecce abbas meus venit ad salutandū te egredere ergo celerius et cū gratiaꝝ actione occurre ei q2 ꝓ nimia caritate ⁊ dilectione venit ad te. Qui statim surgens cuz nimia alacritate occurrit. Cūq; vidisset eū anteꝗ approximaret ad euz ꝓstrauit se ꝓnus in terrā. Adorabatq; senem cū gratiaꝝ actione dicens retribuat tibi dominus carissime pater bona eterna ꝓ cellula tua quā mihi ꝓpter nomē eius prestitisti: et in celesti hierusalē inter sanctos suos xp̄s dn̄s preparet tibi mā̄sionē. Hec aūt audiēs senior: cōpunctus est corde. et ꝓiciens baculum recurrit in amplexus eius et osculatus est eum: et inuitauit illū ad cellulā suā: vt pariter cū gratiarū actiōe: sumerēt cibū. Uocauit autē senior supra memoratū discipulū suum: ⁊ interrogauit eū dicēs. Dic mihi fili si dixisti verba illi fratri: que ꝓpter cellulā mādaui vt diceres ei? Tūc discipulus eius ꝓfessus est ei dicēs. Uere dn̄e dico: quia ꝓpter humilitatē quam tibi exhibere debeo tanꝗ patri ⁊ dn̄o. ideo nō audebā rn̄dere tibi: qn̄ me mittebas ad eum. Uerūtamē nihil eoꝝ dixi ei. que mandabas ad eū. Hec audiēs senior: statiz ꝓstrauit se ad pedes eius dicens. Ex hodierna die tu meus pater es: ⁊ ego discipulus tuus: qm̄ te festināte et moderāte: ac cū timore dei agente: et meā et illius fratris aīaz de pcti laqueo xp̄us dn̄s liberauit. Pro fide em̄ et sctā sollicitudine et intētione discipli: q̄ pfecte in charitate xp̄i diligebat abbatē suū: et anxie timebat ne per inuidie ⁊ iracūdie vitiū aliq̄d tale ageret pr̄ suus spiritalis: ⁊ perderet omēs labores sctōs: q̄s ab ifantili etate in xp̄i huitio pro vite eterne premijs laborauerat. Ideoq; dominus donauit gratiam suam vt in pace christi pariter letarentur. §. XXVI.

Dicebant sancti seniores de discipulo abbatis Pauli nōie Joannes: qm̄ magnā haberet hūilitatē: et virtutē obedientie: vt etiā difficiles causas: iperāte ei abbate in nullo ꝯtradiceret: s3 nec leuiter i aliquo murmuraret. Cū em̄ necessariū esset in monasterij vtensilib⁹ fim⁹ bonū: misit eū abbas i ꝓximo vt reqreret ibi fimū bonū: et cū celeritate afferret ad monasteriū. Erat aūt in loco illo mala bestia leena. Statiz ergo egressus discipul⁹ ei⁹ Joānes ibat scōm preceptū abbatis. Cūq; pgeret: dixit abbati suo. Dn̄e pater: audiui ꝗ plimos dicētes: q2 in illo loco mala bestia leena sit. Tunc senior quasi iocularitеr dixit ei. Si venerit super te tene et alliga eā: et adduces eam tecum. Cum autem venisset ad locū iam vespere: statim egressa leena irruit super eū. Et ille cōprehēdēs tenere eam voluit: illa vero excutiēs se de manib⁹ eius aufugit. Sequebaꝛ autez ille dicens: quia abbas meus precepit: vt alligataz perducam te ad eum. Cōtinuo autē stetit bestia: et tenens eam reuertebaꝛ ad monasteriū. Dum autē retardaret in itinere: abbas nimis sollicitus ꝓ eo tristabatur grauiter. Et ecce subito superuenit discipulus eius tenens ligatā leenam. Quod cum vidisset senior: admiratus valde:

gratias agebat saluatori nostro dño. Dixit autē discipulus eius. Ecce dñe sicut precepisti adduxi leenā ligatā. Volēs aūt humiliare sensum eius senior: ne extolleret se in cogitatiōibus suis discipulus suus ait ei. Sicut tu īsensibilis es ita etiā et istā insensibilem bestiam adduxisti: solue ergo et dimitte eam vt pgat ad locum suum. §.XXVII

Quidam de sanctis seniorib⁹ misit discipulū suū ad hauriendam aquā: et longius erat puteus a cella senioris. Oblitus est aūt secū tollere funē discipulus eius: quo hauriret aquā. Cūqꝫ puenisset ad puteū: contristatus est valde qr longe erat cellula eorum Quid ageret. quo se verteret nesciebat. Dubitabat eñ ad cellulā sine aqua reuerti. Tunc anxius nimis prostrauit se in orōnem cū lachrymis dicēs. Dñe miserere mei secundum magnā miam tuā: qr fecisti celū et terrā mare et oia q̄ in eis sunt: q̄ fecisti mirabilia magna solus: miserere mei ppter seruū tuū q̄ misit me. Et cum exurrexisset ab oratione exclamauit dicēs. O putee seruus xp̄i abbas me⁹ misit me: vt hauriā aquā. Statiꝫ aūt ascēdit aqua sursum vsqꝫ ad os putei. Et cum implesset lagenā suā frater abscessit glorificans potentiā dñi saluatoris aqua aūt reuersa ē in locū suū. §.XXVIII

Fuit quidam frater in monasterio noīe Eulalius nimis gratia humiliatus ornat⁹. Si qd igit: vt solet: culpabile admisissent fratres negligētiores: excusantes semet ipsos supradictū fratrē asserebant culpabilem Cūqꝫ argueretur a senioribus fratribus non negabat: sed prosternebat se in terram: et adorās eos se dicebat peccasse et negligenter fecisse. Cum autem iterum ac frequenter accusarēt eū: et scdm regulā monasticā biduana ac triduana ei ieiunia inducerētur ille oia patienter tollerabat. Ignorantes aūt fratres: qr hec oia p humilitate patiēter sustineret: conuenientes pariter et maxime seniores fratres ad patrem monasterij dixerunt Considera pater quid faciēdum sit: Quādiu ei possumus sustinere negligētias et damna que frater ille Eulalius facit in monasterio? Jam pene oia vasa et vtensilia monasterij confracta sunt et exterminata per negligentiā ei⁹. Quō ergo iste talis tolerandus est? Respondens pater monasterij ait. Interim paucos dies sustineamus fratres et postea ordinabimus de eo quod com petit fieri. Hec dicēs dimisit fratres. Ingressus vero cellulam prostrauit se in orationibus obsecrans misericordiam domini: vt ei manifestare dignaretur quid ei ordinauerat definire posset de sepedicto fratre. Tunc reuelatum est ei quid ageret. Conuocauit ergo omnes fratres abbas: dixitqꝫ eis: credite mihi fratres: qr magis opto mattulā fratris Eulalij cū humilitate et patientia eius: q̄ omnia opera eorum dumtaxat: qui murmurantes in cordibus suis operantur in monasterio: vt autē ostendat vobis dominus quale meritum habet ipse idem frater apud deum precipio vobis: vt deferantur mihi mattule omnium fratrum. Quas cum detulisset iussit vt accenderent ignem. Et misit in eū omniū fratrū mattulas. Que statim combuste sunt: preter mattulam fratris Eulalij: que integra reperta est. et non est combusta. Cūqꝫ hoc vidissent fratres timuerunt valde et prostrauerunt se ī terrā veniam et indulgentiam a xp̄o dño postulantes et collaudantes admirabantur nimiā patientiam fratris Eulalij. deniqꝫ et eo bono rabant et magnificabant eum tanq̄ vnū de magnis patribus: istos autem honores et laudes non poterat sustinere frater Eulalius dicens. Heu mihi infelici: quia perdidi humilitatem meam: quam per tanta tempora christo auxiliante: acquisiui et nocte egressus de monasterio fugit in heremū. Ubi nullus eum agnouit: et ibi in spelunca habitauit. Noluit eñ tempales hominū laudes: sed celestē eternamqꝫ gloriā a saluatore nostro in futuro seculo percipere. §.XXIX

Beati abbatis anastasii laudabilem virtutē patiētie opꝫ vt cognoscatis quaten⁹ admirabilē magnanimitatē et tranqllitatē aī ei⁹ considerantes imitemur exēpluꝫ. Hic itaqꝫ Anastasius hēbat codicē in pergamenis valde optimis scriptū q̄ decē et octo valebat solidis. Totū eñ vet⁹ et nouū testamētū cōtinebat. Cū aūt quidā frater venisset ad eū visendi gratia vidit in cellula eius codicē ipꝫ et cōcupiuit: furatusqꝫ ē eum et abijt. Supra memorat⁹ aūt abbas Anastasius cū reqsisset eadē die ad legendū codicem suū et non inuenisset intellexit (quia frater ille) furatus esset eum. Et noluit mittere post ipsum: nec requirere eū: ne post furtum etiā periuria adderet Descendens autem frater ille in eam que in proximo erat ciuitatem, voluit distrahere co

tiquattuoꝛ annos nõ eſt egreſſus de monaſte-rio nec viſitauit ſoꝛoꝛem ſuam. Jlla vero nimis deſiderabat videre eum. Nam frequẽter ſcribebat ⁊ mittebat ad eũ epiſtolas: petebatqꝫ vt ante exitum eius de hoc coꝛpoꝛe veniret ad eũ: et in charitate chꝛiſti de pꝛeſentia ſua letaretur. Jlle autem excuſabat: nolebatqꝫ de monaſterio egredi. Venerabilis autem famula dei et ſoꝛoꝛ eius iterum ſcripſit ad eum dicẽs. Quia ſi nolueris venire ad me neceſſe habeo: vt ego veniam ad te: vt poſt tanta tempoꝛa adorare merear ſanctam charitatem tuã. Hec cũ audiſſet ſupꝛadictus iohannes contriſtatus ẽ nimis et cogitabat apud ſemetipſum dicens. Quoniam ſi permiſero: vt ad me veniat ſoꝛoꝛ mea: decetero licentia datur: vt et alij parentes et pꝛopinqui noſtri veniant ad viſitandum nos. Jdeoqꝫ tractauit apud ſe: vt magis ipſe pergeret: et viſitaret ſoꝛoꝛem ſuam. Accepit etiam alios duos ſecum fratres de monaſterio et cum veniſſet ad ianuam monaſterij ſoꝛoꝛis ſue clamauit dicens. Benedicite et audite peregrinos. Egreſſa eſt autem ſoꝛoꝛ eius cum alia famula dei. et aperuit ianuam et penitus non cognouit fratrem ſuum. Jpſe autem cognouit ſoꝛoꝛem ſuam: ſed non eſt locutus verbum ne foꝛte cognoſceret in voce eiꝰ. Monachi vero qui cum ipſo erant dixerunt ad eam. Rogamus te domina mater: vt iubeas nobis aquam dare ad bibendũ: quia de itinere fatigati ſumus. Cũ aũt accepiſſent ⁊ bibiſſent: facientes oꝛationẽ et gratias agẽtes deo: receſſerunt et conuerſi ſunt ad monaſteriũ ſuũ. Poſt aliquantos autẽ dies iteꝝ ſcripſit ad eũ ſoꝛoꝛ ſua: vt veniret et videret eum ante exitum ſuum. et oꝛationem faceret in monaſterio eius. Tunc ille reſcripſit ad eam et miſit epiſtolam per monachum de monaſterio ſuo: dicens. Quia pꝛeſtãte gratia dei ego veni ad te: ⁊ nullus me cognouit: ipſa vo egreſſa es ad nos et dediſti nobis aquã: et accepi de manibꝰ tuis et bibi: ⁊ gratias agens deo reuerſus ſum in monaſteriũ. Sufficiat ergo tibi: quia vidiſti me: ⁊ nõ ſis vlterius mihi moleſta: ſed oꝛa pꝛo me inceſſanter ad dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum. §. XXXII.

Sꝫ et alius quidã mõachus abijt ad ſoꝛoꝛem ſuã: vt viſitaret eã. Audierat eñ eã egrotãtẽ in monaſterio. Erat aũt ipa famula dei nominata in ſancta cõuerſatõe. Jtaqꝫ nõ acquieuit illa ſuſcipere ⁊ videre fratrẽ ſuũ vt nõ ꝑ occaſionẽ eius ingrederetur monaſteriũ feminaꝝ: ſed mandauit ei dicens. Vade dñe pater ⁊ oꝛa ꝓ me: pſtante eñ gratia dei videbo te in futuro ſeculo in regno dñi noſtri ieſu chꝛiſti. §. XXXIII.

Etiam de abbate Theodoro opoꝛtet nos exẽpla virtutum ꝓferre. Hic itaqꝫ beatꝰ Theodoꝛus diſcipulus fuit ſancti Pachomij viri de ſanctis patribꝰ: q̃ fuit pater infinite multitudis mõachoꝝ: multoꝛũqꝫ monaſterioꝛũ pater in ptibꝰ Thebaide. Cuꝫ eñ in omibꝰ ſanctitatis fulgeret virtutibꝰ: etiam pꝛophetie grãm a deo pꝛomeruit. Multa eñ futura reuelabat ei dñs. Quodam aũt tẽpoꝛe ſoꝛoꝛ eius germana venit ad monaſteriũ in q̃ idẽ beatꝰ Theodoꝛꝰ ↄuerſabatur: vt poſt multa tpa videret germanũ ſuũ. Cũqꝫ nũciaſſent ei de aduẽtu ſoꝛoꝛis eiꝰ: miſit ↄtinuo duos mõachos q̃ obſeruabãt ad ianuã mõaſterij: mãdauitqꝫ ꝑ eos ſoꝛoꝛi ſue dicẽs. Ecce ſoꝛoꝛ audiſti ⁊ cognouiſti: qꝛ viuo: ne ↄtriſteris: qꝛ mĩme me vidiſti: ſed cõuerte coꝛ tuũ: ⁊ magis ↄſidera vanitatẽ ⁊ inſtabilitatẽ pñtis mũdi: ⁊ appꝛehẽde ſancte vite ↄuerſationẽ: vt ↄuenire poſſis ad eternã vitã: ⁊ ad celeſtia bona q̃ pꝛeparauit diligentibꝰ ſe dñs: et faciẽtibꝰ mandata eiꝰ. Tracta ergo apud te: qꝛ hec eſt ſola et firma ſpes: vt ſpe faciat homo p̃cepta dei: vt mereatur homo ↄuenire ad glorioſa ꝓmiſſa dñi ſaluatoꝛis chꝛiſti. Hec aũt cũ audiſſet illa: ſtatim compuncta eſt coꝛde: lachꝛymaſqꝫ fundebat in cõſpectu domini. Et poſt paululũ ingreſſa eſt in monaſteriũ virginũ famulaꝝ dei: quod in eodẽ vico conſtructũ erat: et ꝓcedẽti tempoꝛe multiplicabatur in ſancto ꝓpoſito famula chꝛiſti. Hec ita geſta cũ audiſſet mater eoꝛũ depꝛecata eſt epiſcopos: et dederunt ei epiſtolas ad ſupꝛadictũ ſanctũ Pachomiũ patrem monaſterioꝛũ pꝛo filia eius. Cumqꝫ veniſſet: applicuit in monaſterio famularũ dei: et direxit epiſtolã ad patrẽ monaſterij obſecrans: vt videret filiũ ſuum. Beatus autẽ Pachomius vocauit eiꝰ filiũ Theodoꝛum: et dixit ei. Audiui fili: qꝛ mater tua aduenit pꝛopter te. Jtaqꝫ ꝓpter epiſtolas epõꝛuꝫ qui ſcripſerũt ad me: vade et videat te mater tua. Dixit ei Theodoꝛꝰ. Pꝛecepiſti mihi domine: vt videã matrem meã. Si ergo abiero videre eam poſt tantam ſcientiam ſpecialem: vereoꝛ ne culpabilis inueniar apud deum. Et enim opoꝛtebat me foꝛtitudinem animi mei

ad exemplū alioꝝ fratrum demōstrare. Audiens autem mater: qꝛ nō acqeuit videre eā affectu ferNēs in filiū: noluit remeare ad domū suam: sed ꝑmansit in monasterio virginuꝫ dicēs Qm̄ si permansero hic: sepe etiā videbo filiuꝫ meū: cum inter alios fratres egreditur ad monasterij causas: ꝛ monitis et exhortatione eiꝰ ꝓficere possum in sancta ꝯuersatione: doctrinaqꝫ eius confirmat coꝛ meū: vt merear peruenire ad eternā requiē quā pꝛomisit dn̄s nr̄ iesus xp̄s diligentibꝰ se. Multa autē ꝛ magnifica per sanctuꝫ Pachomiū fecit dn̄s mirabilia. Nā ꝛ demonibus obsessos frequēter inuocato christi noīe curauit. Multis etiam diuersas egritudines sustinētibꝰ: et paraliticis oꝛationibus eius misertus est dn̄s: vt supꝛa patuit in eius gestis et vita. §.XXXIIII.

Multo tempoꝛe beatꝰ abbas Pachomius cōtra immundissimas demonum impugnationes certamen bonū certauit: sicut athleta veritatis tanqꝫ et btūs Antonius. Denicqꝫ intentissimis pꝛecibus exoꝛauit dominū vt sōnū nō caperet ꝑ aliqđ tp̄s quattenus diebꝰ ac noctibꝰ ꝑuigil maneret cōtra aduersarios demones dimicādo: donec pꝛosterneret et superaret eos: sicut dꝛ in psalmo. Et nō cōuertar: donec deficiāt. Pꝛestitit ḡ ꝛ cōcessit ei dominꝰ petitionē eiꝰ. Impossibiles em̄ ꝛ imbecilles sunt demones: cū quis nr̄m et tota fide: ꝛ ex tota intētiōe coꝛdis: fer uēte sctō desiderio: et adiuuāte nos virtute saluatoꝛis nr̄i iesu xp̄i cōtendimus cōtra eos. Referebāt nobis frēs de eodē beatissimo pr̄e pachomio qui fuit: vt diximꝰ mōasterioꝝ multoꝝ in regione Tabennēsiotaꝝ pꝛepositus: referebāt ergo de eo qm̄ frequēter dicebat fratribꝰ: qꝛ sicut mihi testis est deus: sepe audiui immūdos sp̄us demonū loquentes inter se diuersas ac varias artes suas: quas contra seruientes deo maximeqꝫ contra monachos hn̄t. Quidā em̄ dicebant. Quia ego certamē cōtra durissimū hominē habeo: ꝛ quotiēs ei immitto peruersas cogitatiōes ille statim surgit et pꝛosternit se in oꝛatione cū gemitu: oꝛās adesse sibi diuinū auxiliū. Ego aūt illo exurgente cū grandi cōfusione egredioꝛ. Item alius demō dicebat ego ad illū quem obserno cū ei cogitationes imisero: consentit et suscepit ꝛ facit eas. Sepe em̄ exardescere eū in iracundia facio: et in cōtentiones rixe: ꝛ pigritiā oꝛationis: ꝛ doꝛmitiōeꝫ in psalmodia: ꝛ nō cōtradicit mihi. Ideoqꝫ fratres mei dilectissimi semper opoꝛtet: vt custodiatis sensuꝫ et animū vestrum: inuocantes nomen domini nostri iesu chꝛisti: et s̄m pꝛecepta dei cōuersamini: tam in oꝛationibꝰ ꝛ psalmodia: sicut dicit apostolus: instantes oꝛationi: vt vigilantes in ea. Ideoqꝫ cū cōpunctione ꝛ timoꝛe coꝛdis vigilantibus nō pꝛeualebit inimicus. Ipse aūt beatus pater Pachomius docebat fratres: vt semper memoꝛes essent verbi dei in salutem aīaꝝ suaꝝ. Postmoduꝫ vero dicebāt vnusquisqꝫ fratrum in cellulas suas operantes manibꝰ suis: ꝛ meditātes que de sanctis scripturis didicerāt. Impossibile est em̄ aliqueꝫ apud eos verbum ociosum loquiꝰ: sed ea tm̄ q̄ de sanctis scripturis didicerāt: erant inter se loquentes exponentes de capitulis scripturaꝝ: que ad timoꝛem dn̄i confirmarant ꝛ illuminarant animas eoꝝ. §.XXXV.

Fuit quidā vir magnus de sāctis senioꝛibus: cuiꝰ talem gratiam donauerat xp̄s. s. reuelāte ei spiritu sancto: vt videret qđ alij non videbant. Referebāt ḡ scti senioꝛes: qꝛ aliqñ qꝫplurimi sedebāt fratres: et simul loquebanꝭ inter se ꝛ loquebanꝭ de sanctis scripturis: q̄ ad salutē ꝑtinēt animaꝝ. Stabāt aūt circa eos sancti angeli letātes in hilari vultu considerantes: delectabantur em̄ de eloquijs dn̄i. Cū aūt alius qđcūqꝫ loquerentur: statim sancti angeli recedebāt longius indignantes contra eos. Veniebant autē poꝛci soꝛdidissimi et volutabant se inter eos. Demones enim in specie pecoꝝ delectabātur super superflua ꝛ vaniloquia eoꝛum. Beatus autē senioꝛ hec videns abijt in cellulā suam: ꝛ per totam noctē cū grādi fletu ꝛ vlulatu gemebat miserias nostras. Exhoꝛtabatur ergo sanctos patres ꝑ monasteria ꝛ cōmouebat fratres dicēs. Cohibete a multiloquio: ꝛ ab ociosis s̄monibus linguā: ꝑ quā malus interitꝰ aīe generaꝭ: et non intelligimꝰ: qm̄ ꝑ hec ꝛ deo et sanctis angelis odibiles sumus. Dicit em̄ scriptura diuina: ꝑ multiloquiū nō effugies peccatū. Hec em̄ infirmam et vanam efficiunt mentem: atqꝫ animam nostram. §.XXXVI.

Fuit quidā vir in palatio sublimis sub Theodosio imperatoꝛe: nomīe Arsenius: cuius filios. s. Archadiū ꝛ Honoꝛiū augustus de baptismo suscepit hic itaqꝫ Arsenius desiderio diuini timoꝛis accēsus reliquēs oēm seculi gloꝛiā tēpoꝛalem perrexit ad heremū scithie: vt inter sanctos patres secretam ꝛ

quietam ab omni strepitu hui⁹ mūdi ageret vitam separatus ab illecebris ꝛ delectationibus corporalib⁹ vt cum tota mentis intentione adhereret dn̄o saluatori sicut scriptum est. Adhesit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Dicebant ergo de eo sancti seniores: q2 sicut tum in seculi conuersatione esset: nimis preciosis vestimentis pre omnibus vtebaṫ: ita postmodum in heremo scithie degens: studebat vt ab om̄ibus monachis viliora ꝛ despectiora vestimenta haberet. ¶ Dicebat etiā abbas daniel quoniam sanctus arsenius referebat fratrib⁹ dicens: quasi de alio audisset: sed quantum datur intelligi ipse tales vidit visionē: sedebat inquit quidam de seniorib⁹ monachis in cellula sua: et subito venit ad eum vox dicens. Egredere foras et ostendā tibi opera hominum. Et surrexit inquit et egressus est foras. Duxit autem eū et ostendit ei ethiopem nigrum cum secure cedentē ligna et facientem grandē sarcinam: et temptabat sublevare sarcinā illā: et pre magnitudine non poterat portare eā: sed redibat et cedebat iterū alia ligna ꝛ addebat super sarcinam illam. Iterum autem ostendit ei alium hominē stantē super lacū: et haurientem aquam: et mittentem eam in collectaneū ꝛ de alia pte p foramina defluebat aqua subter in eodē loco. Iterū dixit ei: veni sequere me: ꝛ ostendā tibi aliud. Et vidit quasi quoddam edificiū templi: et duos sedentes in equis: portātes sup scapulas suas vterq3 lignū vnū: idest ꝑticā longam volentes pariter ingredi portā templi illius: et nō ꝑtinebat eos lignū: quod et adverso portabant: ingredi per portā illam Non enim humiliabat se alter alteri: sed contendebat vterq3 pariter ingredi volētes: et nō prevalebant. Nec enim humiliabat se vnus eorū: vt alteri locū daret. Et exposuit ergo ei has visiones dicens. Hi qui lignū portant: hi sunt q̄ habent iugū sanctum monachorū: sz iustificantes seipsos in cordibus suis cū exultatiōe superbie non humiliaṅt in inuicē. Noluerūt eñ ambulare in humilitate, viā saluatoris dn̄i nr̄i iesu christi: qui dixit: discite a me: quia mitis sum et humilis corde: et inuenietis requiē animabus vestris. ideoq3 ꝑpter supbiā cordis sui remanserunt foris: de regno regis celorū xp̄i exclusi. Qui autē cedebat ligna ꝛ sup sarcinā addebat adhuc homo ē qui honeratus est multis peccatis: et sup sarcinā peccatoꝝ suoꝝ addit semper alia peccata: quem oportebat: vt magis penitentiam ageret de priorib⁹ pctis sed negligēs vitia emēdare peccatoꝝ priorū: magis alia addit supra priora pctā. Ille autem qui aquā de lacu hauriebat: homo est q̄ aliqua bona operaṫ: sed quia mala etiā ampli⁹ pctī operaṫ: ideo perent et delētur etiā bona opa q̄ fecit. Oportet ēgo hoīem: sicut ait apostolus: cū timore ꝛ tremore salutē suā operari. ¶ Dicebat autē abbas Daniel de abbate arsenio: quia cū operareṫ sportas ex palmarū foliis: mittebat aquā in peluim: vt infunderentur palme: et cū feteret bromosa aqua odore: non permittebat vt aliam aquā mutarēt: sed sup illam ceterā addebat aquā: vt semper feteret. Interrogabāt autē fratres eū dicentes. Cur non permittis pater: vt aqua mutetur: sed pessimo fetore tota cellula tua repletur? Respōdēs autē beat⁹ senior ait. Qm̄ ꝓ thimiamate ꝛ muscata et illa diuersa que in seculari conuersatione sine intermissione fruebat: oportet nunc me dū in hoc tempore sum sustinere istius modi fetorem pro suauissimo illo odore: vt in die iudicii de illo gehenne inenarrabili fetore liberet me dn̄s: ꝛ nō cū illo diuite: qui epulabatur in isto mundo delitiose ꝛ splendide: condēnetur anima mea. ¶ Quidam de fratribus dicit beato Arsenio. Ecce beatissime pater meditari festino de scripturis sanctis que didici: et nō sentio compunctionē in corde quoniā non intelligo virtutem diuine scripture. Unde et valde contristaṫ anima mea. Respōdens autem beatus Arsenius ait. Oportet te fili incessanter meditari eloquia domini. Audiui enim quia dixit beatus abba Poemen et alii multi sanctorum patrum: quoniā incantatores illi qui serpentes solent incantare non intelligunt ipsi v̄ba que loquunṫ: sed serpentes audientes intelligunt virtutem verborum illorum: et conquiescunt et subduntur eis. Sic etiam et nos faciamus. Quamuis enim non valeamus intelligere diuinarum scripturarum virtutem: tamen demones audientes diuini verbi virtutem terrantur: et effugati discedunt a nobis: non sustinentes eloquia spiritus sancti: que per seruos suos prophetas et apostolos est locutus. §. XXXVII.

Quodam tempore in vicino beati macharii homicidiū fuisset perpetratū et cuidā innocēti homī impingereṫ crimē admissū surgēs ille q̄ calūniā patiebaṫ fugit ad cellulā beati macharii. Affuerūt ēt ꝛ illi q̄ eū purgebāt: ꝛ alligabāt eū dicētes. piclitari se

ipsos nisi cōprehenderēt: et legibus traderēt homicidā. Ille vero cui crimē impingebatur cū sacramētis affirmabat cōsciū se nō esse sanguinis illi⁹. Et cū diu ab vtraq₃ parte certamē haberetur: interrogauit sanctus Macharius vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. cūq₃ designasset ei locum cū ipsis pergit ad sepulchrū: atq₃ ibi fixis genibus inuocato xp̄i noīe ait ad eos qui assistebant. Nunc dn̄s ostendet si vere reus est hic qui a vobis purgetur. Et eleuata voce et noīe clamabat defuncto. cūq₃ ei de sepulchro vocatus respondisset ait ad eū sanctus Macharius. Per fidem xp̄i te obtestor vt dicas nunc si ab isto hoīe q̄ ꝓpter te accusatur occisus es. Tunc ille clara voce de sepulchro respondit dicens: non esse interfectū et cū obstupefacti omnes decidissent ad terrā ac pedibus eius voluerentur rogare eū₃ ceperunt: vt interrogaret illu₃ a quo esset occisus. Tunc sanctus vir ait: hoc ego non interrogabo. Sufficit em̄ mihi vt liberetur innocens: non est autem meum vt reus prodatur. Forsitan enim cōpungitur adhuc pro scelere quod commisit et aget penitētiā: vt saluetur anima eius §.XXXVIII.

Alio itide₃ tempore cu₃ sancto Machario quidā frater vuam detulisset: ipse qui secundū caritatē non que sua sunt: s₃ que alterius cogitaret ad aliū fratre₃ infirmū eam detulit: qui infirmior pre egritudine videbatur. Tunc gratias egit deo pro fratris officio: et suscepit eam et ipse nihil min⁹ plus de proximo q̄ de semetipso cogitans ad aliu₃ detulit eam infirmū fratrē. et ite₃ ille ad aliū. et sic cu₃ ꝑ oēs cellulas que lōge a semetipsis erant ꝑ heremū disperse vua illa circumlata eēt ignorantibus eis quis eam prim⁹ misisset: ad vltimum defertur ipsi qui eam miserat gratulatus aūt sanctus macharius q̄ tātam videret in fratribus abstinentiam tantāq₃ caritatem: ad acriora semetipsum spiritalis vite exercitia extendit. §.XXXIX.

Illud etiam ad fidem confirmatū nobis de eo ē: ab his qui et ore eius audierūt q̄m quodā tp̄e nocte in specie monachi demon ad hostiū cellule eius pulsauerit dicēs Surge abba Machari: et eamus ad collecta₃ vbi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille gratia dei repletus falli nō potuit. Intellexit enim diaboli esse falaciam. et ait. O mēdax et veritatis inimice quid em̄ tibi consortij: q̄d societatis est cū collecta et congregatione sanctorum: At ille ait. latet ergo te o machari q̄ sine nobis nulla collecta agitur: nullaue congregatio monachorū: Veni deniq₃ et videbis ibi operā nostrā. Dixit aūt sanctus machari⁹ Imperet tibi dominus demon imunde: et conuersus ad orationē petijt a dn̄o: vt sibi ostēderet si hoc verū esset quod est gloriat⁹ demon. Abijt ergo ad collectam: vbi ia₃ vigilie a fratribus celebrabantur. Et ite₃ in oratione dominū deprecabatur vt ei veritatem huius rei ostenderet. Et ecce videt quasi paruulos quosdam pueros ethiopes nigros per totam ecclesiam discurrere huc atq₃ illuc et velut volitādo deferri. Discurrentes aūt illi ethiopes pueri: singulis quibusq₃ fratribus in oratione positis atq₃ psallentib⁹ alludebant: et si cui de eis oculos duobus digitulis compressissent stati₃ dormiebāt. Si cui vero in os misissent digitū oscitare eum faciebant. Item post psalmū cu₃ ad orandum se proiecissent fratres percurrebant iterum singulos: et ante alium quide₃ iacentem in oratione quasi in mulieris speciem vertebantur ante alium quasi edificantes et portantes aliquid: aut diuersa queq₃ agentes apparebant. Et quecunq₃ demones quasi ludentes formassent. hec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant. Ab aliquantis tamen fratribus vbi aliquid horum agere cepissent: quasi violenter repulsi precipites deijciebantur: ita vt ne ante eos stare aut transire auderent: alijs vero etiā supra ceruices et dorsa ludebant. Hec cum vidisset sanctus Macharius ingemuit grauiter: et lachrymas profundens ad deum dixit. Respice domine et ne sileas neq₃ mitigeris deus sed exurge et dispergantur inimici tui quoniam anima nostra repleta est illusionibus. Post oratione autē examinande veritatis gratia: seorsum vocat₃ singulis quibusq₃ fratribus ante quoꝝ faciē viderat demones diuerso habitu et varijs imaginibus ludentes requirit ab eis si in oratione vel edificandi cogitatiōes habuerint vel iter agēdi vel alia diuersa que vnicuiq₃ per demones imaginata viderat: et singuli eoꝝ ita confundebantur in corde suo fuisse cogitationes: sicut ille arguebat. Et tunc vere intellectum est q̄ omnes male et superflue et vane cogitationes: que vel psallentibus vel somnieꝝ aut orationum tempore vnusquisq₃ in corde suo ceperit illusione et instinctu demonum flant.

timore et amore domini illi tenebrosi ethiopes et he quas emittunt cogitationes repelluntur xpo enim mens coniuncta et precipue in tempore orationis intenta. nihil malũ nihilqꝫ super fluum recipit. §.XL.

Quidam frater requisiuit ab batẽ Sisoyũ: quẽadmodũ in cella propria degere deberet. Cui ille rñdẽs dixit: comede panẽ tuũ cũ sale et aq̃ et nõ erit tibi necessitas aliquid coquẽdi aut longius euagandi. §.XLI.

Requisit' abbas poemen quẽadmodũ oporteat ieiunare: respõdit. Ego volo monachum ita quottidie parum comedere: vt nõ satietur. Nã biduana et triduana ieiunia vane glorie vacant. Hec enĩ oia examinauerũt sctĩ patres et inuenerunt: qꝛ bonũ ẽ quottidie ieiunare et parum comedere: vt sitiant quottidie et esuriãt. Hãc enĩ viã regiã leuẽ nobis eẽ demõstrauerunt. §.XLII.

Abbas siluan' dum cum discipulo suo zacharia ad qõdã monasteriũ peruenissent anteqꝫ egrederentur fecerunt eos monachi parum comedere. Postqꝫ ergo egressi sunt inuenit discipulus eius aquã: et volebat bibere. Cui abbas siluanus. Zacharia. Hodie ieiuniũ est. At ille dixit. Nũquid hodie comedimus pater? Et dixit ei senex. Illa esca charitatis erat fili: nos autem nostrum ieiunium teneamus. §.xliij.

Quidã de fratribus in pane pbo ab abbatem Joseph perrexerũt: vt requirerẽt de susceptiõe fratrũ: si liceret cũ his illo tẽpe vel fiduciã habere: vel leticiã. At ille anteqꝫ requirerent eũ: dicit discipulo suo. Qd facturus sũ hodie: fili ne mireris. Et posuit duo sedilia illis qui venerãt: et dicit eis sedere. Et posuit vnũ a dextris suis et alteꝝ a sinistris. et ingressus cellulã suã misit sibi vestimenta corrupta: et egressus trãsijt in medio eoꝝ. Et iterũ ingressus est misit alia meliora qb' solebat die festo vti. et egressus postea ad eos. Iterum aũt ĩgressus quottidião vestimẽto suo vestit' venit et sedit inter eos. Illi aũt mirati sunt et obstupuerũt ꝑpter hoc fictũ. Dicit eis senex. Uidistis quid feci? Cũ autẽ illi innuissent dicit eis. Et quid feci? Et dicũt ei. Primũ vestimento corrupto vsus es: et postea alia meliora et dicit eis. Nunquid mutatus sum: ex illo inhonesto: aut ex illo meliore? Dicunt ei non. Quibus senex ait. Si ergo idem ego sum in vtrisqꝫ et non sum mutatus: et sicut illud primum non me nocuit: ita nec secundum mutauit. Sic ergo debem' facere in occursione fratrum vt quando presentes sint: cum fiducia et letitia suscipiamus eos. Quando autẽ soli sumus: op' est vt luctus et abstinentia permaneant in nobis. Illi vero audientes que in cordibus suis habebant anteqꝫ reqrerent eum: glorificiauerũt deũ: et leti discesserunt. §.XLIIII.

Dicebat vnus ex patribus: quia inuenitur hõ multum comedẽs: et adhuc esuriens se continet. ne satiatur. Alter aũt parũ comedit et satiet. Qui ꝗ̃ multũ comedit et adhuc esuriens se continet: maiorẽ mercedẽ hꝫ q̃ ille qui paꝝ comedit et satiat. §.XLV.

Dixit quidã senex. Ne quod desideraueris aliquãdo manduces. Comedẽs autẽ qd tibi a dño transmissum fuerit: gratias age sine intermissione. §XLVI.

De quodaꝫ sene referebant fratres: quia desiderasset cucumerem: quem cum attulisset suspẽdit ante oculos suos: et ne vinceretur a cupiditate nõ tetigit eũ: sꝫ magis agebat penitentiã puniẽs semetipsuꝫ ob hoc: quia ipsum desiderasset. §:XLVII.

Quidam ex senioribus fact' est infirmus: et per multos dies non poterat escam vllã percipere. Cõpulit aũt eũ discipulus suus dicens. Si iubes pater. facio tibi parum placente. Et fecit ei. Erat autem ei vasculum paruum habens mel: et aliud vas simile habens oleũ de lini semine expressum: et erat fetidum: et in re nulla alia profuit nisi forte in lucerna. Et deceptus frater misit in escam senis de illo sperãs qꝛ mel misisset. Cũ autẽ gustasset senex nihil locut' est: sed tacẽs comedit Tertia vero vice cum ei daret dixit ei. Nõ possum comedere fili. Ille vero tanqꝫ volens adhortari eum dixit. Ecce abba bona sunt: et ego comedo ex ipsis. Et postqꝫ gustauit et sensit rẽ quam fecerat cecidit in faciem dicens. Ueh mihi abbas: quoniam occidi te. Istud peccatũ posuisti super me: quia locutus non es. Dicit ei senex. Nõ contristeris fili propter hoc. Si enim voluisset deus vt bonũ comederẽ: tu mel misisses nõ hoc qd misisti. §.XLVIII.

Dixit abbas Poemen: nisi

Nabuzardam princeps cocorum venisset in hierusalem templuз domini non arsisset igne hoc autem est. quia nisi desiderium castrimargie in anima venerit sensus hominis non succenditur in pugnam dyaboli. §.XLIX.

Abbas macharius quotiens cũqз cum fratribus facta charitate reficiebat hoc in proprio corde statuerat. Ut q̃tos vini calices oblatos haurisset: tantis diebus nec ipsam aquam gustaret omnino. Cum ergo ei fratres vinum porrigerent: cum gaudio sumebat vt postea se siti maceraret: quod cum discipul⁹ eius vidisset: patefacto senis consilio: ne ei vinũ porrigerent: coniurabat: tormenta illi potius eē q̃ pocula manifestans. §.L.

Facta congregatiõe in ecclesia cum esset festiuitas: et ceteri monachi comederent: vnus ministrantibus dicit: quia nihil coctũ comedo sal michi deferri precipito Quo verbo minister audito: cum clamore audientibus ceteris alij imperauit dicens. Quoniam coctũ ille frater non comedit parũ illi salis afferto. Tunc btũs Theodorus dixit ei. Oportuit te magis frater carnes in cella tua comedere q̃ hunc presentibus fratribus audire sermonem. §.LI.

Quidam pegrinus frater venit ad abbatẽ Siluanum in mõte syna: et vidit quod fratres operantur ꝛ dicit eis. Quare operamini escã q̃ perit? Maria aũt bonam ptem elegit. Tunc senex dicit discipulo suo Zacharie. Da illi codicẽ vt legat et mitte illum in cellulã que nihil habet: hora autẽ nona circũspiciebat frater ille viã si forte vocaret eum senex ad comedendũ. Postq̃ vero transijt hora nona venit ad senem dicens ei. Nũquid hodie non comederunt fratres abba? Cũqз senex fateretur: ait ille. Quare me non vocasti? Tunc dixit ei abbas siluanus. Tu homo spiritualis es: et non habes necesse hanc escam: nos autẽ tanq̃ carnales opus habem⁹ comedere: ideo operamur tu aũt bonã partẽ elegisti. Legis enim omni die: et non vis carnalẽ escã accipe. Qd cum audisset cepit penitere ac dicere. Indulge mihi abba. Tunc respondit illi Siluanus. Ergo necessaria est martha Marie propter martham enim et maria laudatur. §.LII.

Dicebat de abbate Johãne breuis stature: q2 dixerit aliquando fratri suo maiori volebam esse securus sicut angeli sunt securi nihil operantes. sed sine intermissione seruientes deo. Et expolians se quo vestitus erat: abijt in heremum. ꝛ fecit ibi hebdomadã vnã: et reuersus est ad fratrem suũ. Et dũ pulsaret ostium: respõdit ei anteq̃ aperiret dicẽs Quis es tu. Et ille dixit. Ego sum Johannes et respondens frater dixit ei. Johãnes angelus factus est. et vltra inter homines non est. Ille vero pulsabat dicẽs. Ego sum: et non aperuit ei: sed dimisit eum affligi vsqз mane. Postea vero aperiens ei dixit. Si homo es: opus habes iterum operari: vt pascharis. Et ille penitentiam agens dixit. Ignosce mihi frater quia peccaui. §.LIII.

Quidaз frater impugnabat a spiritu blasphemie: et erubescebat dicere. et quoscumqз audisset magnos senes: pergebat ad eos vt illi declararet: sed mox cuз peruenisset. iterum verecundabatur illis dicere. Cum ergo frequẽter ad abbatem Poemen veniret: vidit eũ senex et habentem cogitationes: et dicit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes: ꝛ sic iteruз remeas: tecum illas reportans. Dic ergo mihi fili quid habes. At ille dixit: in blasphemia impugnat me dyabolus: ꝛ erubescebam dicere: et mox vt aperuit leuior fuit eius impugnatio. Et dicit ei senex Non contristeris fili. Quando hec cogitatio ad te venit. Dic. Ego hac causa non indigeo: blasphemia tua super te fit sathanas. Hãc eñi causam anima mea non vult. Quãcunqз aũt causam noluerit non diu permanebit. et ita sanus fact⁹ frater ille discessit. §.LIIII.

Dixit abbas moyses per has quattuor res passio gignitur: per abundantiam esce ꝛ potus: et per satietatẽ sõni: ꝛ p ociũ et ornatis vestibus incedenda. §.LV.

Dixit abbas Poemen quemadmodum imperatoris spatarius semper illi assistit armatus: ita ꝛ aĩam aduersus demonẽ hmõi oportet eẽ semp paratã. §.LVI.

Dixit quidam senex sicut venenata animalia fortiores herbe vel pigmẽta expellunt: ita cogitationes sordidas: oratio cũ ieiunio repellit. §.LVII.

Abbas macharius dũ in illa solitudine in qua solus erat maneret inferior aũt plena eẽt fratrib⁹ sero pviã circũspiciebat

et videt demonem venientem in figura hominis: vestitum tunica linea perforata: et per singula foramina vascula parua dependebant et dicit illi senex. quo vadis maligne? et respondit ei. Vado commouere fratres hos qui sunt inferius. Cui senex dixit. Et propter quid tot vascula fers tecum. At ille dixit. Gustum fero fratribus: et ideo tanta fero: vt si vnum displicuerit: ostendam aliud et si illud non placet porrigam aliud: et fieri non potest nisi vnum ex ipsis aliquod placeat eis. Et hec dicens discessit. Permansit autem senex iterum viam circumspicians vsque quo rediret et cum rediret dicit ei. Salueris. Dicit et ille. Quomodo istud mihi verbum dicis: quia omnes mihi contrarij facti sunt: et nullus meis consilijs acquiescit. Et dicit ei senex. Ergo nullum habes amicum. At ille respondit. vnum habeo amicum: vel ipse consentit michi: et quotiens me viderit conuertitur huc atque illuc. Cumque nomen eius ab eo requisisset ait. Quia theopentus dicitur. Discedente illo. mox surrexit abbas Macharius et descendit ad inferiorem heremum. Quod cum audissent fratres egressi sunt illi obuiam. et vnusquisque: sperans: quod apud se maneret preparauit se. At ille requirens cellam theopenti: ad eum peruectus est. cumque cum gaudio illum suscepisset: et essent vterque simul soli: dixit ei senex. Quemadmodum est tecum fili? At ille respondit. Orationibus tuis bene sum. Et senex ait. Non vos impugnant cogitationes? At ille respondit. Interim bene sum. Erubescebat enim dicere. Et dicit ei senex: ecce quot annos sum in solitudine: et ab omnibus honoror: et in hac etate cum sim senex: molestant me cogitationes mee. Respondit Theopentus. crede mihi abba: quia similiter et mihi faciunt. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat vsque quo totum illi Theopentus confiteretur. Post hec dicit ei. Quemadmodum ieiunas? At ille dixit ei. vsque ad nonam. Cui senex ait. Usque ad vesperam ieiuna: et de euangelio vel de alijs scripturis sine cessatione semper aliquid meditare: et quotiens tibi aliqua immunda cogitatio superuenerit nunquam deorsum aspicias: sed sursum: et mox dominus tibi adiutor est. Et mox ita discessit abbas Macharius in propriam solitudinem Iterumque viam circumspiciens: vidit demonem redeuntem: et requirit eum. Quo vadis? At ille respondit. Simili modo commouere fratres cum autem reuerteretur requisiui eum quemadmodum agerent fratres At ille dixit. Male: quoniam omnes agrestes effecti sunt: et eum quem habui amicum obedientem mibi et ipse nescio quomodo conuersus est: et iurauit non ibi accedere nisi post multum tempus. et hec dicens discessit. §.LVIII.

Quidam frater requisiuit quendam senem. Quid faciam pater: quia non possum sufferre cogitationes. Cui senex dixit. Ego in hac causa nunquam impugnatus sum. Scandalizatus autem frater ipse venit ad alterum senem et dicit ei. Ecce quid michi dixit ille senex. Scandalizatus sum in ipso: quoniam super naturam humanam locutus est. Dixit ei ille senex secundus. Non simpliciter tibi dixit ille homo dei hunc sermonem Uade ergo et age penitentiam apud ipsum: vt dicat tibi virtutem verbi illius. Reuersus ergo frater venit ad senem et cepit ei dicere. Indulge mihi abba: quoniam insipienter egi: vt tibi vale non dicerem: et sic egrederer. Sed rogo te explana mihi: quomodo non es impugnatus? Dixit ei senex: ex quo factus sum monachus non sum satiatus neque pane: neque aqua: neque somno: et hec causa non me permisit habere pugnam: quam tu dixisti: et egressus est ab eo frater ille iuuatus ab eo. §.LIX.

Interroganti iterum cuidam super cogitatione sdixit abba Poemen. Monachus si ventrem suum et linguam tenuerit: et vocationem non fuerit sectatus confidat: quia non moritur: et viuit in perpetuum. §.LX.

Duo fratres ad abbatem helyam venerunt impugnati a cogitationibus suis. et videns eos senex quod essent corpulanti: tanquam ad discipulum suum subridens ait. Uere frater: ego erubesco pro te quia sic enutristi corpus tuum: cum certe profitearis te monachum. Pallor enim et macies cum humilitate decus est monachi. Item dixit: quia monachus edens multum: non confidat etiam operans multum: qui autem parum edit: etiam si parum operetur: confidat et viriliter agat. §.LXI.

Abbas arsenius dum sederet in campo quedam mulier virgo: diues timensque deum: ac propterea abbatis Arsenij fama coperta: de romana ciuitate: vt eum videre mereretur aduenit in Alexandriam. Que cum honorifice a Theophilo fuisset suscepta: ipsius ciuitatis archiepiscopo: rogauit eum quatenus persuaderet B. Arsenium: vt eam suscipere dignaretur. Ipse igitur ad eam profectus est dicens. Quedam mulier romana et dignitate et opibus

et opinione ceteras antecellens: videre te ac benedici desiderans de tā longinqua regiōe peruenit cui occurras exposco. Sed cū nō acquieuisset occurrere ei Arsenius: illa cognoscens hoc aīalia sua sternere p̄cepit: dicens. Confido ī deo meo: q: videbo illū: nec ab hac intentione fraudabor. Non eñ hoīes veni cōspicere: q: ⁊ in nostra supsunt ciuitate: sed ꝓphetam videre desideraui. Cū ergo venissꝫ ad cellā beati arsenij: contigit vt foris illum deābulantē cōspiceret. Ac mox ante pedes ei⁹ in faciem ꝓsternitur. Quā ille cū festinatione sustentans ita compellebat dicēs. Si faciē meā tantū videre desideras: ecce intuere. Illa vero p̄ verecundia oculos nō audebat attollere. Dicit ei senex. Si quid de meis actibus cōperisti: hoc debueras intueri. Quō ergo ⁊ tantū pelagus nauigare p̄sumpsisti. An ignoras te mulierē eē: quibus quocunqꝫ non licet exire. An vt romā rediens: alijs te feminis glorieris vidisse Arseniū vt fiat ꝑuiū mare ad me venientiū feminarū? At illa respondens ait. Si vult de⁹ nullā huc peruenire ꝑmittit. Sꝫ vt pro me ores ⁊ in memoria me habere digneris: exoro. Cui arsenius dixit. Oro deū meum vt deleat tuā ex corde meo memoriam. Quo illa verbo ꝑcepto: in ciuitatē regrediens: egritudine p̄ tribulatione correpta est. Ad quāꝫ cū visitationis causa venisset episcopus: et q̄d rei esset inquireret. Illa sermonē senis: quem vltimū de memoria sui dixerat enarrauit: ac ꝓpterea se velle mori p̄ tristitia confitetur. Sꝫ episcopus tali eam consolatur alloquio. Nunquid nescis te esse mulierē? Et quia per feminam solet inimicus hominē impugnare: ideo vultum tuum de corde suo delere dixit. Nam pro anima tua dominū deprecatur. Quib⁹ verbis mulier recreata est. §.LXII

Dicebat abbas moyses. Si voluerit imperator inimicoꝝ ciuitatē aliquāꝫ expugnare prius escam eoꝝ ⁊ aquā interdicit et ita inimici eius fame ac penuria compulsi subijciunt se regno eius. Et ita passiones carnales si in ieiunio ⁊ fame depresse fuerint decrescunt: ⁊ nō sunt fortes aduersus animam. Quis eñ tam fortis vt leo? Et tamen ꝓpter ventrē suū intrat in caueam: ⁊ oīs virtus eius humilatur. §.LXIII

Quidam iuuenis volebat renunciare mundo ⁊ frequenter egressum reuocabant eū cogitationes: inuoluentes eum varijs negocijs. Erat enim diues. Una ergo die egressum eū demones circundederunt ⁊ multū puluerē ante eum excitauerūt. Ille vero cō festiꝫ despolians se et iactans vestimenta sua currebat nudus ad monasteriū. Declarauit autē deus vni seni dicens. Surge ⁊ accipe athletam meū. Exurgens ergo senex: obuiauit illi nudo: ⁊ cognoscens causam admiratus est: et dedit illi habitū monachaleꝫ. Quando autem veniebant aliqui fratres ad ipsum senem perquirere eum de conditiōibus varijs. rñdebat eis: de renunciatione aūt sciscitantib⁹ dicebat Nunc requirite fratrem: q: ego ad renūciationē ip̄ius nondū perueni. §.LXIIII

Quidam frater renunciauit seculo ⁊ cū dispꝫisset res suas pauperib⁹: q̄dam sibi retinuit in ꝓpria ratione ⁊ venit ad abbatem Antoniuꝫ. Quod cū senex comperisset dicit ei Si vis vade in vico: ⁊ eme tibi carnes: ⁊ ip̄oc tibi corpore tuo nudo ⁊ veni ad me Cuꝫ ergo hoc fecisset frater taꝫ canes q̄ aues omne corpus suū ꝓpter carnem rapiendam: tam dentibus q̄ vnguibus diruperunt. Cū ergo venisset ad Antoniū requisitus est si fecisset quod preceperat. Illo autē demonstrāte corpus suū laceratum: dicit ei sanctus Antonius. Quicunqꝫ renunciant seculo et volunt adhuc habere pecunias: sic a demonibus lacerantur. §.LXV.

Quidam frater requisiuit senē dicēs: vis vt teneā mihi duos solidos propter infirmitateꝫ cordis. Et videns senex cogitationes eius q̄ vellet retinere eos dixit. retine. Reuersus ergo in cellā frater cepit cū cogitationib⁹ ꝓprijs colluctari dicēs. Putas b̄ndixit mihi senex an non? Exurgēs ergo venit ad senē: rogans dicēs: ꝓpter deū dic mihi veritatē: q: cōturbor a cogitatiōnib⁹ meis: ꝓpter illos duos solidos dicit illi senex. Q: vidi cogitationeꝫ tuā volentē retinere eos dixi tibi vt retineres: nā ē bonuꝫ vt plus teneas q̄ necesse est corpi: duo ergo solidi sunt spes tua et si contigerit vt pereāt. nunquid de⁹ nō cogitat de nobis? Iacta ergo cogitationē tuā sup deū q̄m ip̄i cura est de nobis. §.LXVI

Quidam monachorum tātū euangeliū possidens vendidit illud ⁊ esurientibus dedit: dignum memorie imitans sermonē. ip̄m inquit verbū venūdedi q̄d mihi sp̄ di-

rebat vēde q̄ possides ꝛ da paupib᷒. §.LXVII

Cum quidam vir rogaret abbatē Agathonē vt pecuniā illius susciperet in ꝓpria rōe: nolebat ille dicēs. Non est necesse mihi quia opera manuū mearum me pascūt. cum autē ille ꝑsistens diceret vel ꝓpter indigentes digname suscipe. rn̄dit. Duplex verecūdia est: qꝛ non indigens suscipio ꝛ aliena prestans vaneglorie subiacebo. §.LXVIII.

Dicebat abbas paulus si aliquas res voluerit mōachus in cella sua habere preter eas sine quib᷒ nō potest viuere: frequenter cogitur de cella sua egredi: et ita a demone decipitur. Nec aūt ipse Paulus in vna quadragesima cū sextario lenticule. et paruo aque vasculo perdurauit: et vnam mattam faciens eandem terebat ꝛ retexebat ne tantūmodo foris exiret. §.LXIX

Abbas macharius cū eēt in egypto ꝛ egressus fuiss; de cella sua reuersus inuenit quendā furantez id quod in cella sua habebat. Stetit ergo ꝛ ipse tanq̄ peregrin᷒: et caricauit aīal cū illo cū multa requie: ꝛ ꝑduxit eū dicens: nihil in hunc mundū intulimus dn̄s dedit dn̄s abstulit: sicut ꝛ ipse voluit: ita factū est: bn̄dictus dn̄s in oībus. §.LXX.

Quidam frater veniens ad cellā cuiusdā magni senis ingrediebat̄ ꝛ furabatur ei victū. Cū aūt videret senex nō illū arguebat: sed amplius operabatur dicens. Puto frater ille necesse hꝫ. Habebat aūt grandē tribulationē senex ex penuria panis. Cū autē idē senior moreretur: ꝛ circūdedissent eū fratres. ille videns eū fratrē qui solebat furari ei panē suū dicit ei. Accede huc ad me frater. ꝛ apprehendit manus eius ꝛ osculatus est dicēs Gratias ago manibus istius fratris qꝛ ꝑ eas arbitror me intrare in regnū celoꝝ. Ille autez cōpunctus de hoc verbo: ꝛ agēs penitentiam factus est ꝛ ipse strenuus monachus ex actib᷒ senis quos vidit. §.LXXI

Abbas Agathon dispensabat semetipm̄: ꝛ in oībus cū discretione pollebat: tā in opemanuū suarū q̄ in vestimēto: talib᷒ eñ vestib᷒ vtebatur vt nec satis bona nec satis mala cuiq̄ apparerent. §.LXXII.

Dixit quidam senex ira per has q̄ttuor res exurgit: ꝑ cupiditatatē ꝛ auaritiā dandi ꝛ accipiēdi: ꝛ si quisq̄ velit suā defendere sententiā: ꝛ si quis vult se honoribus sublimari: ꝛ si quis doctorē esse vult: plus oībus sapientē sperans. Ira etiaꝫ per hec quattuor hūanos sensus obscurat. Si odio habuerit homo proximū suū: aut si illi inuiderit: aut si pro nihilo duxerit: aut si detractauerit. Passionis aūt huius retributio quattuor modos habet. primū ex corde: secundum ex facie: tertiū ex lingua: quartuꝫ ex facto. Si ergo potuerit quis ita portare malū: vt ne ingrediat̄ in cor: non perueniet vsq; ad faciē: si aūt venerit in faciē custodiat ne loquat̄ illud. Qđ si locutus fuerit vel hoc custodiat ne reddat in facto sed mox dimittat. Tres eñ gradus sunt hominū in passione ire. Nam qui voluntarie nocet̄ et iniuriatur ꝛ parcit ꝓximo suo: hic scd̄m naturā x̄pi est. Qui aūt nō ledit nec ledi vult hic scd̄m naturā Adaꝫ est. Qui vero nocet aut iniuriatur aut calumniā ingerit: aut vsuras exigit: hic secundū dyabolū est. §.LXXIII.

Quidaꝫ ex fratribus passus ab alio iniuriā venit ad abbatez Sysoium: et cōtumelie genus exponēs addebat: cupio me vindicare pater. Senex aūt rogare euꝫ cepit: vt relinqueret deo vindictam. At ille inquit. nō desistā nisi fortiter vindicauero. Cui senex ait. Quaten᷒ semel h̄ in aīo statuisti vl̄ nūc oremus. Exurgēs aūt senex: his verbis cepit orare. Deus iā nobis nō est necessarius vt ꝓ nobis sis sollicitus: qꝛ nosipsi: sicut frater iste dicit ꝛ volumus ꝛ possumus nos vindicare. qđ cū ille frater audisset: āte pedes senis effusus veniā postulabat: ꝓmittēs se cum illo cui irascebat̄ nūq̄ deinceps certaturū. §.LXXIIII.

Quidā frater duꝫ ab altero iniuriaret̄ venit et nunciauit seni. Cui ille respondit. satisfac cogitationi tue: qm̄ non vult frater iniuriari te: sed peccata tua. nā in oī tētatione que tibi contingit per hominē nō arguas eū s; tm̄mō dic: qꝛ propter peccata mea contingunt mihi hec. §.LXXV

Dicebat frequēter abba poemen malitia nunq̄ te exuperet. Si quis tibi malum fecerit tu illi bonū redde: vt per bonū vincas malum. §.LXXVI

Quidā frater q̄nto plus euꝫ aliquis iniuriabatur aut deridebat: tāto plus

ille gaudebat dicens. Isti sunt q̄ nobis occasi-
onē prebent ad pfectum nostrū: qui aūt beati
ficant nos conturbant animas nostras. Scri-
ptum est em̄ quoniam hi qui beatificant vos
decipiunt vos. §.LXXVII

Alter senex si q̄s detraxisset ei ille festinabat si vicinus ei erat: per seipm̄ bene illū remūerare. Qd̄ si longius manebat: transmittebat ei munera. §.LXXVIII

Quidam frater rogabat abbatem Sysoyum dicens. Si latrones aut barbari super me irruerint: occidere me volentes: et ego si prevalere potuero: iubes occidam eos? Cui ille respondit. Ne facias omnino: sed totū de deo committe: quicquid em̄ tibi aduersi contigerit: pfitere hoc tibi propter peccata tua venire. Diuine em̄ dispensationi debes totū ascribere. §.LXXIX

Erat quidam heremita magnus in monte qui dicitur adblibe?: et venerūt super eū latrones. Cū aūt ille vocē fecisset de vicinis locis: fratres alij confluentes: comprehenderunt eos. Quos transmissos in ciuitatē iudex misit i carcerē: fratres ergo illi mesti facti sunt: q2 propter ipsos latrones traditi eēnt iudici: et veniētes ad abbatē Poemenē renunciauerunt ei factum: qui scripsit ad heremitā. Si recordareris primā proditionem nunq̄ secundam perpetrasses. Quo ille sermone cū cōpunctus esset in oī illa regione nominatus et per multū tempus de cella sua nō exiens surrexit statim: et venit in ciuitatem et excutiēs latrones publice de carcere liberauit eos a tormentis. §.LXXX

Cuiusdam philosophi discipulus peccauit et cū sibi indulgeri vellet dicit ei philosophus. Non tibi indulgeo nisi in his tribus annis portaueris onera alior2. Cui reuerso post tres annos: cū iam petō satisfecisset Dicit ei philosophus. Nec nūc tibi adhuc indulgeo nisi alijs tribus ānis dederis his mercedē: qui te iniurijs et conuitijs affligunt. Qd̄ etiam cū ille complesset dicit ei magister suus. Ueni modo et ingredere atheniēsium ciuitatē vt illic sapientiam possis discere. Erat autem ibi quidam senex sapientia studiosus. et sedebat ad portam: oēsq̄ ingrediētes expiendi cā conuitijs affligebat: q̄ cū idē iuueni illic ingredienti faceret ille exorto cachinno risit. cui senex ait. Quid est hoc quod agis ego te iniuriē et tu rides? Cui iuuenis ait. Et non vis vt rideam: cū tribus annis mercedem dederim vt hoc paterer qd̄ hodie a te gratis patior? Tūc senex dixit ei. Ingredere ergo ciuitatem quia dignus es. Hoc aūt solebat abbas Joānes referre: et his ipse addebat dicens. Hec est porta dei per quam patres nostri per multas tribulationes et iniurias ingressi sunt ciuitatem dei. §.LXXXI

Quidam frater requisiuit senē dicens. Da mihi pater vnā rem: quā custodiā et saluē p eā. rn̄dit ei senex: si potueris iniuriari: et affici puitijs: et portare ac tacere: magna ē hec res et sup alia mādata. §.LXXXII.

Interrogantib9 quibusdam fratribus abbatem Moysen sermone ille hortatus est discipulū suū Zachariam vt eis aliquid diceret. Tunc ille pallium suum deposuit subtus pedes suos et cōculcauit illud et dixit. Nisi qui sic fuerit conculcatus: monachus eē non potest. §.LXXXIII

Dicebat abbas Macharius Ille vero est monachus: q̄ se in oīb9 vincit. nā si q̄s aliū arguēs ad iracundiā mouet̄ ppriam passionē implet. Nec em̄ vt alterum saluet: seipm̄ debet perdere. §.LXXXIIII

Quendā fratrem sub presentia abbatis antonij alij fratres collaudabāt: s3 cū tentasset eum senex: repperit q̄ nō sufferret iniuriā. Et dixit ei senex. Tu quidē frater sil's es edificio quod q̄uis habeat ingressum ornatum per postitia tamen a latronibus expugnatur. §.LXXXV

Quidā frater quesiuit abbatem Isaac dicens. Abba: quare te ita demōes timent? Respondit senex. Ex quo factus sum monachus: statui apud me vt iracundia foris guttur meum non procederet: et ideo timent me demones. §.LXXXVI

Cum venisset quidam de patribus ad abbatem Achillem vidit eū sanguinem expuentem. Et requisiuit quid hoc esset. At ille respondit. Sermo erat fratris qui me contristauerat et repugnaui vt nō illum dicerem: sed petiui dominū vt tolleret̄ a me: et factus est ille sermo sanguis in ore meo: et postq̄ expui requieui. Sed et ipam tristitiā et sermonem illum oblitus sum. §.LXXXVI

Quidā fratres venerunt ad quendā sanctū senē sedentē in sollitudine: et inuenerunt infantes pecora pascentes: et aliquotiēs inter se loquentes verba turpia. Post q̄uāt de singulis cogitationibus requirentes a sene acceperunt respōsum: dicunt ei. Quēadmodum potes sustinere abba voces infantium istorꝫ vt non precipis eis vt non ita vociferentur? Et dicit eis senex. In veritate fratres plurimos dies habuit cogitatio mea volens illis aliquid dicere: sed redargui memet ipsum: reputans mihi. Si parū hoc non porto: quomodo si maior mihi tentatio aduenerit portabo? Et ideo in illis nihil dico vt fiat mihi consuetudo portandi. Item dixit. Si quis linguam suam non tenuerit in tempore ire: nec passionem carnis sue aliquādo poterit cōtinere. §.LXXXVIII.

Abbas Joannes dum sederet inter fratres ⁊ singuli eum de proprijs cogitationibus inquirerent: atq; ille respōsum omnibus daret: quidam senex ex inuidia dicit ei. Sic est hic Joannes quomodo mulier meretrix ornans semetipsā vt cōgreget sibi amatores. Cui abbas Johannes ait. Uerum dicis abba: ⁊ non est aliter: nam ⁊ hoc ipsū deus tibi reuelauit. Respondit illi iterū ille senex dicēs. Nam ⁊ vas tuum Joannes veneno plenū est. At Joannes ait illi. Sic est. Abba vt dixisti ⁊ hoc dicis: q2 illa tm̄modo que de foris sūt vides: si ea q̄ intrinsecus sunt videres quāto plus haberes qd̄ diceres. Et post hoc quidam ex discipulis eius dicit ei: non es conturbatus abba in verbo senis huius? Cui ille respondit: non sed sicut sum de foris ita sum de intus. §. LXXXIX

Erat quidaꝫ senex in egypto et anteq̄ꝫ veniret illuc abba Poemen: grandē venerationē habebat ab oībus. Cum aūt abba poemen de scithia illuc subijsset: multi relicto illo sene veniebant ad hunc: ⁊ ppterea cepit illi inuidere et detrahere. Quod audiēs abba poemen contristatus est: ⁊ dicit fratribus suis Quid facimus q2 in tribulationē miserūt nos homines vt illuꝫ senē tam sanctū relinquerēt et nos qui nihil sumus respicerent. Quō sanabimus hunc virū magnū: venite ergo faciamus paucas escas ⁊ portantes pergamus ad eum: et parum vini ac pariter cū eo gustemus: forsitan in hoc possumus animū eius placare. Profecti q̄ pulsauerūt ostiū eius audiēs vero discipulus illius senis dixit. Qui estis? At ille dixerūt. Dic abbati tuo qm̄ Poemē venit vt bñdicat ab eo. Qd̄ cū ille p discipulū suū audisset Respōdit ad eū. Uade hic. nō em̄ mihi vacat. Illi tm̄ restituerūt in isto dicētes. q2 non hinc discedimus nisi digni fuerimus adorare eū. Quorū cū ille humilitatē et patiētiā puidisset compunctus aperuit ostiū: et osculātes seinuicē gustauerūt pariter. Dixit q̄ eis ipse senex. In ueritate nō sunt ea sola q̄ audiui: sed et cētupla opera vidi in vobis. Et ab illo die amicus carissimus factus est ei. §.XC.

Abbas mutuens aliquando edificauit sibi cellulā in loco qui dicitur Eracleona. Et dū ibi a multis molestaret: alteruꝫ locū introgressus est et similiter etiā ibi construxit habitaculū. Sed per insidias dyaboli quidā frater inuentus est ibi: qui per inuidiaꝫ semper iram cuꝫ eo habuit: ppter qd̄ surrexit inde: et ad propriū reuersus est vicū: et fecit sibi illic q̄ cellulā: et reclusit se in eā. Post tempus autē aliq̄ꝫtum congregati sunt senex de illo loco vnde egressus est. Deducētes secum illū fratrem: cū quo habuit litē: quatenus rogarent eū vt rediret ad cellā suam. Postq̄ꝫ autem in vicinum locū venerunt: taꝫ melotes suas q̄ꝫ illuꝫ fratrem ibidē dereliquerūt. Ipsi vero pfecti sunt ad senē. Et pulsantibus illis: apta fenestra respexit eos: ⁊ cognouit: ⁊ dixit eis. Ubi sunt melotes vr̄e? At illi responderūt. Ecce hic in vicino sūt vna cū fratre illo: q̄ tecuꝫ iram hebat. Hoc postq̄ꝫ senex audiuit: ⁊ illos cognouit. pre gaudio ostiū per qd̄ ingressus fuerat: cū securi cōfregit: ⁊ egressus cucurrit vsq; ad locū vbi erat ille frater: ⁊ cepit ipse prior penitentiā apud eū agere: ⁊ amplexatus est eū. Et introduxit illos in cellā suaꝫ: et p tres dies cōuiuatus est cum eis: q̄ nunq̄ꝫ habebat ꝯsuetudinē vt ieiuniū solueret. Et postea surrexit ⁊ pfectus est cū illis. §.XCI.

Abbas Agathon solebat dicere. Nūq̄ꝫ litē habens cū aliquo dormiui: sꝫ nec pmisi aliqueꝫ mecū litem habentē dormire: q̄tuꝫ ad virtutē meā ptinuit: nisi prius cum illo in pace reuerterer. §.XCII.

Erant duo senex in vna cella pariter sedētes: ⁊ nūq̄ꝫ inter se vel q̄lēcūq; pax in ꝯtētōe habuerūt. Dixit q̄ vnus ad alterꝫ. Faciamus vl' nos vnā litē sicut ⁊ alij hoīes. At

pletus festinus aduenit dicēs: infelicē illā puellam priusq̄ fateretur q̄ tibi calūniā frustra contexuit: parere nullatenus potuisse vociferans: sed et oēs vicinos postulans venire: et ad te misit veniaȝ a te postulare. Que ego cognoscens ne meipsi hoīes molestarēt festinus abscendens in scithi perueni: et hec est causa nostri ad ista loca aduentus. §.XCVI.

Quidam frater requisiuit abbatē Poemenē dicēs. Quid faciā pater qm̄ cōturbor a tristitia? Dicit ei senex. Neminē pro nihilo despicias nullū cōdēnes: nulli detrahas. et dabit tibi dominus requiem. §.XCVII.

Dicebat abba poemē de abbate Jsidoro: q solus ipse se cognouisset. Nā quotiens illi cogitatio sua dicebat: q magnus es: tunc et ipse respondebat ad se: nunquid talis sum qualis antonius: aut certe abba Pambo: vel reliqui patres: qui deo placuerūt? quotiens ergo hec cogitabat: requiescebat. Quando vero inimicus conturbans eū suggerebat ei desperationē: et penas dicens quoniaȝ post hec oia iturus es in tormenta: dicebat iterum ipse. quia q̄uis ego in tormenta mittar: tamē vos subtus me inuenio. §.XCVIII

Abbati moysi frequenter apparuerunt spiritus mali dicentes. Preualuisti nobis Moyses: et nihil tibi possumus facere: et quotiens te in desperationeȝ humiliare volumus exaltaris quotiēs autē exaltare: ita te humilias: vt nullus de nobis accedat ad te. §.XCIX.

Cum quidam abbateȝ sisoiū frequenter talem sermonē requireret: quid faciam pater qm̄ cecidi: respondit surge. At ille respondit. Exurrexi. Et iterū se cecidisse confessus est. Ait senex. Et iterum surge. Cuȝ autem frater frequenter se surrexisse: et frequenter se cecidisse narraret: eodeȝ sermone senex vtebatur exclamans. Non cesses exurgere fili Cui frater. Usq̄quo possum surgere pater explana. Tunc senex ait. Quousq̄ aut in bono opere aut in malo deprehensus occubas. Jn quo enim opere homo deprehensus fuerit in eo iudicabitur. §.C.

Quidam senex tentabatur a cogitationibus grauiter per annos deceȝ: ita vt iam desperaret dicens: perdidi iam animā meam: si quatenus semel perii iam reuertar ad seculuȝ. Cum autem proficisceretur: venit ad eum vox dicens. Decem anni in quibus certasti corone tue erunt. Reuertere ergo in locuȝ tuum et ab omni mala cogitatione libero te. et statim regressus permansit in incepto opere. Non est ergo bonum desperare se quenq̄ propter cogitationes. Jlle enī magis nobis coronam prouident si vtiliter eas pertractātes trāsierimus. §.CI

Quodaȝ tempore abbas antonius: dum resideret in heremo spiritu temptatus accidie dicebat ad deū. Domine saluari desidero: sed cogitationes varie non me permittunt. Quid faciam in tribulatione mea vel quomodo saluari valeam. dignanter ostende? Et post paululum surgens quendam sibi similem conspicatur: sedentem torquenteȝ funiculum: et surgentem et opere et orantem. Erat autem ad emendationem angelus Antonij destinatus. A quo etiam hunc sermonem audiuit. Et tu ita faciens Antoni: saluaberis. At ille summo gaudio cumulatus: accepta confidētia saluabatur. §.CII

Quidā frater requisiuit senē dicens. Quid faciā pater: quoniam nulla opera facio monachi: sed in negligentia constitutus comedo et bibo et dormio: et de hora in horam transgredior de cogitatione in cogitationem: et propterea contristor et deficio? Cui senex ait. Tu sede in cella tua: et fac quod potes sine perturbatione animi: et confido in deum q qui sedet in cella sua propter deum inuenitur in loco illo vbi est abbas Antonius. §.CIII.

Alter frater req̄siuit abbateȝ Achillem dicens. Cur sedens in cella mea patior accidiam? Cui senex ait. Quia nec dum vidisti requiē filī: quā speramus neq̄ tormenta que timemus. Si enim ea diligenter inspiceres etiam si vermibus plena esset cella tua vsq̄ ad collum: tu tamen in ipsa iaceres sine accidia. §.CIIII

Quidam frater abbateȝ ātonium requisiuit dicens. Quid obseruādo deo placebo? Respondit senex. Quod demando tibi custodi. Quocunq̄ vadis deum semper habeto pre oculis tuis: et quodcunq̄ opus exerces: sume et diuinis scripturis exempla et in quocunq̄ loco resederis ne inde citius mo-

nearis: sed patienter in eodē loco cōsiste. hec eñ tria custodiens saluus efficieris. §.CV.

Quidam frater cū expetisset sermonē abbatem Moysen: dicit ei senex. Uade et sede in cella tua. Cella autem tua omnia te potest instruere: si ibi permanseris. Sicut eñ piscis ex aqua eductus statim moritur: ita et monachus perit si foris cella sua voluerit tardare. §.CVI

Quidam frater requisiuit abbatem Poemenem. Si melius est remoti⁹ an cū alijs manere. respōdit senex homo si seipm̄ reprehendit: vbiq₃ potest persistere. Si autē se magnificat nusq̄ stat: sicut scriptū est qui se existimat aliquid esse cū nihil sit: ipse seducit Quicquid eñ boni fecerit homo ne exultet in eo q: mox perdet illud. §.CVII

Aliquando venit ad abbatem Zenonem in Syriam aliquis frater egypti⁹ et cepit cogitationes ꝓprias accusare presente sene. Ille aūt admirans dixit. Egyptij virtutes quas habent celant: ⁊ vicia que non habent manifestant. Syri autē ⁊ greci: virtutes quas non habent: predicant: et vitia que habent abscondunt. §.CVIII.

Quidam senex dixit. Qui ab hominibus amplius honoratur aut laudatur nō paruū aīe damnū patit: qui aūt penitus ab hoībus non honoratur: desuper gloriā a deo accipiet. Idem dixit. fieri non pōt: vt simul ⁊ herba nascatur et semen. Ita īpossibile est vt laudē ⁊ gloriam secularium habentes simul etiā ⁊ fructū faciamus celestē. Idē dixit. Sicut thesaurus manifestus minuetur: ita et virtus deperit publicata. Nam sicut cera a facie ignis soluitur ita ⁊ aīa per laudē resolata peribit ab intentione sua. Idē dixit. Qñ cogitatio vane glorie vel supbie te īpugnat: pscrutare etiā tēpm̄ si oīa dei mādata seruasti: si inimicos tuos diligis: si gaudes in gloria inimici tui: et contristaris in deiectione eius: si apud te habes qm̄ seru⁹ inutilis sum ⁊ plus oībus hoīb⁹ peccans: ⁊ neq₃ tunc tñ aliquid grande sapias tā q̄ aliquid boni feceris sciens q̄ elata cogitio omnia illa bona dissoluit. §.CIX.

Quidam senex cū venissz ad aliū senē: dicit ei. Ego iam mortuus sum seculo huic. Et ille alter respondit. Ne cōfidas in teipsum: donec egrediaris de corpore hoc. nā et si tu dicas quoniam mortuus sum: diabolus tamen necdum est mortuus: cuius innumerabilia sunt artis mala. §.CX

Dicebant de quodam sene q: fecerit quinquaginta ānos nec panē comedens: nec facile aquā bibens. Et dicebat: quia extinxi fornicationem: ⁊ auaritiā et vanā gloriā. Et veniens ad eū abbas Abraā audiēs q̄ hoc dixisset: dicit ei. Tu dixisti hunc sermonē Et ille respondit. Etiā. et dixit ei abbas Abraam. Ecce intras in cellā tuā ⁊ inueniēs super mattā tuā mulierē potes nō cogitare quia mulier est? et ait. non. sed repugno cogitatiōi mee vt non tangam illam. Dicit ei abbas Abraam. Ecce nō interfecisti fornicationē: q: viuit passio ipsa: s₃ alligata est. Iterū si ambulas in via et vides lapides ⁊ testas vasoꝝ ⁊ inter ipas iacens aurū potes mēte tua aurū quod vides velut lapides reputare. ⁊ rn̄dit nō. s₃ resisto cogitationi mee: ne colligā illud. ⁊ dicit ei Abraā Ecce ergo viuit passio: s₃ alligata est. Et dixit iterū abbas Abraā. Si audiueris de duob⁹ fratribus: q: vnus diligit te ⁊ bona loq̄tur de te: alius aūt odit ⁊ detrahit tibi: ⁊ venerint ad te vterq₃: equaliter suscipis. ⁊ dixit. nō: sed extorqueo aīo meo vt similiter bñfaciā ei q̄ me odit sicut ⁊ illi qui diligit me. Et dixit ei abraaam. Uiuūt ergo passiones: se d tñ̄mō a sanctis viris quodammodo ligantur. §.CXI.

Quidam senex habitabat in inferioribus pt̄ibus heremi: ⁊ sedebat quiescēs: vn⁹ aūt secularis religiosus ministrabat ei. Contigit aūt vt filius secularis istius infirmaret. Multis ergo p̄cibus postulabat senē vt veniret in domū suā: ⁊ faceret orationem ꝓ infante. Exurgens aūt senex ambulabat cū eo Ille autē ꝓcessit et ingressus in domū suā dixit. Uenite in occursū anachorete. Quos cū vidisset de longe egressos cū lāpadib⁹ senex t q̄ ad se venirēt. Despolians itaq₃ se vestimenta sua misit in flumen: ⁊ cepit ea lauare stans nudus. Ille aūt q̄ mīstrabat ei erubuit ⁊ rogauit hoīes dicens. Reuertimini: senex eñ noster sensū pdidit. Et veniēs ad eū: ait illi. Abba ad quid hoc fecisti? Oēs eñ q̄ te viderūt dixerunt: q: demonē habet senex. Cui ille. Et ego hec volebā audire. §.CXII.

Cum quidam iudex ꝓuincie abbatem Moysen vellet adorare: audiens il

le fugiebat de loco suo. Et cũ obuiã forte illi fuisset: requisiuit iudex ab eo dicens. Dic nobis: vbi est cella abbatis Moysi? At ille respondit. Quid illum vultis videre hominem stultum et hereticum. Quod cum audisset iudex veniens ad ecclesiam: retulit clericis dicens. Ego quidem diuersa audiens de abbate Moyse: volui ab eo benedici: sed quidam veniens mihi obuiaȝ monachus retulit de eo ꝙ esset hereticus. Quod cum audissent clerici: contristati sunt: et ceperũt interrogare eũ qualis esset monachus ille: qui hoc ei dixisset. Ille autem respondit. Senex erat et vetustissimis indutꝰ vestimẽtis longus et niger. Et tũc cognoscẽs ex reuelatione eoꝝ ꝙ: qꝛ ipe eẽt moyses: satis miratꝰ discessit. §. CXIII.

Abbas Sysoius cuȝ habitaret in mõte in quo erat beatus Antoniꝰ reclusus: quidaȝ secularis ad eum cum filio proprio percipiende bñdictionis gratia properabat. Contigit autẽ vt infans moreret in via. Quem pater sine vlla perturbatione mentis sublatum cũ fide portauit ad senẽ: ingressusꝙ cellulam: tam se ꝙ infanteȝ proiecit in terram: vt est moris postulantiũ benedictioneȝ. Oratione autẽ expleta exurgens pater egressus est: filij corpusculo derelicto añ pedes abbatis. Quem cũ adhuc senex orandi causa iacere speraret: surge inqͭ fili et egredere. defunctuȝ em̃ esse nesciebat. Cõfestimꝙ puer exurgens egressus est. Cũꝙ vidisset pater eius: obstupuit regressusꝙ in cellulã adorato sene tam causam filij ꝙ luctum cũ fide narrauit. Sed senex valde mestꝰ effectus est: non em̃ a se quicꝙ tale volebat audiri factũ. Sed per discipulum suũ homini illi ne cuiꝙ ad transitum suuȝ hec diceret imperauit. §. CXIIII.

Cum quidã in ecclesia secularis veniens ab immundo spiritu teneretur: ꝛ cum omẽs orationẽ fecissentꝰ: ꝛ nullatenꝰ spiritꝰ immũdꝰ ab eo egrederet: dicunt ergo inter se frẽs. Quid possumꝰ huic spũi facere? Nemo põt illũ excutere nisi abbas Besariõ. Sȝ si dixerimꝰ hoc: ille nec ad ecclĩã accedere venire. Sȝ faciamꝰ taliter: qm̃ aute oẽs solet ad ecclesiã venire: hũc qui patiẽ faciamꝰ sedere: ꝛ postea dicamꝰ abbati. Abba suscita hunc dormiẽte. Fecerunt ita. Et veniente abbate Besarione: steterunt om̃es in oratione et dicunt ei. Abba suscita etiaȝ istum dormientem. Ille autẽ excitauit eum dicens. Surge et egredere foras. Et mox ab eo egressus est spiritus immundus et sanus effectus est et illa hora. §. CXV

Erat quidaȝ habens filiũ paraliticũ in egypto ꝛ attulit eũ in cellaȝ bti Cesarionis abbatis: ꝛ reliquit euȝ sup ostiuȝ plorantẽ ꝛ discessit longe. cepit ergo infans flere. Cũ aũt senex ꝑ fenestrã vidisset eũ dixit. quis te huc detulit fili. Cui infans rñdit. pater meꝰ detulit me: ꝛ ipse discessit: cui senex dixit. surge ꝛ adiungere illi. Et mox sanus effectꝰ surrexit: ꝛ ꝑuenit ad patrẽ suũ. §. XVI.

Dixit abbas mutues. Quantũ hõ deo approximauerit: tm̃ se peccatorẽ videbit. Esaias em̃ ꝓpheta videns dñȝ miserũ se et imũdũ vocauit. Nos ergo nõ scimꝰ hic sine sollicitudine. Dicit em̃ scriptura. Qui stat videat ne cadat. Incerto ergo nauigamus ĩ hoc mũdo. Sed nos qͥdem quasi in tranqͥllo mari nauigare videmur: seculares vero quasi in periculosis locis. Nos quasi in die sole iustitie illustrati: illi vero in ignorantia quasi per noctẽ Sed frequẽter contingit vt secularis in tenebrosa nocte nauigans ꝓpriã nauiȝ saluet: nos aũt dũ in tranqͥllo nauigamꝰ: sepius ex ipsa securitate negligimꝰ: ꝛ primũ hũilitatis gubernaculũ relinquẽtes: sepe ꝑiculosa naufragia patimur. Sicut em̃ impossibile est nauim firmam fieri sine clauis: ita impossibile est hominem sine humilitate saluari. Idem dixit. Humilitas nec ipsa irascitur: nec alios permittit irasci. Idem dixit. Humilitas est si quando peccauerit in te frater tuus: anteꝙ peniteat ille indulseris ei. §. CXVII.

Abbas mõachariꝰ dũ diluculo palmaꝝ folia portãs ad cellã suã reuerteretur occurrit ei diabolꝰ cũ falce preacuta: volẽsꝙ eũ ꝑcuttere nõ valebat. qui exclamãs dixit. Magnã a te viȝ patior o machari: qͥ cuȝ te cupio nocere nõ valeo: dũ te quecunꝙ facis ego magis exuperẽ. Tu ergo ieiunas ĩterdũ: ego nullo vnquam cibo reficior. Tu sepe vigilas me vero sopor nunquã oppressit. Sed in vna re me vincis ipse profiteor. Cum ab eo rem ipsam beatus Macharius requisisset humilitas tua dixit sola me vincit. Hec dicente inimico: et extendente beato Machario manus suas ad orationem spiritus immundus inter auras euanuit. §. XVIII.

Quidã ex senib⁹ monacho-rum heremita quidam spiritu malo correptus et spumiãs fortiter in maxillã pcussit. Senex autẽ prebuit illi alterã maxillã vt feriret Diabolus autem non sufferens incendiũ hũilitatis eius statim discessit. §.CXIX.

Quidam ex patribus dicebat. Omnis labor monachi sine humilitate vanus est. Humilitas eñ precursor ẽ charitatis Sicut iohãnes erat pcursor iesu: oẽs trahẽs ad eũ ita ⁊ humilitas attrahit ad charitatẽ. i. ad ipsum deũ: qꝛ deus charitas ẽ. §.CXX.

Quidã tẽpore abbas macharius duz ad montẽ nitrie ascenderet: discipulo suo vt parum precederet imperauit. Qui cũ ante illũ preiret: obuiã habuit. Quendã sacerdotẽ idoloꝝ: cursu cõcito venientẽ et lignũ grãde portantẽ. Cui exclamãs ait. Quo curris demõ? At ille iratus tantis eũ plagis affecit: vt ex animam pene relinqueret. Et relicto eo sacerdos idoloꝝ iteꝝ currebat. pgressusqꝫ paꝝ obuiauit beato machario. Qui ait ad eũ. Salueris liberator salueris. At ille admiratus respondit. Quid in me boni cõspexisti: vt me ita salutares? Cui senex ait: quia vidi te laborãtẽ ⁊ curris ignorãter. Cui sacerdos dixit. Et ego salutatiõe tua cõpunctus magnũ huũ dei te cognoui. Nã alter nescio quis miserabilis monachus occurrens mihi iniurias fecit: sed et ego plagas illi p verbis imposui. Tunc apprehendẽs pedes btĩ machariꝫ clamabat dicens. Nisi me monachũ feceris nõ desistã. Pergentesqꝫ pariter venerũt ad locũ vbi cesus frater iacebat. Quẽ vtriqꝫ tollentes: qm̃ gradi non poterat: manib⁹ in ecclesiã ptulerũt. Cũ autez fratres vidissent sacerdotẽ: illũ btm̃ machariũ cõmittantez stupefacti cũ admiratõne monachũ eũ pficiunt ac multi pp illum ex paganis facti sunt xpiani. Dicebat ḡ abbas machari⁹: quia fmo superbus et malus etiã bonos viros conuertit ad malũ: fmo vero humiliat et bon⁹ ẽt malos mutat in melius. §.XXI.

Sepe dicebat beatus antonius: nisi pistor mole oculos operiret mercedez suaz recipiẽs: ipse consumeret. Ita et nos p dei dispensationem tegumẽ accipim⁹: vt ea q̃ operamur bona non valeamus attendere: ne nosipsi beatificantes possimus extolli: et mercedẽ ppriam amittamus. Nam ⁊ ob hoc quãdo relinquimur in sordidis cogitationib⁹: necesse ẽ vt hoc tm̃modo puideam⁹: vt nosipsos et nostrã sententiã condẽnem⁹: ⁊ ea que sunt in nobis sordida illud paruum bonũ opus nostrũ in nobis obscuret. Nunq̃ enim homo bon⁹ est: etiã si bonus esse desideret: nisi deus habitauerit in ipo: qꝛ nemo bonus nisi sol⁹ deus Oportet ergo vt nosipsos semper incusemus: Qñ eñ se quisqꝫ reprehẽdit: mercedẽ propriaz nõ amittit. Itẽ btũs Antonius retulit se vidisse omnes laqueos inimici: sup vniuersam terrã extentos. et cum suspirans dixisset: quis hos poterit transire: vocẽ a se dicentẽ audiuit humilitas sola ptransit antoni: quã nullo mõ valent superbi cõtingere. Itẽ btũs antonius dũ in cella propria oraret: venit ad eũ vox dicens. Antoni nondũ puenisti ad mensurã coriarij: qui est in alexandria. Quo audito senex surgens mane arepto baculo in ciuitatẽ alexãdriã festinus venit. Cũqꝫ ad designatuz homine fuisset ingressus ille viso tanto viro obstupuit. Cui senex dixit. Refer michi opera tua qꝛ propter te huc veni. Qui respondens ait. Nescio me aliquando aliquid boni perpetrasse. Unde et cubili proprio mane consurgens anteq̃ in opere meo resideã dico ꝙ omis hec ciuitas a minore vsqꝫ ad maiorẽ ingrediunt regnum dei propter iusticias suas: ego autem solus propter peccata mea penam hereditò sẽpiternã. Quod verbum anteq̃ quiescã sero ex cordis mei recenseo veritate. Quod audiens beatus antonius respondit. In veritate fili: sicut bonus aurifex sedens in domo tua cũ requie regnũ dei adeptus es: ego autẽ velut sine discretione omne tempus meũ in solitudine cõuersatus: nec dum verbi tui assumpsi mensuram. §.CXXII.

Quidaz frater requisiuit ab batem poemenẽ dicens. Quid est pater quod ait apostolus. Omnia munda mundis. At ille dixit ei. Si quis ad hunc sermonem poterit puenire vt eum intelligat: videbit se minorẽ cẽtotius creature. Cui frater. Et quomõ possuz me minorem videre ab eo qui homicida est? Respondit senex. Si potuerit homo ad hunc sermonem apostoli peruenire: et viderit hominem qui forte occidit aliũ: dicit in semetipso. Iste quidẽ hic solũ peccatũ fecit: ego aũt omĩ hora homicidiũ committo meipsuz peccando interficiens. Et cũ frater requireret: quõ hoc possit fieri? Respondit. Hec sola iusticia ẽ ho

minis vt semetipsum reprehēdat. Tūc enī iustus ē cū sua peccata cōdēnat. §.CXXIII.

Dum sederent quidā fratres prope abbatem Poemenem: vnus alium quēdam fratrem laudauit dicens. Bonus est ille frater quoniam mala horret. Cui senex ait. Et quid est mala horrere. At ille nesciēs quid ei responderet petebat dicens. Dic mihi quid ē malū horrere: Cui senex ait. Ille horret mala qui sua peccata horret: et omnem fratrem suū beatificat et diligit. §.CXXIIII.

Quidam frater requisiuit abbatem poemē dicens. Quomodo potest homo vitare ne loquatur malū de proximo suo. Respondit senex. Ego et proxim⁹ meus due imagines sumus: cum ergo meam imaginem reprehēdero: inuenitur imago fratris mei apd̄ me venerabilis. Quādo autē meam laudauero. tunc fratris mei imaginem prauam respicio. Tunc ergo de alio non detracto: si semper me ipsum reprehēdo quia magnum virū despicit qui seipsum non cōsiderat. §.CXXV.

Dicit abbas ypericius: qꝛ sicut leo terribilis ē onagris: sic monachus ꝓbatus cogitationibus concupiscētie. Dixit iterum qui supra ieiunium freuum est monacho aduersus peccatum. Qui autem abiicit ieiunium Uelut equus feruens desiderio femine rapitur. Dixit iterū qui supra. Siccatum ieiunio corpus monachi animaꝫ de profundo eleuat ꝛ siccat fistulas delectationū. Dixit iterū qui supra. castus monachus in terra honorabit ꝛ in excelso coronabit. Dixit iterū qui supra. Monachus qui non retinet linguaꝫ suā in tempore furoris: nec corporalium passionum retentor erit aliquando. Dixit iterū qui supra. Bonum est manducare carnem et bibere vinū: q̄ꝫ manducare carnes fratrum. Dixit iterum qui supra. Susurrens serpens euā eiecit de paradiso. Huic ergo similis est qui ꝓximo suo obloquitur: qꝛ audientis se aīam perdit: ꝛ suā nō saluat. Dixit idē qui supra. Acta est aliqñ festiuitatis in scithi et dederunt seni in calice vinum. Qui abiiciens ait. Tollite a me mortem istam. Quod videntes alii qui cū ipso edebāt nec ipsi biberunt. Alia vice allatum est vasculum vini de primitiis vt daretur fratribus ad singulos calices. Introiens autē quidā senex et vidēs quia vinū acceperant fugit in scriptā Que cecidit. Et cum audissent sonum currentes inuenerūt frēm seminaimē iacentē: ꝛ ceperūt eū obiurgare dicētes. Bene tibi cōtigit: qꝛ vanam gloriā habuisti. Abbas autē refrenās eū dixit. Dimitte filiū meū: bonū op⁹ fecit: ꝛ viuit domin⁹: quia nō reedificabitur cripta hec tēporib⁹ meis vt cognoscat mūd⁹: qꝛ ꝓp calicē vini cecidit cripta. §.CXXVI.

Solebat dicere abbas iohānes. Paruam sarcinam dimisim⁹. i. nosipsos reprehendere: ꝛ grauē portare elegim⁹ id est vt nos iustificem⁹ ꝛ alios cōdēnem⁹. Aliquādo fact⁹ est cōuētus in scithi: ꝛ loqbant̄ prēs de quodā fratre culpabili: abbas aūt prior tacebat: postea autē surgēs egressus ē: et tollens saccū impleuit arena: ꝛ portauit in humeris suis: ꝛ mittens in sportella modicū de hac harena portabat ēt ipsam in añ. Interrogatus a prib⁹ q̄d esset. Ille rñdit. Sacc⁹ iste q̄ multū harene hꝫ mea pctā sūt qm̄ mlta sūt: et posui ea retro me: ne doleā pro ipsis ꝛ plorē: ista autē modica harena pctā sunt fratris istius: et sūt ante faciē meā: et ipsis excrutior iudicās fratrem. Quod nō oportet ita fieri: sed peccata mea ante me magis esse: ꝛ de ipsis cogitare et rogare deū vt ignoscat mihi. Audiētes autem patres dixerūt. Uere hec est via salutis. §.CXXVII.

Uenit abbas Isaac de thebaida in congregationē fratrū: et vidit quendam de fratrib⁹ culpabilem ꝛ adiudicauit eum. Cum autē regrederet̄ ad heremū venit angelus domini: ꝛ stetit ante ostiū celle eius dicens. Nō te dimitto intrare. Ille autē rogabat vt eius culpa manifestaretur. Et respondens angelus dixit. De⁹ misit me vt dicerem tibi. Ubi iubes vt mittā illum fratrē queꝫ adiudicasti: Et statiꝫ abbas Isaac penitentiam egit dicēs. Peccaui ignosce mihi. Et ait angel⁹. Surge: ignouit tibi de⁹: sed custodi de cetero ne adiudices quēq̄ꝫ priusq̄ꝫ iudicet eū deus. §.CXXVIII.

Contigit fratri cuidā culpa in cenobio et dū a ceteris increparet̄ abbatē profectus est Antoniū. Et assecuti sunt eum fratres volētes euꝫ reducere: ceperuntq̄ꝫ ei culpas exprobrare. Ille vero fecisse culpā denegabat. Inuēt⁹ est ei abbas Paphūci⁹: cui cognomē erat cephal⁹: q̄d tale ꝫ retulit in ꝯgregatiōe fratꝝ auditā pabolā. Uidi inq̄t in rip

pa fluminis hominẽ vsq3 ad genua in limo demersum: venientes autẽ vt eũ porrecta manu extraherent vsq3 ad collũ demerserunt. Tunc btũs antoni⁹ de btõ paphnucio ait. Ecce hõ qui ex veritate põt aĩas saluare. Quo frẽs illi⁹ fmone cõpũcti agẽtes penitentiã cũ q̃ discesserat ad cenobiũ reuocauerũt. §.CXXIX.

Dixit quidam de senioribus Si videris aliquem peccantem ne mittas culpam in eum: sed in illũ qui impugnat eũ apud temetipsum dicẽs. Ueh mihi: q: sicut iste nolens victus est sic et ego hodie vel cras et plãge ⁊ inquire dei solatium. Nemo em̃ vult peccare: sed omnes decipimur. §.CXXX.

Quidaz timotheus anachoreta: negligentem fratrem aliquẽ audiens interrogante ipsius abbate: quid illi fratri faceret dedit consilium vt eũ expelleret. Cum ergo ille fuisset expulsus: tentatio venit ad timotheum. Et cum ploraret in conspectu dei et diceret miserere mei: venit ad eũ vox dicens. Timothee ideo tibi hoc venit q: fratrẽ tuũ in tpe sue tẽptationis despexisti. §.CXXXI.

Dicebant autem quia narrauerit aliquis sanctoꝝ patrũ vidisse se quattuor ordines in celo: quoꝝ primus erat hoim infirmoꝝ et gratias agentiũ deo. Scõs erat hospitalitatẽ sectantium ⁊ instantiũ ministrantium eis. Tertius ordo in heremo cõseruantium ⁊ nõ videntiũ hoies. Quartus ordo erat qui ad obedientiã spiritalibus patribus se subijciunt ꝓpter deũ. Utebaẗ ĝ ordo obedientiũ torquẽ aureã ⁊ maiorem gloriã q̃ alij habebant. Ego autẽ dixi ei: q̃ mihi hec oĩa ostẽdebat Quõ iste ordo qui paruus est maiorẽ gloriã h3 q̃ alij ordines? Et respondẽs dixit mihi. Quia qui hospitalitatẽ sectanẗ fm propriã volũtatẽ idip3 faciũt. Similiter qui in heremo se religãt arbitriose de seculo recesserunt. Hic aũt ordo q̃ se ad obediendũ dedit: omnes volũtates suas abijciens pendet ad deũ et ad iussionẽ spũalis patris propterea ⁊ maiorem gloriam habet. Quapropter o fili bona est obedientia que ꝓpter deũ fit. Intendite ergo filij virtutis huius aliquod et parte vestigium. Obedientia salus est omnium: obedientia genitrix est omnium virtutum: obedientia regni celorum inuẽtrix est: obedientia celos aperit et hominẽ de terra eleuat: obedientia cohabitatrix est angeloꝝ: obedientia sanctoꝝ omnium cibus est. Ex hac enim ablactati sunt et per hãc ad perfectõnẽ peruenerunt. §.CXXXII.

Quidaz senex dixit. Quia si quis fratri suo iniunxerit causam cum timore dei et cũ humilitate sermo ille qui propter deu3 fit: cõpellat fratrem suum obedire ⁊ facere qd̃ iniunctu3 est ei. Si autẽ obedire quis cupiẽs non secundu3 timorem dei: sed ex auctoritate et propria voluntate fratri voluerit imperare: videt deus abscondita cordis ⁊ nõ illa permittit vt obediat imperanti ne faciat quod illi precceptum est: quia manifestũ est opus dei quod fit propter deum: et manifesta est oĩs auctoritas que per iactantiam ordinaẗ. Quecũq3 em̃ ex deo sunt a principio humilitatem habent: que aũt ex auctoritate et iracundia aut scurrilitate vel cõturbatõe a dyabolo sunt. §.CXXXIII.

Abbas siluanus habebat discipulum nomine Marcum cuius obedientia erat magna et propterea senior diligebat eum Habebat autem et alios vndecim discipulos: qui contristabantur: eo q̃ illum plus diligeret Qd̃ postq̃ alij senes audierunt mesti venerũt ad eum vt ei renunciarent: quia fratres illi q̃ cum eo erant contristabantur. Sed anteq̃ illi aliquid faterentur: ipse cum illis ad singulorũ cellas proiectus est. Et vnumquẽq3 nomine proprio vocauit dicẽs. Egredere foras frater quia opus te habeo. Et nullus ex illis voluit egredi. Uenerunt aũt post omnes ad cellam Marci: et cu3 pulsasset ostium vocauit nomẽ eius: ille autem mox vt audiuit vocem senis: foris egressus est. Et ingressus abba in cella3 Marci quoniam scriptor erat: repperit quaternionẽ quem scribebat: et inuenit q̃ in qua hora vocatus est litteram quam faciebat mediam dereliquit: tantummodo vt obedientia3 adimpleret. Noluit autem post auditam vocẽ senis litteram o: quam ceperat complere. Unde illi alij senes dixerunt ei. In veritate quem tu diligis ⁊ nos iam diligim⁹: q: et de⁹ eũ ꝓ suã obediẽtiã diligit. §.CXXXIIII.

Senex quidam solitarius habuit quendam ministrum manentem in possessione. Contigit autem semel: vt tardente ministro deficerent necessaria seni. Et cum temp⁹ intercessisset: et non veniret minister ille defecerunt que necessaria habebat senex ad victũ: et quod operaretur manibus suis. Qui cum

affligeretur non habēdo quod laboraret neq; vnde viueret dicit discipulo suo. Uis vt vadas ad possessionem illam: vt voces nobis ministr; qui solet nobis afferre que opus sunt nobis. Ille respōdit. Quod iubes facito. Differebat autē senex non p̄sumēs mittere fratrē. Et cū sustinerēt ⁊ tribularent᷑ non veniēte ministro illo. dixit iterum senex ad discipulu3 suū. Uis ire ad possessionē et adducere eum. Et ille respondit. Quod vis facio. Timebat autem et discipulus eius descendere ad possessionem ne forte scandalizaretur aliunde: sed ne inobediens esset patri suo: acquieuit abire. Dicit autē ei senex. Uade et credo in deum patrum meorum: q2 proteget te ab omni tentatione. Et facta oratione dimisit eum. Ueniēs autē frater in possessionem requisiuit vbi maneret minister ille. Et inuenit hospiciu3 eius. Contingerat autem eū cū suis omnib⁹ ad memoriam parentum suorum extra possessionem inueniri: et non inuenit ibi quenq;: excepta vna filia ei⁹ que vt pulsantem fratrē audiuit venit ad ostium et aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre suo: illa hortata est eū vt intraret hospitium: simul etiam et trahebat eum. Ille vero nō acquiescebat intrare. Sed cum diu cogeret: p̄ualuit eum introducere ad se: et complexa est eum et cepit illicitare eum ad commixtionem corporis eius. Ille autem videns se trahi ad luxuriam: et cogitationibus confundi: ingemiscēs clamabat ad dn̄m dicēs. Dn̄e, ꝓpter orationes patris mei libera me in ista hora: et dū dixisset subito inuentus est ad flumen pergēs ad monasterium: et restitutus est illesus ad abbatem suu3. §.CXXXV.

Duo fratres carnales venerunt habitare in quodam monasterio: ex quibus vnus erat preclare continentie: alter obedientie magne. Cui dicebat pater. Fac hoc et faciebat: et fac illud et faciebat: manduca mane et manducabat. De qua re magna3 in monasterio opinionem habebat: quia ita obediēs existebat. Uictus est frater ille continens aduersus eū inuidia: ⁊ dixit in semetipso. Ego ꝓbo istum si habet obedientiā et accedēs ad patrē monasterij dicit ei. Mitte mecum fratre3 meū: vt eamus alicubi. et dimisit eos abire. et assumens eum frater ille abstinens voluit eu3 tentare. Et cum veniret ad flumē vbi erat multitudo cocodrillorum: dicit ei. Descende in flumen et transi: et mox ille descendit. Uenerūt cocodrilli et lingebant corpus eius: in nullo ledentes eum. Quod cum vidisset frater eius: dicit ei. Ascēde de flumine: ⁊ cum iter ageret inuenerunt corpus humanum iacens in via. Et dixit ille abstinens ad fratrem suū. Si haberemus aliquid vestitum: iactaremus super corpus illud. Et respondēs ille obediens fratri dixit. Magis oremus forsitan surget. Et stantibus illis ad orationem: atq; orantib⁹ intente: surrexit mortu⁹ ille. Quo facto gloriat⁹ est abstinens frater et dixit. Pro continentia mea suscitatus est mortuus hic. Omnia aūt hec reuelauit deus abbati monasterij eorum ⁊ qualiter tentauerit fratrem suum de cocodrillis: et quomodo suscitatus fuerit mortuus. ⁊ cum venissent ad monasterium: dicit abstinenti illi abbas. Quare ita fecisti fratri tuo? Ecce tantum per obediantiam eius surrexit mortuus ille. §.CXXXVI.

Quidam ex senibus de scithi discipulum suu3 transmisit in egyptū: vt ei camelū deferret qui sportellas q̄s fecerat portaret in egyptū. Cū autem deduceret camelū alter senex obuius ei dicit ei. Si scissem frater qn̄ ibas in egyptū dixisse3 tibi vt ⁊ mihi alter; camelū deduceres. Qd̄ cū ille frater ꝓprio abbati dixisset p̄ multa charitate dicit ei. Uade fili et duc camelū ad illū dicēs ei: quia nec dū parati sumus: cōple necessitatē tuā: et vade tu cū ipso camelo: vsq; in egyptū: et iterū reduc nobis camelū. ⁊ nostra vasa portemus. Cu3 q̄ fecisset frater sic: et iuisset ad illū senē dicens. Abbas pambo dixit quia nos nec dū parati sum⁹ tolle ⁊ cōple necessitatē tuā. Caricauit aūt senex camelū ⁊ iuit in egyptū. Cū aūt discaricasset: iter; ille frater reducebat camelū: ⁊ dixit. Ora ꝓ me p̄r. Cūq; senex requisisset q̄ pergeret rn̄dit. In sithim vado: vt ēt n̄ras sportellas huc afferā. Qd̄ cū audisset senex cōpunct⁹ cepit penitere dicens lachrymando. Indulgete mihi dulcissimi: q2 charitas vestra fructum meum abstulit. §.XXXVII.

Alter senex cum perfecisset sportellas suas ⁊ iā retinacula misisset earu: audiuit viciniū suū dicentem. Quid faciā qm̄ nūdine ꝓpe sunt: et nō habeo vn̄ mittā retinacula in sportellas meas: ⁊ mox ingressus dissipauit ꝓpria retinacula: et attulit ad frēm dicēs. Ecce ista supfluа hēo tolle et mitte in sportellas tuas: ⁊ ita pre nimia charitate fecit vt fris

opera complerentur sua autem imperfecta reliquit. §.CXXXVIII.

Abbas iohānes gratia caritatis oēm malitiā est oblitus. Hic cū a quodā fratre mutuasset solidū vnū ꝛ cōparasset linū vñ operaret̄ venit vn⁹ frater petens eū parū lini vt faceret sibi saccū: at ille dedit ei cū gaudio Itē alter venit petēs eū linū et dedit ei. Nec nō ꝛ alijs plurimis veniētib⁹ ꝛ petētib⁹ dedit oib⁹ cū gaudio. Post hoc ille qui mutuauerat solidū: venit repetens eum. At ille dixit. Ego vado ꝛ afferā tibi ꝛ nō habens vnde redderet surrexit ꝛ ꝓfectus est ad abbatē Jacobum: vt peteret eū quatenus redderet illi a quo mutuauerat. Et dū iret ꝑ viā inuenit solidū iacētē et nō eū tetigit sed facta orōne reuersus est in cellulā. Et cū iteꝝ frater ille repeteret rōnem suā dicit ei. Undecūqꝫ mō defero illū. Et iterū ꝓfect⁹ inuenit solidū: vbi antepositus erat Et facta orōne reuersus est. Etecce iteꝝ venit frater ille molestās eū ꝓ solido. Tunc senex dixit modis oībus modo vado ꝛ affero illuꝫ: ꝛ dū ꝓficisceretur inuenit eodē loco solidū iacentem ꝛ facta oratione tulit eum et venit ad abbatē Jacobū. et dicit ei abba veniens ad te inueni hunc solidū in via. Fac ergo caritatē ꝛ predica hic in ciuitate ne forte aliquis ꝑdiderit illū: ꝛ si inuentus fuerit dñs eius redde illū. Profectus est ergo senex ꝛ ꝑ tres dies ꝑdicauit: ꝛ nemo inuentus est ꝗ ꝑdidisset solidū illū. Tūc ꝙ Joānes dicit ad abbatē Jacobum. Si nemo illū ꝑdidit reddo illū fratri illi: qm̄ debeo illi. ꝛ veniens ad te mutuare aut certe tollere in caritate reddere illi debitū meū inueni illū. Et miratus est senex quemadmodū debens ꝛ inueniens non statiꝫ tulit eū ꝛ reddiderit nisi bis ꝛ tertio reuersus esset ꝛ predicasset. Hoc aūt erat eius mirabile q: si quis volebat ab illo aliquid mutuari: non dabat per manus suas: ſꝫ dicebat fratri. Uade et tolle tibi quod opus habes. ꝛ cū reportaret iterum dicebat vade ꝛ reporta in loco vnde tuleras si autem nihil detulisset nihil ille penitus dicebat. §.CXXXIX

Abbas Poemen dicebat voluntatē tuā nunꝙ̄ adimpleas: sed magis humilia teipm̄ vt facias voluntatē proximi tui. Itē abbas poemen qn̄ vocabatur vt extra voluntatem suā comederet ibat plorās: ne inobediēs fratri suo contristaret eū. Idem mactans propriā voluntatem humiliatus voluntatē sequebatur alterius. §.CXL.

Quidaꝫ anachoreta sedebat in speleo iuxta cenobiū multas virtutes faciens: ꝛ cum aliqui monachi venissent de cenobio cōpulerūt eū hora nō cōsueta comedere. Et post hoc dicunt ei fratres. Contristatus es abba: q: hodie extra consuetudinē fecisti? quibus ille respondit. Tunc mihi est tribulatio quādo propriā fecero voluntatē §.CXLI

Abbas paphinecius non gustabat vinū aliqn̄. Semel autē ambulans deuenit super latrones. Et cū in via eos inuenisset bibentes: cognitus est a principe latronum: ꝗ sciebat eū ꝙ vinū non biberet: sed videns quia et labore itinere fatigatus impleuit calicem grandē vino ꝛ gladiū tenēs in manu sua dixit seni. Nisi biberis hunc calicē occidā te. Et cognoscens senex q: ex mandato dei vult facere volens eū lucrari tulit et bibit. Princeps aūt latronum cepit ei dicere. Indulge mihi abba qm̄ cōtribulaui te. Cui senex ait. Cōfido ī deū meum: quia propter calicem vini faciat tecuꝫ misericordiam et in presenti seculo ꝛ in futuro. Dicit ei princeps latronum. Et ego confido in deo: quia ab hodie nemini malefacio. Et lucratus est senex omne collegium latronum. §.CXLII

Erant duo fratres vnus ex ipsis senex erat qui rogabat iuniorē dicens. Rogo vt pariter habitemus frater. Ille autē respondit. ego peccator sum ꝛ nō potes mecū habitare. Ille vero rogabat eum dicens. possumus. erat autē ille senior mūdus: ꝛ nolebat audire quia monachus habebat aliquādo cogitationem prauam. et dicit ei ille iunior ꝑmitte quiescere hac vna septimana: ꝛ iterū loquamur. Cum ergo post septimanā senex venisset ad eū. ille volēs experiri eū dixit ei. In grādē tentationē icidi in septimana hac abba. Profectus enim in vicum propter necessitatem peccaui. Et dixit ei senex. et vis penitere. cum autem ille promisisset ait senex. ego tecuꝫ porto mediū peccati illius. Tunc ille frater dixit Modo possumus ambo pariter manere. Et manserunt pariter vsqꝫ ad tempus transitionis sue. §CXLIII

Quidam seniꝫ dicebat, quic

quid horreret homo mali oīno ne faciat alteri Horres enī si quis detrahit tibi: tu ne trahas alteri. Horres si quis tibi calumniam fecerit: vel si quis tibi aliquid abstulerit: ⁊ tu siue hec siue alia his similia ne facias alicui. Qui enim hoc verbum seruauerit potest illi sufficere ad salutem. §.CXLIIII.

Abbas poemē ⁊ abbas nub postq̄ in desertum venerunt desiderabat mater eorum videre eos et sepe veniebat ad eorū cellā: nec tamen potuit illic cōtemplari eos. Capitato itaq̄ tempore: occurrit eis cū ad ecclesiam festinarent. Qua visa reuersi velociter ostium celle clauserunt. Illa autem stans foris cum lachrymis querebat eos. Tunc abba nub egressus ad beatum Poemen ait. Quid faciemus de hac matre nostra que plāgit ad ostium. Tunc exurgens abba Poemen vadit ad ostium. Quo non aperto audiens eam iugiter lamentari dixit ei. Cur tantos clamores cum iā etate defessa sis: et planctus effundis? Illa autem voce filij cognita: amplius exclamauit dicens. Quoniam vos videre desidero filij. Quid est enim si vos videro? Nonne sum vestra genitrix? Nōne vos his meis lactaui vberibus? Jam omni morarum contractione repleta sum: et audita voce tua oīa viscera mea pre desiderio cōturbata sunt. Cui Poemē ait Hic nos magis an in futuro seculo videre desideras? Et illa dixit. Quid q̄ si vos hic non videro: quasi illi pro cetero visura sim? Sene autem respondēte: q̄ si te hic cohibere potueris: ne nos videas: illic proculdubio nos videbis. Tunc illa discessit cum gaudio dicens: si pro certo illic vos visura sum: hic vos videre iam nolo. §.CXLV.

Johānes minor thebeus discipulus abbatis ammonis: per duodecim annos cuidā seni infirmanti fecit obsequium. Senex tamen cum vidisset eum laborantem nunq̄ illi sermonē blandum: aut placitum locutus est. Cum autem transiret sedentibus alijs senibus tenuit manum eius et dixit ei tertio. Salueris. Salueris. Salueris. Et tradidit illū senibus dicens. Iste non homo: sed angelus est: qui tot annis mihi infirmanti: nec tamen bonum sermonem audiens fecit obsequiū cū magna patientia. §.CXLVI.

Abbas aga thon veniens in ciuitatem: vt opera sua venderet: inuenit quēdā peregrinū iacentē in angiporta infirmū nullum habentem: qui ei curam adhiberet. Et permansit ibi senex: et conduxit sibi cellā. et ex opere manuū suarū prestabat infirmo illi obsequium: permansit autem ibi mensibus quattuor donec sanaret infirmū. Et sic ad cellā suam egressus est. §.CXLVII.

Quidā magnus senex infirmanti discipulo suo dixit. Ne contristeris fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Sūma enī religio ē vt infirmitate q̄s agat deo grās. Si ferrum es per ignem eruginem amittis. Si vo aurū es: per ignem probatus a magnis ad maiora venies. Ne anxieris ergo frater. Si enim deus te vult in corpore torqueri: tu quis es vt eius potestati resistas: aut moleste feras? Sustine ergo et roga deum: vt que ipe vult illa concedat. §.CXLVIII.

Senex quidam cū frequēter infirmaretur corpore ⁊ langueret: contigit vt vno anno nulla eiū egritudo contingeret. Et propterea flebat et grauiter ferebat dicens: Reliquisti me domine: et noluisti me presenti hoc anno visitare. §.CXLIX.

Dicebāt de quodam sene: q̄ cum moreretur in scythi: circunsteterunt fratres lectum eius: et vestierunt eum. et ceperūt flere Ille autem aperuit oculos suos ⁊ risit: et adiecit iterum ridere. Hoc autem factum est tertio. Quod cū vidissent fratres: rogauerūt eū dicentes. Dic nobis abba: quare nobis flētibus tu ridebas? Et dicit eis. Primo risi: quia vos timetis mortem. Secundo risi quia non estis parati. Tertio risi: quia a labore ad requiem vado. Hec cum dixisset statim clausit oculos in mortem. §.CL.

Abbas pamon in ipsa hora quando transibat iam de corpore dixit alijs viris sanctis astantibus sibi. Quia et eo quo venit in hunc locū solitudinis ⁊ fabricaui mihi cellulam: et habitaui in ea: extra manuum mearum: laborē non recolo me comedisse panem: neq̄ me locutum fuisse sermonem: quē me protulisse peniteret: vsq̄ in hanc horam: et sic vado ad dominum: quō qui nec initium seruiendi deo adhuc fecerim. §.CLI.

Abbas agathō dum morere

tur p tres dies oculos apertos tenuit: non eos mouens. fratres autem tangētes eum dixerūt Ubi nunc es abba? At ille dixit. In cōspectu iudicij dei sto. Et dicunt ei fratres. Nunquid et tu times? Quibus ille respondit. Interea quantum fuit ad virtutem meam semper consideraui: vt mandata dei mei facerem. Sed hō sum et vnde scio: si opera mea deo placent? Cui fratres dixerunt. Non confidis in opera tua: quia fm deū sūt? At ille respondit non confido in conspectu dei: qz aliud est iudicium dei: et aliud hominum. §.CLII.

Abbati siosyo cum tempus dormitionis eius aduenisset et multi alij senes conuenissent: viderunt faciem eius fulgore quodā radientem et dicit eis ipse. Ecce abbas antonius venit ad nos: et post paruum ait. Ecce et chorus prophetarum: et iterum facies eius clariore luce aspersa est: et dicit eis. Beati quoqz apostoli assunt. Uisusqz est cuz quibusdā loqui. Cum ergo postularent ab eo patres vt cū quibus loqueretur ediceret: ait. ille. Angeli inquit venerunt auferre aiaz meā et supplico illis vt paululū me pro penitētia agēda sustineant. Dicunt autē ei patres. Tu iam non indiges penitentiam agere abba. At ille respondit in veritate dico vobis: quia nec initium penitentie me reminisco: arripuisse. Ex quo dicto senserunt q in timore dñi esset pfectus. Tūc in splendore solis effigie relucente ei⁹: dicit ad eos ipse. Uidete videte: quia dñs venit. In hoc fmone reddito spiritu oīs loc⁹ ille grato odore replet⁹ est. §.CLIII.

Beatus arsenius duz temp⁹ eius vt migraret de hoc seculo approximaret: dicebat ad discipulos suos. Nēo super me faciat charitatem nisi in sola oblatione. ego si feci charitatem inuenio illam. Turbatis autem discipulis eius quasi iam tempore propinquēte dicit eis. Nec dum hora mea venit: cum autez venerit non tacebo. Sed tamen stabitis mecū ante diuinum iudiciuz: si alicui de meo corpusculo aliquid velut reliquias dederitis. Illis autem respondentibus. Et quid faciemus pater: quia nescimus hominem sepelire? Respōdit ille. Nunquid nescitis funem in pedibus meis mittere: et ita me ad montem trahere. Pili autem oculorum eius et iugi fletu ceciderant. Nam per omnem tempus vite sue sedens et operans pannum in sinu suo habebat propter lachrymas defluentes ex oculis eius Dum ergo moreretur cepit flere et cum fratres illius requirerent dicentes. Quid fles pater. Nunquid et tu times? Ille respondit. In veritate timeo et iste timor quia nūc mecū est semper in me fuit ex quo factus sum monachus. Cum autem vidisset abba poemen: quia transijt dixit. Beatus es abba arseni: quia te tantum in hoc seculo planxisti. Qui enim hic se non planxerit: illic se lugebit. Aut ergo hic et volūtate aut illic pro tormentis: impossibile est hominem nō plangere. ¶ Abbas daniel narrauit de eodem beato arsenio: quia nunq̄ voluerit loqui de questionibus scripturarum: cum mangifice posset si voluisset: sed neqz epistolam cito scripsit ad aliquem. Quando autē ad conuentum veniebat: post columnam sedebat ne quis videret faciem eius: et ne ipse aliquem videret alium. Erat autem visio eius angelica sicut iacob capillis canus et ornatus elegans corpore siccus tamen. Habebat autē barbā prolixam omnino attingentem vsqz ad ventrem eius. Longus autem erat: sed senio lōginquo curuatus: moritur annorū nonaginta quinqz. Hic fecit in palatio diue memorie Theodosij maioris qui fuit pater archadij et honorij annos quadraginta. Et decem annos in loco qui dicitur troin: supra babyloniam: cōtra ciuitatem que dicitur memphis. et tres annos in canapo alexandrie. Alios duos annos reuersus iterum in troin: et ita dormiuit in pace cōsumens cursum suum vir bonus et spiritu sancto plenus et fide. §.CLIIII.

Beatus athanasi⁹ episcop⁹ rogauit aliquando abbatem pomon: vt iret in alexandriam. Qui descendens cum fratribus cum vidisset quosdaz seculares dicit eis. Surgite et salutate monachos: vt benedicamini ab eis. Frequenter enim isti loquuntur cum deo et os eorum sanctum est. Et cuz vidisset ibi mulierem theatricaz lachrymatus est. Et requisierunt astantes cuz plangeret. At senex respōdēs dixit. Due me res ad has lachrymas compulerunt. Una quidem perditio illius mulieris. Secunda vero: quia ego tantam curā nō habeo placendi deo quantum habet hec mulier vt hominibus turpibus placeat. §.CLV.

De quodā sene dicebatur: qz quotiens illi sua cogitatio dicebat: dimitte hodie: et cras penitebis; ipse iterum responde

bat. Nō ita: sed hodie debem⁹ penitere: et cras voluntas dei fiat in nobis. §.CLVI.

Quidā ex patrib⁹ de aliquo referebat episcopo: eo q audisset duos de plebe sua viros nimie impuritatis adulteros. Rogauit ergo deum vt si ita esset sibi ostenderet. Cum ergo post oblationē consecratā vnusquisq ad communionem accederet: singulorū facies intelligebat et animas. Peccatorū em facies nigras inspiciebat vt carbonem: et oculos eorum sanguine repletos: alios vero vidit clara facie et vestibus albis indutos. Cum autem corpus domini suscepissent: in quorundā vultibus lumē: in quorūdam flamma videbat. Ut autē agnosceret de illis quorum crimina audiebantur: communionem illis porrexit: et vidit vnum ex eis clara facie: et honorabili albisq vestibus circundatum. Alterum vero nigrum et horribili vultu. Et postq diuini gratiam misterij perceperunt illum vis quedam illustrabat: istum vero alium quasi flamma succēdebat. Orauit autem episcopus de singulis q ei ostensa fuerant se doceri. Astitit autem angelus domini dicens ei. Omnia que de ipsis audisti vera sunt: sed ille vnus in sordibus suis permanet et in voluntate peccandi: ideo illum nigra facie et flamma succendi vidisti. Ille vero alter similis eius quidem erat sicut audieras: sed ideo illum clara facie illustrari vidisti: quia recordatus de his que primus fecit abrenūcians illis malis operibus cum lachrymis et gemitibus dei misericordiā postulabat promittens q si preterita ei fuissent et remissa peccata: vlterius ad eandem non rediret: et iō prioribus delectis criminibus ad hanc gratiā quam vidisti peruenit. Cum autem epūs grām dei miraretur: eo q non solum de tormentis tam turpis vite hominem eruerit: sed etiā tāto honore decorauerit: respōdens angelus dixit. Bene miraris homo enim es. Nam dominus noster ac vester naturaliter bonus et humanus est cessantibus a peccatis: penitentib⁹ enim se per confessionem: non solum peccata dimittit: sed etiam honore efficit dignos. Sic enim dilexit deus hominem: vt vnigenitum suum filium pro peccatoribus destinaret: et p ipsis daret ad mortem. Qui ergo dum inimici eius essent mori pro ipsis elegit quanto magis quando illi proprij fiant. Hoc ergo scias quia nullum peccatum humanum bonitatem dei vincit si tantūmodo per penitentiam vnusquisq ea que pri⁹ fecerat aboleuerit mala misericors enim deus et infirmitatem generis vestri scit: et passionum fortitudinem: et dyaboli virtutem vel malitiam: et cadentibus quidam hominibus in peccatū tanq filijs indulgens expectat emendationem: penitentibus vero tanq languidis cōpatitur: et mox soluās peccata eorum iustos illis etiam premia tribuit. Audiēs vero hec episcopus miratus est nimis: et glorificabat deum. §.CLVII.

Abbas paulus simplex habebat hanc gratiam vt ingredientes in ecclesiā aspiceret et ex ipsa facie eorum vniuscuiusq cogitatōnes seu male essent seu bone sentiret. Cum ergo venissent ad ecclesiam: et ingrederentur: senex vidit eos clare facie et leto anio ingredi: et angelos eorum pariter cū gaudio cum ipsis. Unum autem nigrum vidit et nebulosum habentem corpus et demones hinc atq inde trahentes eum ad se misso freno in naribus et angelum sanctum eius a longe sequentem tristē. Beatus ergo paulus cepit flere et pectus suum tundere: sedens ante ecclesiam propter eum quem tale viderat. Omnes autē alij senes videntes eum sic flentem ceperunt rogare vt si quid in ipsis vidisset manifestaret aut cum eis ingrederetur in congregationē. Ille autē nolebat ingredi: sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post paululum autem cum absoluta congregatione discederent iterum omnium vultus circūspiciebat si tales egrederentur quales ingressi sunt: et vidit illum quem ante vidit nigrum et nebulosum: egressum de ecclesia clara facie et candido corpore et demones a longe sequentes eū sanctum autem angelum eius prope eum hylarem: et gaudentem super eum nimis. Tunc Paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens deum ac dicens. Quanta misericordia et benignitas dei est. Quanta miseratio eius est. Et ascendens in altiorem locū: magna voce dicebat. Uenite et videte opera dei: venite et videte quemadmodum vult omnes homines saluos fieri: et ad agnitionē veritatis venire. Uenite adoremus eū dicētes qr tu solus potes peccata tollere. Cum autem omnes conuenissēt exposuit eis paulus quid vidisset anteq ingrederentur in ecclesiam: et que postea: et petebat illum fratrem: quem sic viderat vt ei manifestaret cognitiones suas et actus: vel quemadmodum tantam cōmutatio-

nem illi de⁹ donasset. Ille autem ante omnes cepit referre dicens: ego sum homo peccator: et in multis turpibus sum deditus. Ingressus autē nunc in ecclesiam dei audiui verba Isaie prophete: magis aūt dei per ipm loquētem. Lauamini: mundi estote ꝛ tollite malicias de animabus vestris ante cōspectū meum. Discite benefacere: querite iudicium. Et si fuerint peccata vestra tanquā coccinū velut nix dealbabuntur: ꝛ si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetis. Ego aūt miser ꝛ fornicator compunctus in hoc sermone ꝓphete: et ingressus intra pectus meum dixi ad deum. Domine tu es qui venisti saluare peccatores Hec ergo que nunc per prophetam promisisti opere comple in me indigno peccatore. Ecce enim amodo ꝓfiteor tibi et ex toto corde profiteor quia hoc vlterius nō faciā malū ſꝫ renuncio omni iniustitie: et amodo seruio tibi et in conscientia munda. Ab hodie ergo domine et ab hac hora suscipe me penitentem ꝛ adorātē te ꝛ renunciantem omnibus peccatis. Iuraui et statui apud me seruare oēs tuas iustificationes. Sub hac ergo sponsione egressus sum de ecclesia: statuēs apud me nihil de priorib⁹ peccatis vlterius facere. Tunc omnes senes exclamauerunt dicentes ad dominū voce magna. ꝙ magnificata sunt opa tua domine: oīa in sapientia fecisti. §.CLVIII

Abbas ioseph dum cuꝫ aliis senib⁹ ad abbatē poemenē venisset quidaꝫ ex parentib⁹ ꝑdicti senis attulit infantē cuius facies per corruptionem fuerat depravata: ꝛ sedens pater eius cū eo foris monasteriū plorabat. Cū autē vnus senex ad vocē flentis egressus esset: ꝛ interrogaret eū cur ploraret: ille respondit. Parens suꝫ istius abbatis poemenis et ob hoc veni vt hunc infantē quē tētatio contrivit vidisset: ꝛ timuimus illū huc afferre. Et nunc si cognouerit quia hic suꝫ: adhuc expellit me hinc. Ego aūt videns vos patres q̄ ad eū venistis ꝓsumpsi venire huc. Quō vis ergo abba miserere mei: ꝛ tolle infantem hunc et defer intus tecū vt oret ꝓ eo. Quē cum senex attulisset in cellam sapienti vsus consilio: non illum obtulit primo abbati poemeni: sed a minoribus fratribus incipiens dicebat. Signate hunc infantē fratres faciētes oratione rogās per singulos senes. Post omēs detulit illū ad abbatē poemenem. At ille nolebat eū contingere. Cum autem rogarēt eum vt sicut oēs ita et ille oraret exurgens senex ingemuit: et orauit dicens. Deus sana facturā tuam ne dñet illi inimicus. Et signauit infantem moxq̄ patri sanus est redditus. §.CLIX

Requisitus quidaꝫ ex patrib⁹ si ꝓfectū bonū esset egestas. respondit. Magna est penuria. Nam qui eam voluntarie sustinet: tribulationem quidem carnis habꝫ aīe vero sue inuenit requiem. §.CLX

Quidam frater requisiuit senē dicens. Si paucos nūmos mihi dꝫ frater iubes vt repetā eos: cui senex ait. Semel tantūmodo dic illi cū humilitate. At ille dixit. q̄d si semel dixero et nihil mihi dederit: quid faciām: Tunc senex ait. Ulterius nihil ei dicas At ille dixit. Et quid faciā q̄ non possuꝫ vincere cogitationē meā nisi fuero illi importunus: dicit ei senex. dimitte cogitationem tuaꝫ crepare tantūmodo ne contristes fratrem tuū q̄ monachus es. §.CLXI

Quidam frater requisiuit senē dicens. Quō pōt aīa humilitatē adipisci? Ille rñdit. Si sua tm̄mō ꝛ non alterius mala consideret. Dicebat aūt q̄ ꝓfectio hoīs humilitas est quātūcūq̄ eīm deposuerit se hō ī hūilitate tm̄ ꝓficit in altū. Sicut eniꝫ superbia si ascēderit in celū vsq̄ ad inferos deducitur ita humilitas si ascenderit vsq̄ ad infernuꝫ tunc exaltatur vsq̄ ad celos §.CLXII

Abbas macharius dum ambularet in deserto caput cuiusdā hoīs aridū īuenit in terra. Quod postq̄ bacculo suo conuertit: vocē visū est emittere. Qō senex q̄s nā esset interrogat: at ille rñdit. Ego quidē princeps erā sacerdotū idoloꝝ q̄ in hoc loco habitabant. Tu aūt es abbas macharius spiritu diuino repletus. Quacūq̄ eīm hora misert⁹ eoꝝ fueris quiꝗ in pena sunt: ꝛ ꝓ eis oraueris consolationē aliquā sentiunt. Cui senex. et que ē consolatio vestra vel pena respōde. At ille altius ingemiscens. Quantū inquit celū distat a terra. tm̄ ignis est altus in quo medio sumus a pedib⁹ vsq̄ ad caput vndiq̄ ꝓfusi nec cuiq̄ licet faciē alteri⁹ intueri sed facies nostro dorso cōiuncte sunt. Cū ergo oras ꝓ nobis ex pte videmus alterutrū et hoc nobis ꝓ ꝯsolatione constat. His auditis lachrymas fudit dicens. Heu diei illi in quo homo mandata dei transgressus est. Et iterū ab eo si esset altera pena

maior inquirit. Cui ille rndit. Sunt nobis alij multo inferius. Cumqz qui essent illi interrogaret dixit. Nos quidem qui deum non cognouimus misericordiaz quantumcumqz patimur illi vero qui cognitum negauerunt grauioribus et ineffabilibus penis subtus nos cruciantur. quibus auditis beatus macharius capite altius terre defosso discessit. §.CLXIII

Quidam frater requisiuit a sene dicens abba cur a demonibus grauiter impugnamur? Respondens senex dixit: quia arma nostra proijcimus a nobis. idest patientiam: humilitatem: mansuetudinem atqz obedientiam. §.CLXIIII

Quidaz frater requisiuit abbatem sysoium dicens. Putas abba si modo persequtur nos diabolus sicut antiquos patres? Respondit magis modo homines persequtur nostre etatis quia appropinquant penarum genera: vbi ille cum legionibus suis angustiatur: dum sit stagnum vbi cum igne et sulphure erit arsurus. Ideo hominibus infestatur nec tamen infirmos quosqz appetere dignatur quos vbi voluerit cito subuertit sed fortes magis et magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. §.CLXV

Quidaz fratres requisierunt abbatem siluanum: per quam viam adeptus esset tantam prudentiam. rndit eis ille dicens. nunquam dimisi morari cogitationes malas in corde meo: que deum prouocarent ad iram. §.CLXVI.

Beatus Antonius dicebat. Si potest fieri quantos passus ambulet monachus vel quot calices aque bibit in cella sua habet declarare senioribus vt non deuietur in ipsis. §.CLXVII.

Abbas Poemen dixit in nullo sic gaudet inimicus quomodo in illo qui non vult cogitationes suas manifestare. §.CLXVIII.

Quidam frater dixit ad senem ecce abba frequenter interrogo seniores patres vt dicant mihi commonitionem pro salute anime mee et quicquid dixerunt mihi: nihil retineo. Erant autem seni duo vasa vacua et dixit ei senex. Vade et affer vnum et illis vasis et mitte aquam et laua illud et effunde: et pone nitidum in locum suum. Fecit ergo ita frater semel et bis. Et dicit ei senex. Vtraqz vasa simul affer: et cum attulisset dicit ei. Quale est ex vtrisqz mundius. rndit frater. Vbi aquam misi et laui. Tunc senex dixit ei. Sic est et anima fili: que frequenter audit verba dei: quamuis nihil retineat ex his que interrogat tamen plus mundatur quam illa que non requirit. §.CLXIX

Quidam senex dixit Quando opera bona exercet monachus veniens diabolus locum non inuenit in eo: et statim discedit. Si autem malum opus exercet veniens frequenter spiritus dei: et videns malum opus non ad eum accedit: sed recedit. Si autem ex toto corde iterum requisitus fuerit cito reuertetur. §.CLXX.

Quodam senex dixit. Usqz nunc debet laborare monachus: vsquequo possideat xpm. Qui autem semel illum adeptus fuerit iam non laborat. Permittit tamen dominus laborare electos suos vt rememorantur tribulationum labores vnde semetipsos custodiant: timentes ne tantos labores amittant. Nam et filios israel. ideo deus per desertum quadraginta annos circumduxit: vt rememoratis tribulationibus non redirent retrorsum. §.CLXXI.

Quidaz frater interrogauit senem dicens. Dic mihi pater quare nunc laborantes monachi non accipiunt gratiam sicut antiqui patres? Cui senex dixit. Tunc tanta caritas erat vt vnusquisqz proximum suum sursum traheret nunc vero postquam caritas refrixit totus mundus in maligno positus est: et singuli proximos suos ad inferiora deducunt: et ideo sic gratiam non sortimur. §.CLXXII.

Quidam frater requisiuit senez dicens. Putas abba cognoscunt sancti viri quando venit in eos gratia? rndit senex dicens non semper cognoscunt. Nam cuiusdam magni senis discipulus cum peccasset in aliquo re iratus senex dixit ei cum clamore. Vade et morere: et statiz ille cecidit et defunctus est. Cumqz senex vidisset eum mortuum timor ingens irruit super eum: et cum magna humilitate orauit rogans deum et dicens. Domine iesu xpe resuscita illuz et iam vlterius sine consideratione talem non loquar sermonez et cum hec dixisset statim surrexit discipulus eius. §.CLXXIII.

Abbas Poemen dixit homo qui alios docet et non facit ipse quod docet. similis est fonti alto quod omnes res lauat: et omnes satiat potu. se ipsum autem lauare non potest sed et immunditias et sordes limorum. Item dixit doce animam tuam seruare: quod

lingua tua alios docet. §.CLXXIIII.

Quidam anachoreta cum venisset ad abbatē Poemenē suscepit eū senex cū leticia. Et cū se alterutrū amplexi fuissent cepit anachoreta de scripturis sanctis ꝛ de rebus celestib⁹ conferre. Tunc senex vertit faciē suā ad aliū fratrem: ꝛ nō dedit anachorete responsuꝫ. Ille vero videns ꝙ non loqueret cū eo: egressus est tristis: ꝛ dicit discipulo illi⁹ Sine causa tanti itineris laborē assumpsi: vt venirē ad eū qui mihi loqui dedignatur. Ingressus aūt discipulus ad abbatē Poemenē dixit. propter te huc venit abba iste hō magn⁹ tantā gloriā in locis suis habens: ꝛ tu nō vis loqui cū ipso. rn̄dens senex dixit. Iste hō de superiorib⁹ est: ꝛ celestia loquit: ego aūt de inferioribus sū ꝛ terrena vix loqui possuꝫ: si mihi locutus fuisset aliq̄d de passionib⁹ mōachi forsitan ꝛ ego rn̄disseꝫ illi. Si aūt de celestib⁹ loquitur: ego me nescire cōfiteor: egressus ergo discipulus dicit ad anachoretā. Senex iste noster nō vult de altiorib⁹ questionibus loqui sꝫ si quis ei de passionib⁹ locutus fuerit rn̄det illi. At ille cōpunctus in hoc sermone ingressus ad senē dixit: quid faciā abba: q2 dn̄antur mihi passiones cordis mei? Tunc senex respexit eū gaudens: ꝛ dixit ei. Modo bn̄ pater venisti. Aperio ergo os meū ꝛ implebo illud bonis tuis. Et hoc sermone adiutus est anachoreta ꝛ dixit. In veritate bona est hec via quaꝫ tenes ꝛ vera agens seni gratias: reuersus ē in propriam regionem. §.CLXXV.

Quidam senex dixit. si quis aut de scripturis de quacunq̨ cā locutus fuerit ne cōtendas cū eo: sed siquidē bn̄dicit consenti ei: si vero male dic ei. Tu scias quomodo loquaris. Ait apl's. Noli cōtendere v̄bis: hoc obseruās ꝛ humilitatē possidebis: ꝛ odiū euitabis. Nam si psistas cōtēdens: ꝛ vis defendere sermonē tuū nascetur scandalū. Frequēter ergo duꝫ laudas alteꝝ fit etiā ex iustificatiōe contentio. De quacūq̨ aūt re grauiter cōtenderis nō paruā noxietatē senties: ꝛ nullo mō requieꝫ possidebis. Magis aūt stude silentiū et de nullo es sollicitus. Attende meditatiōi tue tam mane ꝙ vespere ꝛ impetum inimicoꝝ non timebis. §.CLXXVI.

Quidā frater interrogauit senē dicēs. Usquequo est obseruandū silentiū pater. Rn̄dit senex. Usquequo interrogaris. In omni eñ loco si taciturus fueris: requiem possidebis. §.CLXXVII.

Abbas Poemon dicebat. sicut apis quocūq̨ vadit mel opatur: ita et mōachus quocumq̨ pergit. si ꝑpter opus dei perrerit dulcedinem bonorum actuuꝫ semper potest perficere. §.CLXXVIII.

Abbas mutues venit aliquādo de loco qui vocat Ragithā in partib⁹ gebolonis. Erat aūt cū eo etiā discipulus eius. Uidēs aūt eū eps loci illius tenēs eū inuitū presbyteꝝ fecit. Et dū pariter comederēt dicit ei eps. Indulge mihi abba. scio eñ q2 hunc honorem nolebas sed ego a te bn̄dici desiderans hoc presumpsi facere. Cui senex ꝑ humilitate ait. Et mea cogitatione paꝝ volebat: sed in hoc laboro q2 diuidi habeo a fratre qui mecuꝫ est: ꝛ solus nō sufficio orōnes meas implere. Dicit ei eps. Si scis eū esse dignū ordino ego et illum. Rn̄dit abbas mutues. Si quidem dignus sit: nescio. vnū aūt scio: q2 melior me est Ordinauit autē ꝛ illū. Utriq̨ tamen ipsi ita ꝑmanserunt vsq̨ ad finem suū: vt nō ad altare quātū ad oblationē sacrandaꝫ accederēt. Unā dicebat senex. Confido in deū meū q2 non habeo grande iudicium propter hanc ordinationē: q2 oblationē non mihi presumpsi offerre. Nam ordinatio hec illorum est qui sine culpa sunt iusti et immaculati. Ego autem bene me cognosco. §.CLXXIX

Quidam frater beatuꝫ Macharīū postulabat vt ei sermonē diceret: ꝑ quē possꝫ saluari: cui senex ait. Oportet fugere homines ꝛ sedere in cella et ꝑ peccatis iugiter lamētari: ꝛ qđ sup oēs virtutes est tam linguā coercere ꝙ ventrem §.CLXXX

Abbas arsenius duꝫ adhuc secularis in palatio moraretur orauit dn̄m dicens. Dn̄e ostende mihi viam ꝑ quā possiꝫ saluari. ꝛ audiuit vocē dicentem sibi. Arseni fuge hoīes ꝛ saluaberis. Cū ḡ recessisset i solitudinē et eundē sermonē oraret rursus audiuit sibi voceꝫ dicenteꝫ. Arseni fuge: tace: et quiesce. Hec eñ sunt principia salutis. Cū ad eundeꝫ arseniuꝫ Theophilus archieps venisset aliquē ab eo audire sermonē edificatiōis: tūc sanctus Arsenius ait cunctis qui aderāt. Si dixero vobis aliquid custodietis? Quod cum illi gratāter ꝑmisissent addidit ille. Quocūq̨

loco audieritis Arseniũ illuc vlterius ne accedatis. Itẽ cũ eũ vellet archiepiscopus videre misit primo videre si aperiret ei. Et ille remandauit ei dicens. Si solus veneris aperio tibi. Si aũt cũ pluribus vltra hic non sedebit arsenius. Quod cũ audisset eps ceptũ iter distulit ne propter se de loco illo heremita discederet. Venit aliquando idẽ abbas Arsenius in quẽdã locũ: et erat harundinetũ: et motum est vento. Et ait senex ad fratres. Quis est hic mot⁹? Et dicunt ei. Harundines sunt. Dixit ei senex. Vere si quis sedet cũ quiete et audierit vocẽ auis nõ habebit cor eius eandẽ quietẽ: quantomagis vos habẽtes sonũ harũdinũ harum. Dicebãt aũt de eo q: erat cella eius longe milia trigintaduo et nõ exibat cito: sed alij ei faciebãt ministeriũ. Quando aũt in sollitudinẽ redactus est locus qui vocat Scithi exiuit plorans et dicens. Perdidit mũdus romã: et monachi scithiam. §.CLXXXI

Quidam fratres dum linum et Thebaida pgerẽt cõparare dixerunt per occasionẽ beatum videamus arseniũ. Qđ cũ daniel discipulus eius nunciasset pcepit vt pro qua causa illuc aduenissent de alexandria ab eis inquireret. Cũ ergo renunciasset q ppter linũ pgerent cõparandũ. Rñdit arsenius. Ergo faciẽ meã non videbunt q: non propter me sed ppter opus suũ aduenerũt. Vade itaq et susceptis eis fac obsequiũ et dimitte eos dicẽs quia senex non potest vobis occurrere. ¶ Cũ quidam ad eundẽ beatum arseniũ et fratribus aduenisset: volẽs videre eũ pulsauit ostiũ. Abbas aũt arsenius sperans suũ esse discipulum aperuit ei. Sed postq alterum esse conspexerat: mox se i terrã piecit. Illo aũt surgere eum postulante respondit. Non hinc exurgam nisi discesseris. Per multas autẽ horas rogatus a fratre nõ acquieuit donec discederet ille q venerat. ¶ Astiterunt aliquando abbati Arsenio demões in cella sedenti et tribulabant eũ. Superuenerũt autẽ ei fratres qui ei ministrare solebant: stantesq extra cellam audiebãt eũ clamantem ad dñm et dicentem. Domine non me derelinquas quia nihil boni feci coram te: sed presta mihi secundum benignitatem tuam saltẽ modo assumere initia bene viuendi. Cum interrogaret aliquando abbas arsenius quendam senem egyptium de cogitationibus suis. Alius videns eum dixit ei Abba arseni quomõ tu q tanta eruditione in latina et greca lingua edoctus es: rusticum istum de cogitationibus interrogas? Et ille respondit dicens. Latinam quidem et grecam linguam quantum ad seculum pertinet apprehendi: sed alphabetum rustici huius nec dum discere potui. ¶ Senes dicebant: quia dederunt aliquando quidam in scithi fratribus paucas caricas: et quia pauce erant: non trãsmiserunt ex eis abbati arsenio: ne velut iniuriam pateretur. Ille autẽ cum hoc audisset: non est egressus iuxta morem ad collectam cum fratribus dicens. Excommunicastiẽ me: vt non mihi daretis eulogiam quam transmisit dominus fratribus: et qa non fui dignus accipere. Quod cum audissent omnes edificati sunt in humilitate senis. Et vadens presbyter portauit de caricis illis et adduxit eum in congregatione gaudentem. Dicebant autem de eo: quia nemo poterat comprehendere modum conuersationis eius. ¶ Sedente eodem abbate Arsenio aliquando in interioribus egypti: cum illic importunitatẽ pateretur: visum est ei derelinquere cellam: et nihil ex ea tollere secum: et sic profectus est ad discipulos suos paranitas. Alexandrum et Zoilum. Dixit ergo. Tu alexander surgens nauiga. Et zoillo dixit. Veni mecum vsq ad flumen: et quere mihi nauiculam alexandriam nauigantem: et nauiga etiam tu ad fratrem tuum. Zoilus autem turbatus in verbo est et tacuit: et ita diuisi sunt ab inuicem. Descendit autem senex circa partes alexandrie et egrotauit egritudine magna. Discipuli autem eius dixerunt adinuicem. Putas ne aliquis nostrum contristauit senem: et propterea diuisus est a nobis? Et non inueniebant inter se contristationis causam: neq quia aliquando ei inobedientes extiterent. Cumvero sanatus fuisset senex dixit ad seipsum: vadam ad fratres meos. Et ita nauigans venit ad locum qui dicitur petra: vbi erant supradicti ministri eius. Cum vero iuxta flumen esset: puella quedam ethiopissa veniens tetigit peram eius. Senet autem increpabat eam. Illa vero dixit. Si monachus es vade in montẽ. Compunct⁹ autẽ in h verbo Arseni⁹ dicebat ad seipsum. Arseni si monachus es vade in montem. Et inter hec occurrerunt ei Alexander et zoilus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius: proiecit se etiam senex in terram: et flebãt simul. Dixit aũt senex. Nõ audistis: quia egrotaui? et dixerunt ei. Etiam audiuimus:

et ille defit. Quare non venistis videre me? Et dixit ei Alexāder quia diuisio tua a nobis acceptabilis non fuit. q̄m et multi ex ea cōtristati sunt dicentes. Nisi inobedientes fuissēt seni nequaq̄ se separassz ab eis. Et dicit eis senex: et ego cognoui: q̄ hoc diceref. Sz et iterū dicturi sunt hoīes: q̄ nō inueniens colūba requiē pedib⁹ suis reuersa ē ad noe in archā. In hoc igitur verbo curati sunt animi discipulor̄ ei⁹: et permanserunt cū eo vsq̄ ad vltimū vite ipsius tempus. §.CLXXXII.

Abbas Besarium dum ambularet cum discipulo suo p heremū: venerūt ad quādā spelūcā: et ingressi ibi inuenerūt fratrē sedentē: et funiculuz operantē: qui neq̄ respexit eos: neq̄ salutauit: neq̄ aliquid locut⁹ ē eis. Dixit ḡ eis abbas Besariō: eamus hinc q̄ hic senex nō vult loqui nobiscū. Et profecti sunt ad abbatē iohānē. Cū aūt reuerterenf ad eandē spelūcā dicit abbas Besariō. Ingrediamur iter̄ ad hūc frēm: si forte vel modo persuadeat illi deus: vt loquaf nobiscū. Et cum ingressi fuissent inuenerūt corp⁹ tatūmō mortuū: et dixit discipulo suo. Ueni frater componamus illud: q̄ propter eū huc nos dn̄s transmisit. Cū aūt sepelirent inuenerunt: q̄ mulier eēt: et admirati sunt et dixerunt. Queadmodū et mulieres colluctāf et vincunt demonia. Et glorificantes deum qui est omnium ꝓtector: recesserunt inde. §.CLXXXIII.

Beatus macharius aliquando narrabat dicens. Uenerunt ad me quondā duo iuuenes: et vnus quidā iā pleno: alter adhuc incipiēte barbitio. Qui cū ignorantes me ip̄m interrogarēt: vbi esset abbatis cella Macharij: atq̄ me scrutātē: cur eū req̄rerent: opa eius inquiunt magna et virā preconabilē cognoscētes: eū videre summo desiderio festinamus. Cūq̄ ego meipsū esse quē quererent ꝓfiterer: mox meis pedibus prouoluti: vt illos mecū habitare pmitterem postulabant. Quos cum viderē velut diuitiarum opulentia delicatos: non posse mecum illic residere respondi. Et si hic inquiunt tecum manere non possumus alio tamen loco nos proficisci definita semel sententia mentis impellit. Quo ego audito cepi intra meipsum ita reputare. Si hinc illos abegero scandalum patientur. Cuz enim labor ipse compellat eos hinc fugere: cur de mea murmurent voluntate: tunc dixi illis. Uenite ꝯstruite vobis cellas si potestis. At illi locū sibi tātūmodo demōstrari poscebant. Quibus ego alueolū cuz secure et sacco pleno panibus cū modico sale contradidi: petrā durissimā ostēdi: qua incisa habitaculum sibi prepararent: qd̄ lignis de palude allatis cōtegerēt. Arbitrabar aūt ego ꝓ iniuncto sibi hoc labore discedere. At illi interrogauerunt me: q̄d illic alij fratres solerēt operari. Respondi ego funiculum. Et sublatis folijs palmarū ꝑncipiū illius texture ostendi: vel sportellas facere: quas ministratorib⁹ ꝓ pane recipiendo dare cōmonui: et ita discessi. Illi vero cū summa patiētia: que a me fuerunt impata fecerūt: ac p tres ānos ad me nullatenus accesserunt. Et q̄ alij fratres de longinquis regionib⁹ veniebāt ad me: illi vero nec aliquid requirerent: nec ad illos accederem: non leuiter admirabar: vidēs eos in ecclesia tantum oblationem cum silentio et oratione percipere. Desiderans ergo scire conuersationem eor̄. hebdomada integra ieiunans: rogaui dominū: vt mihi opera eorū dignaretur ostendere. Et post hoc ꝓfectus ad eos pulsaui hostium. Quo apto tacentes adorauerunt me vterq̄. Et postq̄ facta ex more orōne consedi: ille maior innuit minori et egressus est foras. Sedebat autē ipse funiculū torquens nihil loquens omnino. Hora vero nona pulsat ostium ad quem apto minor ingressus est. Et maiore iter̄ innuente egressus cibū quo reficeremur excoxit: eodēq̄ nutu iussus mēsam cum parimacijs trib⁹ apposuit: tacēsq̄ stetit. Quibus ego dixi. Surgite comedam⁹. Quo facto allato vasculo quo aquam solebāt portare potauimus. Ablata autē mensa cum vespe rasceret dicunt ei. Discedis? At ego illic me velle requiescere respōdi. Mattam ergo mihi in vno angulo collocauerunt et ipsi in altero angulo quasi q̄eturi: et zonas suas et analabios posuerunt. Cū autem q̄si ad dormiendū se prepararent: iter̄ ego rogaui dn̄z: vt mihi eoruz opera declararet: et ecce dissipato tecto lux clara cellulam quasi medius dies impleuit: quā tn̄ illi non senserūt. Sed postq̄ arbitrati sunt me dormire surgentes cinxerūt se: atq̄ ad celuz manus extenderunt. Quos quidem ego quid facerē intuebar. Illi vero me videre nō poterāt: et ecce vidi tanq̄ muscas demones venientes: et in illius minoris ore atq̄ oculis residere volentes: sed angelus dn̄i romphea ignis armat⁹: tam illū circum

dabat q̄ demones abigebat. Ad maiorē autē ꝓpe accedere non audebant. Diluculo vero ſe in eodē ſtratu ꝓiecerunt: ⁊ ego velut experge factus exurgo. Quod cū ⁊ illi ita feciſſet. Ille maior hunc mihi ſermonē locutus eſt. Vis pater duodecim pſalmos cantemus. Ac me cō ſentiente. Ille minor frater quinq; pſalmos cum ſex verſibus decantauit: ⁊ vnū alleluya. ⁊ per ſingulos verſus fax ignis egreſſa aſcēdebat ad celū. Itē ⁊ maior cum decantaret quotiens labia deducebat ad pſallendum: velut funiculum ignis de ore eius ad celum tendebatur. Poſtq; vero ego aliquantulum decantaui: egrediens vt ꝓ me dignarentur orare expetiui. Illi vero tacentes meis ſunt pedib⁹ ꝓuoluti. et cognoui q̄m quidē maior eēt ꝑfect⁹ in timore dei minorē vero adhuc demonis impugnarent. Poſt paucos vero dies maior frater eſt in pace receptus: tertio die etiā mior eſt deum aſſecutus §.CLXXXIIII

Abbas Moyſes commonebat fratres dicēs. Quattuor ſunt mōacho p̄cipalia obſeruanda. i. tacendi: ſeruandi mādata dei: humiliandi ſemetipſū: ⁊ anguſtia paupertatis. Oportet ergo monachū: vt ſemper lugeat: ſemper ſuoꝝ ſit memor peccatorum: et omni hora ponat ſibi mortem ante oculos ſuos. §.CLXXXV.

Sancti patres congregati ꝓphetauerunt de vltima gn̄atione. ex quibus vnus precipu⁹ noīe Iſquirio dixit. Nos q̄dē adhuc mandata dei implemus. Interrogauerūt eū alij patres dicētes. Quid hi: q̄ poſt nos futuri ſunt: At ille reſpōdens dixit. Media forte complebunt mandata dei: et eternū req̄rent deū. Dixeruntq; ſancti patres. Poſt hos autē qui veniunt: q̄d facturi ſunt: R̄ndens dixit. Homies generationis illius mandatoꝝ dei opera nō habebūt: ⁊ precepta dei obliuiſcent̄. Supabundabit autem tunc iniquitas ⁊ refrigeſcet caritas multoꝝ. Veniet vero ſuper eos tēptatio. Et qui inuenti fuerint in illa tēptatione ꝓbati ⁊ nobis et patrib⁹ noſtris meliores exiſtūt ⁊ feliciores ⁊ ꝓbabliores. §.CLXXXVI

Quidam frater abbatem requiſiuit Agathonē dicens. volo pater manere in ꝯgregatione cū fratribus. dic mihi quō habitē cū eis. r̄ndit ei ſenex. obſerua hoc ꝑ oībus. vt qualis primo die ingrediaris apud ipſos tales ēt reliquos dies peragas cum humilitate. §.CLXXXVII.

Quodam tempore mazices cū ſuperueniſſent in ſcithi: ⁊ multos ex patribus interfeciſſent abba Poemen cū alio abbate ſeniore ſibi noīe nub: ⁊ cū alijs quinq; patribus fugiens inde: venit in locū terenitudinis et inuenerūt ibi tēplū quoddā deſertū: manſerunt ibi ſeptē dies: donec cognoſcerēt vbi māſurus eſſet vnuſquiſq; in egypto. Dicit ḡ eis abbas nub q̄ erat ſenior. Septiana hac vnuſquiſq; maneat apud ſe: ⁊ cū altero nō loquat̄. Cum aūt ſic facerēt erat in tēplo illo ſtatua cuiuſdam idoli. Abba ergo nub exurgens mane lapidabat eam: ⁊ veſpere veniens dicebat ad eā. Peccaui indulge mihi: ⁊ per totā ſeptimanā ſimiliter fecit. die aūt ſabbati cum pariter cōueniſſent dicit ei abba Poemen. Quid voluiſti hac tota facere ſeptimana vt homo fidelis idolo diceres indulge mihi. Dicit ei ſenex. Hec ergo ꝓpter vos feci: dicite mihi nūquid hoc idolū quādo lapidabam locutū ē aliquid aut iratū. Et iteꝝ quādo indulgentiā petebam: nunquid exaltauit ſe: aut gloriatū eſt. Cui abba Poemen reſpondit. nō vtiq;. Tunc ſenex dixit: fratres ecce ſumus ſeptē: ſi vultis ergo vt pariter maneamus: ſit idolū iſtud nobis exēplū nequādo iniuriatus aliquis iraſcatur nec quando ab eo venia petitur glorietur vel extollat̄. Sin aūt non ita vultis vnuſq̄ſq; vbi vult pergat. At illi ꝓijcientes ſe in terram ſpoponderunt ſe ita facturos: ⁊ ſic ꝑmanſerūt per multos annos cū multa humilitate ⁊ patiētia. Quattuor horis dormiebant in nocte: ⁊ quattuor pſallebāt ⁊ q̄ttuor opabantur: deinde vſq; ad nonā legebant ſcidentes folia palmaꝝ: ⁊ poſt hoc victū ſibi ꝑparabāt: colligentes q̄ſdā herbas terre. §.CLXXXIII.

Fuerunt et alii ſeptem ſimiliter probatiſſimi viri qui in ea heremo que ſarracenis cōtigue eſt habitabāt: cellulis quidem haud longe a ſe diuiſis: ſed ſpūs vinculo caritatis cōnexi quoꝝ vn⁹ vocabatur petrus: ali⁹ ſtephanus: tertius ioannes: quartus georgius: quintus theodorus: ſextus felix: ſeptim⁹ laurus. Hi ergo in ſterili ac vaſtiſſima ſolitudīe et pene hoībus inhabitabili commorantes ſemel ſibi in ſeptimana videndos ſe prebebant Sabbatoꝝ nāq; die hora diei nona conueniebant ſinguli de locis ſuis ad locū ſibi cōdictū: deferentes vnuſquiſq; ſi quid inuenire pote-

Abbas Johannes dicebat. Similis debet esse monachus homini sedenti sub arbore grandi: qui respiciens feras diversus et serpentes venientes ad se cum non potuerit eis resistere subit in arborem et salvatur. Ita et monachus sedeat in cella sua: et respiciēs pravas cogitatiōes: iaculationesque venientes super se: cū nō potuerit eis resistere: confugiat per orationem ad dominum: cui omnia possibilia sunt et salvabitur. Item dixit similis debet esse monachus homini habenti a sinistra ignem: et a dextra aquam: ut quotiens succensus fuerit ignis tollat de aqua et extinguat illū. Sic opz et monachū facere omni hora: ut quando cogitatio turpis succensa fuerit ab inimico: tunc aquam. i. orōnes cōtinuas effundat et extinguat illam. §.CXCVII

Abbas zenon dum esset in scithi: egressus est nocte de cella sua ambulare p heremum. Et factum est dum longius processisset erravit: tres noctes diesque ambulans: et cecidit fatigatus usque ad mortem. Et ecce stetit ante eum infans habens in manu sua panem: et dixit ei exurge et comede. At ille exurgens oravit: timuit enim fantasiam esse. Cui īfans dixit. bñ fecisti qꝫ orasti: modo ꝗ surge et comede cui abba zenōñ acqeuit nisi scdo ac tertio orasset. Et cum ille laudaret: quia orabat. Iam tunc surrexit et comedit: post hec dicit ei infans quantum tempus ambulasti: tantum longe es a cella tua. Sed surge sequere me: et mox inventus est ante cellam suam. Dixit ergo ei senex. Ingredere in cellam meam et fac orationem. Et ingresso sene in cellam suam ille nō cōparuit. §.CXCVIII

Abbas daniel referebat de beato Arsenio: eo qꝫ sabbatorum die vespere solem relucentem post dorsum suum dimittebat in oratione persistens extendensque ad celum manus nō desistebat orare nisi iterū sequēti die sol surgens oculos eius implesset. Ceteras autem noctes pervigiles ducebat et ppe diluculo cum vellet parum pro natura fragilitate ꝗ escere: dicebat somno. veni male serve. et mox claudens oculos ꝗescere pauxsōni sedēdo surripiebat et statim exurgebat. §.CXCIX

Venerunt aliquādo ad abbatem Luciū in ennatu 3 monachi ꝗ dicebantur euchiti. hoc est orātes. Et iterrogabat eos senex dicēs. Quid ē op⁹ manuū vestrarū? Et illi dixerūt: nō ptingimus aliqḋ op⁹ manuū: sed sicut dixit apl's sine itermissiōe oram⁹: dixit eis senex: et nō māducatis? Illi aūt dixerūt: etiā māducamus: et dixit ei senex. Qñ ergo comeditis ꝗs orabit p vobis? Et iterū interrogauit eos dicēs. Nō dormitis? Et dixerunt dormimus: et dixit senex. Et cū dormitis ꝗs pro vobis orat? et nō īuenerūt ad hec ꝗd rñderent illi. Et dixit senex. Ignoscite mihi fratres: qꝛ nō facitis sicut dixistis. Ego aūt ostēdo vobis: qꝛ opans manib⁹ meis sine itermissione oro. Sedeo eñ ī mūāte deo infundens mihi paucas palmulas: et facio ex eis plectas et dico. Miserere mei de⁹ scđm magnam misericordiā tuā: et scđm multitudinē miserationum tuarū dele iniqtatē meā. Et dixit eis orō est an non? Et dixerūt: ēt. Et dixit iterū. Qñ pmaneo tota die laborans et orās facio plus minus ꝗndecim nūmos: et pono ex eis ad ostium duos: et residuū māduco: et ꝗ accepit illos duos denarios: orat p me tpe quo ego māduco vel dormio. Atque ita p gratiā dei impletur mihi quod scriptum est. Sine intermissione orate. §.CC.

Abbas Macharius dum semel de scithi portās sportellas ꝗs texerat graderet: vie laboris ōfessus resedit et dixit. De⁹ tu scis: qꝛ ampli⁹ nō valeo āmbulare: et mox inuent⁹ est ad fluviū. unde adhuc multū aberat intervallū itineris. §.CCI.

Abbas āmon veniens in deserto ad quedā locū haurire aquā vidit basiliscū: et iactās se in faciē suā dixit. Dñe aut ego morītur⁹ sum: aut ista bestia. Mox basilisc⁹ p virtutē dei dissipat⁹ est. §.CCII.

Abbatis besariōis discipul⁹ nomie dul⁹: cū ꝗdā die cū ipo piter iuxta litt⁹ maris āmbularet: ptigit eū multū sitire: et dixit seni. Sitis me macerare pr̄. At beat⁹ Besarion: facta orōne iussit eū aquā de mari tollere et bibere. Qđ cū fecisset et dulcissimā aquā repisset vasellū qđ secū portauit: īpleuit. Qđ cū vidisset abbas Besariō: dixit ad eū. Quare implesti vas aq̄ fili? At ille dixit. Indulge mihi pr̄ tīeo ne forte in añ sitiā. Cui senex dixit. Indulgeat tibi dñs fili: qꝛ et ubique de⁹ est: et pōt tibi dulcē aquā pstare. §.CCIII.

Senex quidam narrauit qꝫ

aliquis frater cum conuerti voluisset. et ꝓhi/
beretur a matre sua ipse nō acquiescebat ab in
tentione sua dicens. Saluare volo animā me
am. Illa vero multū renitens: cum desideriū
eius impedire nō posse: postea permisit. Abi/
ens autē factus est monach⁹ sub negligētia vi
tam suam expendās. Cōtigit autē vt mr̄ ipsi⁹
moreret͂ et post tp̄s aliqd̄ ⁊ ipse infirmat⁹ ē in
firmitate magna. Et cū fact⁹ fuisset in excessu
mentis venit ad iudiciū et inuenit matrē suā
cū his qui in pena iudicabātur. Illa aūt vt vi
dit eū obstupuit et dixit. Quid ē hoc fili. Et tu
in hūc locū deductus es cōdēnādus: vbi sunt
sermones tui quos loquebaris dicēdo. Salua
re volo aiam meā. Cōfusus aūt in his q̄ audie
rat ipe dolore stupidus fact⁹ ē: ⁊ stabat nō ha/
bēs quid matri sue responderet. Iuxta dispē/
sationē aūt misericordis dei: postea q̄ hec vi/
dit cōtigit vt repararet et euaderet ab infirmi
tate: ⁊ cogitās apd̄ se diuinit⁹ sctām eē huius/
modi visionē: includens se de cetero sedebat ⁊
cogitabat de salute sua. penitens ⁊ plorans de
his que egeret sub negligētia prius. Tāta aūt
erat ei intentio vt multi eū rogarēt indulgere
sibi paululū ne forte lesionē aliquē pateret͂ de
fletu: quē supra modū sibi inducebat. Ille tūc
nullo mō cōsolari volebat dicens. Si ip̄ope/
riū matris mee sustinere nō potui: quō xp̄i et
sanctoꝝ angeloꝝ eius aduersū me confusionē
potero in die iudicij sustinere. §. CCIIII.

Quidā frater sedebāt in egy
pto: in magna hūilitate precipuus: ⁊ habebat
sororē in ciuitate meretricē: q̄ multis aīabus
perditio fuerat. Frequenter em̄ insultabāt se
nes fratri illi: ⁊ vix potuerunt eū psuadere: vt
veniret ad eā: quaten⁹ p amonitionē eius pos
set pctm̄ qd̄ per eā fiebat reuincere. Cū autē
veniret ad locū: quidā ex notis videns preces
sit ⁊ nunciauit illi dicens. Ecce frater tuus ve
nit ad te. Illa autē pre gaudio relictis amato/
ribus suis quibus ministrare cōsueuerat capi
te discooperto ad occurrendū fratri egressa ē.
Dū ergo tentaret eū cōplecti dixit ei. Soror
mea karissima parce aīe tue quō multi ꝑpter
te pereūt: et queādmodū poteris sufferre ama
ra illa et eterna tormēta? Illa aūt cōtremiscēs
dixit ad eū. Scis frater q͂ mihi est salus vlla
an non? Cui ille dixit. Si volueris est tibi ad
huc salus. Illa autem iactans se ad pedes fra
tris sui petebat vt eam secum deduceret in de
sertum. Cui frater dixit. Vade operi caput
tuum et sequere me. Cui illa. Eamus: oportet
enim me inter homines deformari nudo capi
te ambulantem: q̄ in officinā peccati mei ite
rum ingredi. Dum autem pariter ambularent
monebat eam ad penitentiam. Videns autē
quia quidam obuiarent sibi dicit ei. Quoniam
nec dum omnes sciunt q̄ soror mea es: recede
parū de via donec transeant. Et posttransgres
sos illos vocat eam. Eamus soror viam nostrā
Illa autem non respondēte: perquirans inue/
nit eam mortuam: et vestigia pedū eius plena
sanguine. Erat enim discalciata. Cum autem
senibus renunciasset factum contendebant in
ter se de saluatione eius Manifestauit autem
deus vni seni de ipsa: eo q̄ nulla ille cura fuit
in itinere de corporali vsu: sed vulnus proprīū
contemnens: et in tam grandi perditione sua
suspirans. idō pre deuotione cordis eius susce
pit deus penitentiā eius. §. CCV.

Quodam tēpore cum beat⁹
Antoni⁹ a sctō athanasio alexandrie episcopo
propter confutationē hereticorum in vrbe eēt
adduct⁹ prexit ad eū didim⁹ vir eruditissim⁹
captus oculis. Cūq̄ multa de scripturis sctis
loquerentur inter ceteras sermocinationes:
quas de sanctis voluminibus habebant: cum
Antonius miraretur ingenium ei⁹ et acumen
animi eius collaudaret: scicitans ait ad eum.
Non tristis es q̄ oculis carneis careas? Et cū
ille pudore reticeret: secundo tertioq̄ eum in
terrogans Antonius tendens elicuit vt mero
rem animi simpliciter fateretur. Cui antoni⁹
ait. Miror prudentem virum eius rei dolere
damnū: quam formice ⁊ musce ⁊ culices ha/
bent: et nō poti⁹ letari illius possessione: quā
sctī et apostoli meruerunt. Melius enim mul
to ē spū videre q̄ carne: ⁊ illos oculos posside
re: in quos pctī festuca nō possit incidere: q̄ il
los qui solo visu per cōcupiscentiā possunt ho
minē in interitū gehēne mittere. §. CCVI.

Quidam frater ex nitria par
cior magisq̄ auarior: et nesciens triginta ar/
genteis dominum iesum venditum: centum so
lidos: quos ligna texendo colligerat moriens
dereliquit. Initū est autem consiliū inter mo
nachos. (Nam in eodē loco circuiter quinq̄
milia diuisis cellulis habitabant) quid facto
opus esset. Alij pauperibus distribuēdos eē
censebant: alij dādos ecclesie: nōnulli parētib⁹
ei⁹ remittendos. Macharius vō ⁊ Pambo et
Isidorus et ceteri seniores p̄res sancto in eis

loquente spiritu decreuerunt infodientes eũ cũ dño suo dicentes. Pecunia tua tecũ sit in ꝑditione. Ne hoc crudeliter quisqȝ putet factũ: tantus error: et pauor per totaȝ egyptum cunctos monachos inuasit: vt vnũ solidum dimisisse grandis apud eos sit criminis. §. CCVII.

Erat quidaȝ adolescens grecus in egypto constitutus in cenobio: qui nulla continentia: nulla operis magnitudine flammas poterat carnis extinguere. Cumqȝ ad patrem monasterij hec eius tentatio fuisset plata hec ille ex arte seruauit. Imperauit cuidaȝ virgo graui et aspero: vt virgis atqȝ conuitijs insectarentur adolescentem: et post irrogatã iniuriam primus veniret ad querimoniã. Cũqȝ imperata sibi perficeret: insuper vocati testes pro eo loquebantur. qui cõtumeliam adolescenti fecerat. At ille cepit flere contra mendatium quottidie gemens: quottidie lachrymas fundans sedebat solus: quia amaritudine repletus erat: omniqȝ auxilio destitutus ad iesu pedes iacebat. Quid multa? Ita totus annus deductus est. Quo expleto interrogat⁹ adolescens super cogitationibus pristinis: an adhuc molestie aliquid sustineret: respõdens dixit. Pape viuere mihi nõ licet: quemadmodũ fornicari libet? Ita ergo hac arte spirituali patre procurante adolescens superata libidĩe saluatus est.

¶ Finit liber adhortationum patrum.

¶ Incipit libellus de profectu patrum.

Interrogauit quidam frater abbatem antonium dicẽs. Quomodo placebo domino? Respondens senex dixit. Que mando tibi custodi. Quocunqȝ vadis deum semper habe pre oculis: et in his que agis testificationem sanctarum scripturarum adhibe: et in quocunqȝ loco sederis nõ cito inde mouearis. Hec tria custodi et saluus eris. Interrogauit abbas Pãbo abbatem Antonium dicens. Quid faciam Respondit ei senex. Noli eẽ in iusticia tua cõfidens: neqȝ peniteas de re transacta: et continens esto lingue tue et ventris. ¶ Dixit sanctus Gregorius: ꝙ tria exigit deus ab omni homine qui est baptismum consecutus: videlȝ fidem rectam ex tota anima: veritate lingue: continentiam et castitatem corporis. ¶ Dixit abbas euagrius: quia dicebant quidem patrũ ꝙ siccior et non inequalis victus charitati cõiunctus: citius introducat monachum in portum impassibilitatis. Iterũ dixit. Nũciata est cuidã mõacho mors prĩs sui. Et ille ait ad eũ qui nunciabat. Desine inquit blasphemare. Deus enim pater immortalis est. ¶ Dixit abbas Machari⁹ abbati Zacharie. Dic mihi qđ est opus monachi? Dixit ei. Me interrogas pater. Et dixit ei abbas macharius. Certus sum de te fili Zacharia est enim quod me pulsat vt interrogeȝ te. Dixit ei Zacharias. Quãtũ est ad me pater hoc puto: quoniaȝ quicunqȝ semetipsum necessitatibus subiecerit atqȝ coegerit ipse est monachus. ¶ Dicebant de abbate Theodoro cui prenomen ẽ firme: quia hec tria capitula haberet supra multa: id est nihil possidendi: abstinendi: homines fugiendi. ¶ Dixit abbas Iohannes nanus. Ego volo hominem ex omnibus virtutibus percipere. Itaqȝ per singulos dies surgens mane de omni virtute sume principium et mandata custodi in magna patientia cum timore et longanimitate: in charitate dei cum bono proposito anime et corporis ⁊ humilitate multa: in patientia ⁊ tribulatione cordis et obseruatione: in orõne multa et supplicationibus cum gemitibus: in puritate et munditie lingue: ⁊ custodia oculorum: in iniuria patiens et non irascens: pacificus et non reddens malum pro malo: non attendens ad inuidiam aliorum neqȝ temetipsũ exaltãs: sed esto subdit⁹ et humilior omni creature: renunciando omni materie corporali: ⁊ his que ſm carneȝ sunt in cruciatu in certamine: in humilitate spiritus: in bona voluntate et abstinentia spirituali: in ieiunio: in penitentia: in fletu: in certamine pugne: in discretione iudicij: in charitate anime: in ꝑceptiõe boni cũ quiete: in opere manuum tuarũ: in nocturnis vigilijs: in fame et siti: in frigore ⁊ nuditate: in laboribus: includens te in sepulchro tanqȝ iam mortuus: vt videatur tibi esse proxima mors omni die. ¶ Dixit abbas Ioseph thebeus. Quia tres ordines sunt honorabiles in conspectu domini. Primus qñ hõ infirmatur ⁊ adijciunt ei tentationes: et cum grãꝝ actione suscipit eas. Secundus autem est: qñ aliquis oĩa sua opera facit mũda coram domino nihil habens humanum. Tertius vero ẽ quãdo aliquis sedet in subiectione preceptis patris spiritualis: et omnibus proprijs renunciat voluptatibus. ¶ Narrauit abbas cassianus de quodam Iohanne abbate: qui erat primus congregationis: ꝙ magnus fuerit in vita sua. Hic cum moriturus esset et discessurus

cum hylaritate ⁊ ꝓpositio mētis ad dñm cir-
cunsteterunt eum fratres: rogantes verbum
aliqđ compendiosum: ⁊ salutare loco heredita
tis sibi ab eodem relinqui: ꝑ qđ possent ascen-
dere ad perfectionem: que est in xp̄o. Ille aūt
ingemiscens ait. Nunq̄ feci propriam volun-
tatem: nec aliquem docui quicq̄ quod ego pri
mus ipse non fecerim. ¶ Frater interrogauit
senē dicēs. Que res sic bona est quam faciā vt
viuam in ea? Et dixit senex. Deus solus scit:
quod bonum est: sed tamen audiui: quia inter
rogauit vnus patrum abbatē Nesteronem ma
gnum: qui erat amicus abbatis Antonij. Et
dixit ei. Quid est opus vt faciam? Et respōdit
ei. Non sunt omnia opera equalia. Scriptura
dicit. Quia Abraam hospitalis fuit: et deus e-
rat cum eo. Et Helyas diligebat quietem: et
erat cum eo deus. Et Dauid humilis erat: et
deus erat cum ipso. Quod ergo vides animam
tuam secūdum deū velle hoc fac et custodi cor
tuū. ¶ Dixit abbas pastor. Quia custodiret se
metipsum cōsiderare et discretionem habere:
hec tria operationes monachi sunt. ¶ Frater
quidam interrogauit eum dicens. Quomodo
debet homo conuersari? Respondit ei senex.
Vidimus Danielem quia nō est inuenta in eo
accusatio: nisi de seruitio quod exhibebat deo
suo. ¶ Dixit iterum. Quia paupertas et tribu
latio he sunt operationes solitarie vite. Scri
ptum est enim. Quia si fuerint hi tres viri.
Noe Job et Daniel. Noe personam habet ni-
hil possidentium. Job autem personam tribu
lantium. Daniel vero discernentium. Si ergo
fuerint he tres actiones in nomine deus habi
tat in eo. ¶ Dixit abbas pastor. Quia si duas
res oderit monachus: potest liber esse ab hoc
mūdo. Et dixit frater. Que sunt iste? Et dixit
senex. Carnalem repausationem et vanā glo-
riam. ¶ Dicebant de abbate Pambo: quia in
ipsa hora qua dicebat ex hac vita: dixit astanti
bus sibi sanctis viris. Ex quo veni in hunc
locum solitudinis: et fabricaui michi cellam ⁊
habitaui hic extra laborem manuum mearum
non recolo me comedisse panem: nec penituis
se de sermone: quē locutus sum vsq̄ ad hanc
horam: et sic vado ad dominum: quasi qui nec
initium fecerim seruiendi domino. Dixit ab-
bas Sisoys: esto contemptibilis: et volunta-
tes tuas post tergū: tuū proijce: ⁊ esto liber et
secur9 a secularibus curis: et habebis requiē.
Abbas cames cum esset moriturus dixit fili-
is suis. Nolite habitare cum hereticis: nec
habeatis notitiā iudicū: neq̄ sint manus ve
stre aperte ad aliquid congregādū sed sint ma
gis extense ad tribuendum. ¶ Frater interro-
gauit senem dicēs. Quomodo venit timor dei
in hominem? Et dixit senex. Si habet homo
humilitatem et paupertatem: ⁊ non iudicat al
terum: sic venit in eum timor dei. Dixit se-
nex. Timor et humilitas et egestas victualiū
et planctus in te sint. ¶ Dicebat ergo quidā
senum. Quicquid odio habes: alij ne facias.
Si odis quid tibi male loquitur: neq̄ tu male
loquaris de aliquo. Si odio habes qui tibi ca
lūniam facit: neq̄ tu facias alicui calumniam
Si odio habes qui tibi calumniam dicit aut
iniurijs afficit: aut aufert quod tuum est: aut
aliquid tale facit: tu nihil horum facias cuiq̄
Qui ergo hoc verbum custodire potest: suffi-
cit ei ad salutem. Dixit quidam senex. Vita bo
ni monachi est opera: obedientia meditatio: ⁊
vt non iudicet: aut non loquat̄: aut nō murmu
ret. Scriptū est enim. Qui diligitis dominū
odite malum. Monachi igitur vita hec ē. Nō
ingredi cū iniusto: nec videre oculis suis ma
la neq̄ curiose agere: aut audire aliena: neq̄
manibus rapere: sed manibus tribuere: neq̄
superbire corde: neq̄ cogitatione malignari:
neq̄ ventrem implere: sed cū discretione: om
nia agere: ecce in his est monachus. ¶ Dixit
quidā senex. Roga deū vt det luctum in corde
tuo ⁊ humilitatē ⁊ respice semper in peccatis
tuis et nō iudices alios: sed esto subditus om-
nib9 ⁊ ne habeas amicitias cū muliere: neq̄ cū
puero: neq̄ cū hereticis. Abscide a te fiduciā
⁊ retine ligūā tuā ⁊ vētrē: ⁊ abstine a vino. Et
si aliquis loquit̄ de quacūq̄ cā: noli cōtēdere
cū eo: sꝫ si bene dicit dic ēt: si autē male: dic ei:
tu scis qđ loqueris. Et ne cōtēdas cū eo đ his
q̄ locutus ē: et tunc erit mens tua pacifica.
¶ Finit liber de profectu patrum.
¶ Incipit liber de quiete.

Dixit abbas antonius
Sicut pisces si tardauerint in sic-
co moriūtur: ita et monachi tardā-
tes extra cellā: aut cū viris secula-
ribus immorātes a quietis ꝓposito resoluunt̄
Oportet ergo sicut pisceꝫ a mare: ita et nos ad
cellā recurrere: ne forte foris tardantes obli-
uiscamur interioris custodie. Dixit iterum.
Qui sedet in solitudie: et quiescit a tribus bel
lis eripitur. Idest auditus locutionis ⁊ visus
et contra vnum tantummodo habebit pugnā:

id est cordis. ¶ Abbas arsenius cũ adhuc eẽt in palatio orauit ad dñm dicẽs. Domine dirige me ad salutem. Et venit ei vox dicens. Arseni: fuge homines et saluus eris. Idem ipse descẽdẽs ad monachalẽ vitam: rursum orauit eundẽ ſmonẽ dicẽs. Dñe dirige me ad salutez Audiuitq; vocez dicentem sibi. Arseni fuge: tace quiesce: hec enim sunt radices non peccãdi. Uenit aliquãdo beate memorie theophilus archieps ad abbatẽ Arseniuz cũ quodam iudice: et interrogabat senem archieps volẽs ab eo audire sermones. Paulisp aũt tacens senex postea respondit ad eum dicens: ⁊ si dixero vobis custodietis? Illi aũt ꝓmiserũt se custodire: et dixit ei senex: Ubicunq; audieritis Arsenium appropinquare nolite. ¶ Alia itez vice volens archiepiscopus videre eum: misit primo videre si aperiret senex: et remandauit senex ei dicens. Si venis aperio tibi: sed si tibi aperio omnibus aperio: et tunc vltra hic iã non sedebo. Hec ergo audiens archiepiscop⁹ dixit. Si cũ ꝑsecuturus vado nequaq̃ vadã ad hoĩem scũz. ¶ Uenit aliquãdo abbas Arseni⁹ in quẽdã locum: et erat ibi arundinetum ⁊ motũ ẽ a vẽto: et dixit senex ad fratres. Quid est motus hic. Dicunt ei arundines sunt. Dixit ei senex. Uere si quis sedet cum quiete et audierit vocem auis: non habebit cor eius eandẽ q̇ete: q̃to magis vos habentes sonum harundinũ harum? Dicebãt autem de eo: quia erat cella eius longe in miliaria triginta duo: et non exibat cito: sed faciebant alij ei ministeria. Quando vero in solitudinem redactus est locus qui vocatur scithi exiuit plorans: ⁊ dicẽs: perdidit mundus romam et monachi sithim. Sedente eodem abbate Arsenio aliquãdo in canopo: venit vna matrona virgo de roma valde diues ⁊ timens deum: vt videret eum: et suscepit eã theophilus archiepiscopus. Illa aũt rogauit eũ vt ageret cum senevt videret eum. Qui abiens ad eum rogauit dicens. Aliqua matrona venit de Roma: et vult te videre: senex autem non acquieuit ei. Supradicta aũt matrona audiens hec iussit sterni animalia dicens. Credo in deum: quia videbo eum. Sunt enim et in ciuitate nostra multi homines: sed ego veni solum prophetam hunc videre. Et cũ venisset ad cellam eiusdẽ senis: iuxta dei ordinationẽ inuentus ẽ oportune foras cellam senex: ⁊ vidẽs eum supradicta matrona: prostrauit se ad pedes eius. Ille autẽ leuauit eã cum indignatione: et intuens eaz dixit. Si faciem meam videre vis: ecce vide: illa autem pre verecũdia non considerauit faciem eius: et dixit ei senex. Non audisti opera mea? Me enim videre quid necesse est. Quomodo autem presumpsisti tantam nauigationem assumere. Nescis quia mulier es: et non debes exire quoq̃ An idcirco venisti vt vadas Romam et dicas alijs mulieribus: quia vidi arsenium: et faciãt mare viam mulierum venientium ad me? At illa dixit. Si voluerit me deus reuerti romam nõ permitto aliquam venire huc. Sed ora pro me et memor esto mei semper. Ille autem respondens dixit ei: oro deum vt deleat memoriam tui de corde meo. Que audiẽs hec egressa est turbata: et cum venisset in ciuitatem: pre tristicia febricitare cepit. Et nunciatum est archiepiscopo: quia infirmaretur: et venit ad eã consolandam: interrogans quid haberet. Illa autem dixit ei. Utinam nõ venissez huc. Dixi eiz seni: memor mei esto: dixit mihi. Oro deũ vt deleat memoriã tui de corde meo: et ecce ꝑ tristitia moriar et dixit ei archiepiscopus. Nescis quia mulier es: ⁊ inimicus per mulieres sanctos viros impugnat? Propterea hoc dixit senex. nam ꝓ anima tua semper orat: ⁊ ita curata est mens eius: ⁊ discessit cum gaudio ad ꝓpria. ¶ Dixit abbas euagrius abscinde a te affectiones multoꝝ: ne mẽs tua in perturbatiõe fiat: ⁊ quietis discipet modũ. ¶ Frater quidaz applicuit in scithi ad abbatẽ Moysen: petens ab eo sermonẽ: et dixit ei senex. Uade et sede in cella tua: et cella docebit te vniuersa. ¶ Dixit abbas moyses: homo fugiens homiẽz: similis est vue mature: q̇ aũt cũ hominib⁹ cõuersatur sicut vna acerba erit. ¶ Dixit abbas nylus Impẽforabilis manet a sagittis inimici qui amat q̇etẽ: q̇ aũt mi ſcẽt multitudini: crebra suscipit vulnera. ¶ Dixit abbas pastor. Initium malorum ẽ distendere mẽtem. Dicebat iteruz. Quia bonum est fugere temporalia. Quando eñ homo ẽ iuxta corporale belluz: assimilabit vero stanti supra lacum profundissimum: vt q̃ hora visum fuerit inimico eius: facile eum deorsum impinguat: si aũt a corporalib⁹ longe fuerit: assimilabitur viro longe posito a puteo: ⁊ volens eum inimicus proijcere deorsum: dum eũ violenter trahit deus ei auxilium dirigit. ¶ Dicebat aliquando Abraam discispulus abbatis sisoy ad eum. Pater senuisti: eamus parum per iuxta mundum. Dicit ei abbas sisoys. Ubi non est mulier ibi eamus. Dicit ei discipulus ei⁹. Et vbi est locus nõ hñs mulierẽ:

nisi forte in solitudine? dicit ei senex. ergo in solitudine me tolle. Dixit ei abbatissa matrona: multi in monte positi ea que sunt popularia agentes perierūt. Melius est enī vt cum multis sit ꝛ solitariā vitā agat voluntate: ꝙ cū solus sit eē cū multitudine proposito mentis. Dixit senex: semp dꝫ monachus emere ꝗeteꝫ sibi: vt contennat etiā si corporale contingat euenire dispendiū. Narrauit quidaꝫ senex quia tres studiosi diligentes se facti sunt monachi Et vnus quidē ex eis elegit litigantes in pacē reducere iuxta illud qd scriptū est. Beati pacifici. Secūdus vero visitare infirmos: tertius vero abijt quiescere in solitudinē. prim⁹ ergo laborans ꝓpter lites hominū nō poterat oēs sanare et tedio victus veniebat ad eū qui seruiebat infirmis ꝛ inuenit etiā ipsum animo deficientē: ꝛ non preualentē mandatū perficere: ꝛ concordantes hi duo abierūt videre illuꝫ qui in heremū discesserat narrauerūtꝙ ei tribulationes suas ꝛ rogauerūt vt dissereret eis quid ipse ꝓficeret: ꝛ reticēs paululum mittit aquā in ciphū: ꝛ dixit eis. Attendite in aquaꝫ Et erat turbulenta. Et post modicū dicit. Attendite modo quomodo limpida facta ē aqua. Et cū intendissent in aquā: vident tanꝙ i speculo vultus suos. Et tunc dicit eis. Sic est qui in medio hoīm cōsistit. Pre turba em̄ nō videt pctā sua. Cū aūt quieuerit ꝛ maxime in solitudine: tūc delicta sua cōspiciet.

¶ Finit libellus de quiete

¶ Incipit liber de cōpunctione.

Dicebāt de abbate arsenio qꝛ totuꝫ tp̄s vite sue sedens ad opus manuū suaꝝ: pānū habebat in sinu propter lachrymas: q̄ crebro currebant ex oculis eius. Frater ꝗdaꝫ interrogauit abbatē ammonē dicens. Dic mihi aliquod verbū. Dicit ei senex. Uade ꝛ taleꝫ fac cogitationē tuā: sicut faciunt iniqui q̄ sunt in carcere. Illi em̄ interrogant hoīes vbi est iudex: ꝛ qn̄ venit? Et ipsa expectatione pena rūsuaꝝ plorant ita ꝛ monachus debet semper suspectus esse: ꝛ aīam suam obiurgare dicēdo Ueh mihi quomō astare habeo ante tribunal xp̄i: ꝛ quomodo habeo ei actuuꝫ meorum reddere rōnem. Sic igitur sic semper meditatus fueris poteris salu⁹ eē. Dixit abbas Euagri⁹. Cū sedes in cella collige ad te sensuꝫ tuum: ꝛ memor esto diei mortis ꝛ tūc vide corporis tui mortificationē. Cogita cladeꝫ: suscipe dolorē horreat tibi mundi istius vanitas. esto modestus et sollicitus vt possis semper in eodē qui etis ꝓposito permanere: vt nō infirmaberis. Memorare etiā coruꝫ que in inferno sunt cogita apud teipm̄ quomodo sunt modo ibi anime in ꝙ amaro silentio: aut in quā pessime gemitu: vel in quali metu ac certamine aut i quali expectatione ꝛ dolore: ꝛ sine mitigatione infinite lachryme sunt anime. Sed ꝛ diei resurrectionis nouissime memor esto: ꝛ illud diuinum horrendum atꝙ terribile imaginare externuꝫ iudicium. Adhuc ad medium repositam peccatoribus confusionē quā passuri sūt in conspectu dei et xp̄i eius: ꝛ coram angelis et archāgelis potestatibus ꝛ vniuersis hoīb⁹ Sed et supplicia oīa ignē eternuꝫ: vermē cōscientie imortalem: tartari tenebras ꝛ sup omnia dentium stridores: timores ꝛ tormenta. Adhuc etiaꝫ ad memoriā ꝛ bona que sunt iustis reposita: fiduciā ante deum patreꝫ ꝛ xp̄m eius coram angelis ꝛ archangelis ꝛ potestatibus: atꝙ omni plebe regnuꝫ celoꝝ: ꝛ dona ei⁹ gaudiuꝫ ꝛ requiē. Utrorūꝙ hoꝝ cōmemorationē habe apud te ꝛ super iudicia quidē peccatoꝝ ingemisce plora vestire luctu imagineꝫ metuens: ne tuipse hec incurras: super bona vero iustorum reposita gaude ꝛ exulta ꝛ letare: ꝛ his quidē frui festina ab illis vero effici alienus. Uide ne obliuiscaris aliqn̄ siue itra cellā tuā sis: siue foris alicubi: ꝛ memoriā horū ne abijciat mens tua vt p hec sordidas saltē ꝛ noxias cogitationes possis euadere. ¶ Dixit abbas Helias. Ego tres res timeo: vnam quando egressura est aīa mea de corpore: aliā quando occursus sum deo: tertiam quando aduersum me ꝓferenda fuerit sententia. ¶ Sancte memorie Theophilus archieps̄ cū moriturus esset dixit. Beatus es abba Arseni quia semp hanc horā ante oculos habuisti. ¶ Dicebant patres: quia manducantibus aliquando fratribus in charitate risit vnus fratrū ad mēsam. Et videns eum abbas Joannes fleuit dicens. Quid putatis habet iste frater in corde suo quia risit cū debuisset flere: quia agapen manducat. ¶ Dixit abbas Jacobus: quia sicut lucerna obscurum cubiculum illuminat: ita timor domini si venerit in cor hominis illuminat eum ꝛ docet omnes v irtutes et mandata dei. ¶ Interrogauerunt quidam patrū abbatē Macharīū egyptium dicentes. Quomodo sic et quando manducas et qnādo ieiunas corpus tuum siccum est? Et dixit eis senex: sicut

lignū in manu hominis cū quo fructices in igne versant atq3 reuersantur semp ab igne cōsumunt: ita si homo mūdauerit mētē suā3 in timore dei: ipse timor dei etiā ossa eius consumit. ¶ Miserunt aliqñ senes de monte nytro ad abbatē Macharium in scithi rogantes vt veniret ad eos: alioquin sciret omnē multitudinem: si ipse non veniret ad se esse venturā3: qm̄ desiderarent eum videre: anteq̄ migraret ad dominū. Qui cū venisset ad montē: congregata est omnis multitudo fratrū ad eum. Rogabāt autē senes vt faceret verbū ad fratres. Ille autē lachrymans ait. Ploremꝰ fratres et producāt oculi nostri lachrymas: anteq̄ eamus hic: vbi lachryme nostre corpora nostra comburant. Et fleuerunt omēs et ceciderunt proni in facies suas: dicentes. Pater ora pro nobis. ¶ Preteriens aliquando abbas pastor in egypto: vidit mulierē in monumento sedētem et flentem amare. et dixit. Si veniāt oīa delectabilia mundi huius: non transferunt animum istius a luctu: ita ꝛ monachus semper debet luctū habere in semetipso. ¶ Alia vice transibat cū3 abbate anub in partibꝰ dyolchi: et venientes circa monumenta mortuorū3 vident mulierē nimis cedentē3 se: et flentē amare. Qui stantes intendebant in eam. Paululū autē procedentes: occurrerunt cuidā: ꝛ interrogauit eū abbas pastor dicens. Quid habet mulier ista: q̄ sic plorat amare? Dixit ei mortuus est maritus eius ꝛ filius ꝛ frater. Et respondens abbas pastor: dixit ad fratri anub. Dico tibi: quia nisi homo omnes voluntates carnis sue mortificauerit ꝛ possederit luctū3 hūc non potest monachus fieri. Tota enī3 vita mulieris istius et mens in luctu est. ¶ Dixit ite3 abbas pastor. Luctus duplex est: qui operat: ꝛ qui custodit. ¶ Frater quidam interrogauit eum dicens quid facis? Dixit ei: Quando venit abrahā in terrā3 promissionis: monumentū3 sibi comparauit: ꝛ per sepulchrū terrā3 in hereditatem accepit. Dixit ei frater. Quid est sepulchrū? Et dixit senex. Locus flendi et lugendi. ¶ Sancte memorie Athanasius rogauit abbatem pambo: vt descenderet de heremo in alexandriam. Qui cum descendisset: vidit ibi mulierem Theatricam et lachrymatus est. Interrogatus autem ab his qui aderant quare fuerit lachrymatꝰ: due inquit res me mouerūt. Una de illius perditione. Alia quia ego non habeo tale studiū placendi deo: quale habet ista vt hominibus turpibus placeat. ¶ Abbas Siluanus sedens aliquādo cū fratribus factus est in excessu mētis ꝛ cecidit in faciē suam. et post multū tēporis surgēs plorabat: ꝛ rogauerūt eū fratres dicentes. Quid habes pater? Ille autē tacebat et flebat. Compellantibus autē eū dixit illis. ego ad iudiciū raptꝰ sum: ꝛ vidi multos de habitu nostro euntes a tormēta: ꝛ multos seculares ad regnū celorum: et lugebat senex: et nolebat deinceps exire de cella sua: sed ꝛ si exire cogebat operiebat caputio faciē suā dicēs. Quid necesse est videre lumen istud tēporale in quo nihil ē vtile? ¶ Dixit sancte memorie syncletice. Labor ē et certamē magnum in primis qui cōuertuntur ad dominū nā postea inenarrabile gaudium. Sicut enī qui ignē accendere volūt: prius fumant et ex fumi molestia lachrymant: sic qui obtinent quod volunt. etenī scriptum est: quia deus noster ignis consumens ē. Itaq3 oportꝫ nos diuinum igne3 cū lachrymis atq3 laboribus in nobis ipsis accendere. ¶ Dixit abbas hipericius. Nocte et die labor et monachus vigilans ea non orationibꝰ permanens: pungēs autē cor suū producit lachrymā: ꝛ celitus ꝓuocat miam. ¶ Applicuerunt fratres ad abbatē felicem habentes secum aliquos seculares: et rogauerunt eum vt diceret eis sermonem. Illis autem diutius rogantibus: dixit ad eos. Sermonem vultis audire? Qui dixerunt. Etiam pater. Dixit ergo senex. Modo nō est sermo. Quōdā3 autem interrogabantur seniores ꝛ faciebant fratres que dicebantur ab eis: tribuebat deus quomodo loquerentur. Nunc autem quoniam interrogant quidem: non aute3 faciūt que audiunt: abstulit deus gratiam a senibus: vt non inueniant quid loquantur: quoniam qui operetur nō est. Quod cū audissent fratres: ingemuerūt dicentes. Ora pro nobis pater. ¶ Narrauerunt de abbate Or: ꝛ de abbate theodoro: qr̄ misissent caprinam pellē in cellā suā: ꝛ dixerūt sibijnuicē. Si nos visitauerit deus mō: quid faciem? Et flētes relinquerūt locū ex lateribus: ꝛ sic recesserūt in cellas suas. ¶ Narrauit quidem senex: q̄ aliquis frater cū cōuerti vellet: ꝓhiberetur a matre sua. Ille autē non quiescebat ab intentione sua dicēs. Saluare volo aīam meā. Mater vero eiꝰ multum resistens: ꝛ cū desideriū eius impedire nō posset postea pmisit. Abiēs aute3 filius eius factus ē monachus: ꝛ sub negligentia vitam suā expendit. Contigit aūt vt mr ipsiꝰ moreret: ꝛ post aliq̄ntū tp̄s etia3 ꝛ ipse infirmatꝰ

est infirmitate magna. Et cũ fact⁹ fuisset in excessu mētis rapt⁹ ē ad iudiciũ. et inuenit matrē suā cũ his qui iudicabant. Illa autē vt vidit eum obstupuit ꝛ dixit. Quid est hoc fili: et tu in loco hoc condēpnatus es: Ubi sunt sermões tui: quos loquebaris dicēdo: saluare volo aiam meã. Cõfusus autē in his q̃ audierat ipso dolore stupefactus est: et stabat non habens quid matri sue respondere posset. Iuxta dispensationē autem misericordie dei: postea ꝙ hec vidit contigit vt repararetur: ꝛ euaderet de instanti infirmitate: et cogitans apud se diuinitus factam esse huiusmodi visitationes: includēs se de cetero sedebat ꝛ cogitabat de salute sua penitus: et plorans de his q̃ egerat sub negligentia prius. Tanta autem ei intentio erat: vt multi eũ rogarēt indulgere sibi paululũ: ne forte lesionē aliquā pateretur de fletu: quē supra modũ sibimet indicebat. Ille autem nullo mõ cõsolari volebat dicens. Si improperium matris mee sustinere nõ potui: quomodo xp̄i et sanctorum angelorum ei⁹ aduersũ me cõfusionē potero in die iudicij sustinere: ¶ Dixit quidam senex. Si possibile eēt in aduētu dei post resurrectionē p̄ timore exire aias hominũ: ois mũdus moreretur a terrore atq̃ formidine. Quale est enim videre celos scissos ꝛ deũ reuelatũ cũ ira ꝛ indignatiõe ꝛ militias innumerabiles angelorꝫ: ꝛ totum simul hominũ genus intendere. Propter quod sic debem⁹ viuere: vtpote: qui de singulis motibus nostris rationem exigendi sumus a deo ¶ Frater interrogauit senem dicens: vnde est abba cor meũ durum: ꝛ non timet deum: Dixit ei senex. Puto si homo teneat in corde suo increpationem possideat timorē. Dicit ei frater. Quid est increpatio: Dixit ei senex. Ut in omni re increpet homo animã suam. Dicēdo ei. Memor esto: q: oportet te occurrere deo. Dic aũt ꝛ hoc. Quid volo ego cũ homine: Existimo autē: q: si quis in his p̄manet veniat ei timor dei. Uidit senex quendam ridētem: et dicit ei. Coram celo ꝛ terra rationē totius vite nr̄e reddituri sumus ꝛ tu rides. Quēadmodum vmbram corporum nostrorꝫ vbicunq̃ nobiscum circunferētes: sic debemus fletuꝫ ꝛ cõpũctionē nobiscum habere vbicunq̃ sumus. ¶ Frater quidā interrogauit seneꝫ dicēs. Abba dic mihi aliqđ verbũ. Dicit ei senex. Qñ ꝑcussit deus egyptũ: nõ erat dom⁹ nõ habēs luctum. ¶ Frater interrogauit alium senē dicēs Quid facio. Dicit ei senex. Flere debem⁹ semper. Cõtigit enī quendā senum mori aliqñ: et post multā horā iterũ in semetipsũ reuerti: ꝛ interrogauimus eum dicentes. Quid vidisti ibi abba. Et narrauit nobis plorans et dicēs. Audiui ibi vocē lugubrē sine cessatione dicenteꝫ Uhe mihi: vhe mihi: vhe mihi. Sic ꝛ nos semper dicere debem⁹. ¶ Interrogauit frater quēdam senē dicēs. Qm̄ desiderat aia mea lachrymas: sicut audio senes lachrymātes ꝛ nõ inuenio: ꝛ tribulat aia mea: ꝛ dixit ei senex. Filij israel post quadraginta annos intrauerunt in terram promissionis. Lachryme ergo sunt terra repromissionis: ad quas si perueneris iam non timebis bellum. Ita enim vult deus affligi animam: vt semper desideret ingredi terram illam.

¶ Finit libellus de compunctione.

¶ Incipit liber de continentia.

Fratres aliqui volentes venire ad abbatem Antoniũ de loco scithi: ingressi sunt nauē vt irēt ad eum. Et inuenerunt in ipsa naue senem qui ꝛ ipse ad Antonium ire volebat. Ignorabant auteꝫ eum fratres ꝛ sedentes in naui loquebantur sermones patrum: ꝛ de scripturis: et rursus de opere manuũ suarum: ille autem senex: per omnia tacebat. Cum autē venisset ad eum: dicit ei abbas Antonius. Bonum comitem itineris inuenistis senem hunc Dixit autem et seni. Bonos fratres inuenisti tecum abba. Dicit ei senex. Boni sunt quideꝫ sed habitatio eorꝫ non habet ianuam. Quicunq̃ intrat in stabulum: soluit asinum. Hoc autem dicebat: quia quodcunq̃ eis ascendebat in os loquebantur. ¶ Dicebat abbas Daniel de abbate arsenio: ꝙ totam noctem vigilans pertransierit: tota enim nocte vigilabat. Et quando volebat circa mane propter istam naturam dormire dicebat somno. Ueni serue male. Et surripiebat parum somni sedēdo: ꝛ statim surgebat. ¶ Dicebat abbas arsenius Sufficit monacho si dormit vnam horā: si tñ est pugnator Dicebat de eo abbas Daniel Quia tantos annos mansit nobiscum: ꝛ mensuram paruam victus dabamus ei in anno: ꝛ quotiens veniebamus etinde comedebamus et nos. ¶ Dixit iterum. Q: nisi semel in anno non mutabat aquā palmarꝫ: sed tantũ adijciebat: faciebatq̃ flectā de ipsis palmis et consuebat vsq̃ ad sextā ho

ram interrogauerunt q eum seniores cur non mutaret et aquam palmarū: que ferebat. et dixit eis. Pro thimiamate et vnguentorum odoribus: quibus in seculo vsus sum: opus est vti me fetore isto. Iterū quando audiuit q maturasset omne genus pomorū: dixit. Afferte mihi et gustauit semel tantū paruz et omnibus grās agens deo. ¶ Dicebant de abbate agathone. Quia per triennium lapidē in ore suo tenebat: donec taciturnitatem disceret. ¶ Aliquando iter agebat abbas Agathon cuz discipulis suis: et inueniens vnus ex eis paruissimū fasciculum cicercule viridis in via dicit seni. Pater si iubes tollo illud. Intendit vero senex: et admirans dixit. Tu illud ibi posuisti? Respondit ei ille frater. Non. Et dixit senex. Quomodo vis tollere quod non posuisti? ¶ Venit aliquando quidam senum ad abbatem Achillem et vidit eum iactantem sanguinem de ore suo et interrogauit eum dicēs. Quid est hoc pater? Et dixit senex. Sermo est fratris cuiusdam qui me contristauit et omnino conatus sum cōseruare illud apud me: et deprecatus sum deū vt auferretur a me: et factus est sermo ille sanguis in ore meo: et expuo illū: et requiem inueni: et dolorem illū oblitus sum. ¶ Venit aliqñ abbas Achilles in cellā abbatis Esaie in locū scithi: et inuenit eum comedētē. Miserat em̄ in cathinulo salem et aquam: videns autē quia abscondit illum post flectas de palmis dicit illi. Quid manducabas? Ille respondit. Ignosce mihi abba: quia palmas incidebam et ascēdi in cauma: et propterea intinxi modo bucellam in sal: et misi in ore meo: et exaruerunt fauces mee. Et quia non descēdebat bucella quā in ore meo miserā: propterea cōpulsus sum super fundere modicū aque in sal: vt vel sic possem glutire: sed ignosce mihi. Et dicebat abbas Achilles: venite et videte esaiam iuscellū comedentem in scithi: Si vis manducare ius vade in egyptum. ¶ Dicebant de abbate amoy quia egrotaret: et in lecto pluribus annis decumbens nunq̄ relaxauit animum suum vt intenderet interiora celle sue: et videret quid haberet. Multa enim deferebantur ei velut infirmo: sed introeunte discipulo suo iohanne et exeunte claudebat oculos suos ne videret q̄d faciebat: sciebat enim quia fidelis monachus esset. ¶ Dixit abbas Benyamin qui erat presbyter in cellis: quia applicuisset fratres in scithi ad quendam senē: et voluissent ei dare modicum olei: et ille eis dixit. Ecce ibi iacet paruulū vasculum: quod attulistis mihi ante tres ānos: et quomodo posuistis illud sic remāsit. Audientes autem fratres ammirati sunt cōtinētiā senis. ¶ Narrauerunt de abbate Dyoscoro de nansyas: quia panis eius erat ordeaceus et de farina lēticule: et p singulos annos ponebat sibi legē cuiuscūq vni⁹ obseruātie. i. nō occurrere vno anno alicui: aut nō loq: aut nō gustare aliqd coctū: aut non comedere aliquid pomorū: aut oleū: et in omī opere suo ita faciebat: et hoc p ānos singulos faciebat. ¶ Dixit abbas euagrius: q dixerit senex. ppterea amputo a me delectationes carnales: vt etiā iracundie occasiones abscindam: scio enim eam aduersū me semper pugnare pro delectationibus: et cōturbare mentem meā et intellectū meū expellere. ¶ Misit aliquando sanct⁹ epyphanius eps cyprius ad abbatē hylarionē: rogās eum et dices. Ueni vt nos videamus anteq̄ de corpore exeamus. Qui cum venissent adinuicē manducantibus eis allatū est de auibus quidam. Quō tenens eps dedit abbati hylarioni. Et dixit ei senex. Ignosce mihi pater q: ex quo accepi habitū istū nō manducaui quicq̄ occisuz. et dixit ei sāct⁹ epyphani⁹. Ego autē ex quo accepi habitū istum non dimisi aliquem dormire qui habebat aliquid aduersum me neq ego dormiui habens aliquid aduersus aliquem: et dixit ei senex. Ignosce mihi pater: quia tua conuersatio melior est mea. ¶ Dicebant de beato palladio quia fecerat viginti annos in cella et non leuauit oculos suos sursum: vt videret tectum eius. ¶ Abbas Zenon ambulās aliquando in palestina cum laborasset resedit vt māducaret iuxta cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus dicēdo. Tolle tibi vnū cucumerē et māduca. Quātum autē est? Qui respondēs cogitauit suo dixit. Fures ad tormenta vadunt. Proba ergo teipm in hoc si potes ferre tormēta. Qui consurgens stetit in caumate quinq diebus desigens seipsum in sole. Dicebat autem quasi animus eius ad ipsum. Non possum portare tormenta. Dicit ergo ad animum suū: si non potes portare tormenta: q nō rapias vt manduces. ¶ Dixit abbas Theodorus. Inopia panis tabe facit monachi corp⁹. Alter autem quidam seniorū dicebat: quia vigilie plus tabe faciunt corpus. ¶ Dixit abbas Johannes breuis stature. Quia si voluerit rex aliquis ciuitatem inimicorum tenere: prius aquam tenet et escas eorum: qui sunt in ciuitate: et fame periclitantes: tunc subijciunt ei: ita ē et passio

ventris. Si in ieiunio et fame cõuersetur ho-
mo: inimici eius q̄ sollicitant aīam eius infir-
mantur. ¶ Dixit iterũ q2 ascendens aliquãdo p̄
viam que ducit ad scithim: vt distraherem fle-
ctas palmis: vidi camellarium loquentem τ cõ
mouentē me ad furorem: ego vero dimisi quod
portabam et fugi. ¶ Dixit abbas ysaac p̄sbyter
cellarum. Scio fratrē metentē in agro qui vo
luit mãducare spicã tritici et dixit dño agri.
Uis manduco vnam spicã? Ille aũt audiens
miratus est et dixit ei. Tuus est ager pater: et
me interrogas? Intantũ q̄ scrupulosus erat
memoratus frater. ¶ Interrogauit quidã fra
ter abbatē Isidorũ seniorē scithi dicens: qua-
re sic te fortiter timent demones? Dixit ei se-
nex. Quia exquo factus sum monachus studeo
ne permittam iracundiã vsq3 ad fauces meas
ascendere. ¶ Dixit iterũ q̄ supra quadraginta
annos esse: exquo sentiret quidē motũ pecca-
ti in mente sua nunq̄ tñ consentiret neq3 con
cupiscentie neq3 iracũdie. ¶ Narrauit abbas
cassianus de quodam abbate Joanne: quia
fuerit apud abbatem Esyuũ in summitate he-
remi habitantem per annos quadraginta: et
quia habebat circa ipm multã charitatē: τ per
hanc charitatis fiduciam interrogauit eum di-
cens. Tanto tempore sic remot⁹: et a nullo ho
minũ facile molestiam patiens dic mihi q̄d p̄
fecisti? At ille dixit. Exquo cepi solitarius eē:
nunq̄ me sol vidit manducantē. ¶ Dixit autē
ei: et abbas Joannes nec me irascentem. ¶ Di
xit iterũ: quia narrauit nobis abbas Moyses
q̄ ei abbas Serapion dixit. Quia dum essem
iuuenis et sederem cum abbate meo Theone:
et manducaremus surgens a refectione scdm̄
opera diaboli rapui vnum panem paximatem
et manducaui eum occulte: nesciente abbate
meo. Cum ergo perseuerarem aliquanto tēpo
re hec faciens: cepit mihi ipm viciũ domĩari
et non preualebam meipm retũdere: sed solũ-
modo adiudicabar a p̄pria conscientia: τ seni
dicere confundebar. Contigit autem scdm di-
spensationem diuinam vt quidam venirent ad
senem vtilitatis anime sue causa: τ interroga
bant eũ de proprijs cogitationibus. Rñdens
aũt senex dixit. Quia nihil sic nocius est mõa-
chis et letificat demões: quomodo si celent co
gitationes suas spiritualibus patribus. Lo-
cutus est autem eis de continentia. Et cũ hec
dicerentur: cogitans ego quia deus reuelauit
seni de me compunctus cepi flere: et eieci pa-
ximatē de sinu meo: quē male consueueram ra
pere: τ prosternens me in pauimento postula
bã de preteritis veniam τ orationē p̄ cautela
in futurum. Tunc dixit senex. O fili liberauit
te de captiuitate ista etiã me tacente cõfessio
tua: τ demones tenebãt cor tuũ per taciturni
tatē: nunc aduersum teipsum confitendo iter
fecisti quē hactenus tibi domiari permiseras
neq3 contradicens: neq3 alio mõ increpãs eũ
ammodo autē nequaq̄ locũ habebit in te q̄p-
pe q̄ in corde tuo in aperto excussus est. Nec
dum autem finito sermone senis τ ecce opere
quod dixit apparuit: quia velut lãpada ignis
egressa est de sinu meo: τ impleuit totã domũ
fetido odore: ita vt putarent qui aderant: quia
sulphuris plurimũ fuisset incensum. Et dixit
senex. O fili. Ecce verborum meorum libera-
tionis tue per signum quod factum est: prest-
tit dominus documentum. ¶ Dicebant de ab-
bate Machario. Quia si vacauit inter fratres
ponebat sibi terminũ: et quando inueniebat
vinum p̄pter fratres bibebat: sed p̄ vno calice
vini die integra aquam non bibebat. τ fratres
quidam volentes eum recreare dabant ei vinũ
sed et senex cum gaudio sumebat vt seipm po
stea cruciaret. Discipulus autem eius sciens
causam: dicebat fratribus. Propter deum ro-
go ne detis ei vinum: quia in cella se postea cru
ciatu domat. Quod cognoscentes fratres vl-
tra ei vinum non dederunt. ¶ Abbas Macha
rius maior in scithi dicebat fratrib⁹ post mis-
sas ecclesie: fugite fratres. Et dixit ei vn⁹ fra
trum. Pater vbi habemus fugere amplius a
solitudine ista? Et ponebat digitum super os
suum dicens. Istud est quod fugiendum dico
Et sic intrabat in cellam suam: et claudēs osti-
um sedebat solus. ¶ Dixit idem abbas Macha
rius. Si aliquem increpare volens ad iracun
diam commoueris: propriam passionem im-
ples: non enim alium sic saluare debes: vt te-
ipsum perdas. ¶ Dixit abbas pastor. Nisi na-
buzardam archimagirus venisset nõ crema
tum fuisset templum domini. Ita et nisi ges
gule et ventris venerit in animam nequaquã
mens corruet τ pugnans contra inimicum.
¶ Dicebant de abbate pastore. Quia dum voca
tus fuisset ad comedendum contra volunta-
tem suam ibat lachrymando ne inobediēs eēt
fratribus suis et contristaret eos. ¶ Narraue-
runt quidam abbati pastori de quodam mona
cho: quia non bibebat vinum. Et dixit eis: q2
omnino potus monachorum non est. ¶ Dixit
iterum abbas pastor. Quia sicut fumo expel-

luntur apes vt tollatur dulcedo operis eorum: ita et corporalis quies timorē expellit ab anima: et aufert ab ea omne opus bonum. ¶ Narrauit quidam senū de abbate pastore et fratribus eius: quia habitarent in egypto: et cum desideraret mater eorum videre eos et non posset obseruauit vna die: et euntibus illis ad ecclesiam obtulit se eis. Illi autem videntes eam cōuerterunt se ad cellam et intrantes clauserūt ostium in faciem eius. Illa autem ad ostium stans clamabat plorans cum nimia miseratione. Audiens aūt eam abbas anub intrauit ad abbatem pastorem dicens. Quid faciemus vetule isti: ita ante ostium flenti? Surgens autē abbas pastor venit ad ostium: et intro stās audiuit eam plorantem miserabiliter nimis: et dixit. Quid sic clamas vetula. Illa autem cum vocem eius audisset multomagis clamauit plorans et dicens. Volo vos videre filij mei. quid est enī si video vos? Nunquid non sum mater vestra? Aut nō ego lactaui vos? En tota sū iā canis plena: sed et audiens vocem tuā turbata sum. Dixit ei senex. Hic nos vis videre an in illo seculo? Dicit ei. Et si non videro vos hic: videbo vos illic filij mei? Dicit ei. si potes equanimiter ferre: vt hic nos non videas: videbis nos illic: et ita discessit mulier gaudens et dicens. Si omnino visura vos ero illic: nolo vos hic videre o filij mei. Dicebāt de abbate Pior: Quia ambulando comederet et interrogante eum quodam: quare sic manducaret respōdit. Non hoc vti velut opus aliquod ageret: sed velut quoddam superfluum vti. Alij autē de hoc ipso interroganti respondit. Ut non vel in comedendo corporalem delectationem habeat anima. Dicebant de abbate Petro cognomento pyanio: qui erat in cellis quia vinum nō bibebat. Quando autē senuit: rogabant eum vt modicum vini sumeret. Qui cum non acquiesceret tepefaciebant aquam: et ita offerebant Et dicebat. Credite mihi filij: quia velut cōditum illud accipio. Et adiudicauit se tepida aqua esse contentum. ¶ Facta est aliquando celebratio missarum in monte abbatis Antonij: et inuentum est ibi vasculum vini. Et tollens vnus de senibus paruum vas. i. calicem: portauit abbati Sysoy et dedit ei et bibit semel: et secūdo accepit et bibit. Obtulit etiam ei tertio sed nō accepit dicens: quiesce frater an nescis quia sathanas est. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem sysoy dicens. Quid facio quia occurro ad ecclesiam et frequenter fratres pro charitate ad cibum retinent me. Dixit ei senex. Onerosa res est. Dixit ergo Abraam discipulus eius Si occurritur in sabbato et dominica ad ecclesiam: et biberit frater tres calices: multum ne est? et dixit senex. Si non esset sathanas: non esset multum. ¶ Frequenter dicebat abbati Sysoy discipulus suus. Surge abba et manducemus. Ille autem dicebat. Adhuc nō māducauimus fili. Et ille respondit. Non pater. Dicebat autem senex. Si nec adhuc manducauimus: affer et manducemus. ¶ Dixit aliquādo cum fiducia abbas Sysoy. Crede quia ecce triginta annos habeo quod non deprecor deū pro peccato: sed orans hoc dico. Dñe iesu xpe protege me a lingua mea: et vsque nunc per singulos dies curro in ipsa opera et delinquo. ¶ Venerunt aliquando abbas Siluanus et discipulus eius Zacharias: ad quoddam monasterium et fecerunt eos gustare modicū antequam ambularēt. Et exeūtibus eis inuenit discipulus eius aquā in via et volebat bibere. Dixit ei abbas Siluanus. Zacharia ieiunium est hodie. Cui ille dixit. Nōne hodie manducauimus pater. Dixit ei senex. Illud mādūcare caritatis fuit nos aūt teneamus ieiuniū nostrū fili mi. ¶ Dixit sancta syncletice. Quia oportet nosque huiusmodi propositū sumpsimus castitatē: que sūma est tenere. Etenī apud seculares videtur castitas obseruari: sed adest eis stulticia: propter quod alijs sensibus peccant: nam et aspiciunt indecenter et rident inordinate. ¶ Dixit iterum quae supra. Quia sicut venenosa animalia acriora medicamenta a se expellunt: ita cogitationē sordidā ieiuniū cū oratione depellit ab aīa. ¶ Dixit iterum. Non te seducent diuitum huius seculi delicie tanquam aliquid vtile habentes in se. Etenī illi delectationis causa arte diuerso modo condiendi cibos onerant. Tu autem ieiunio et abiectiōe ciborum abundantiā deliciarum illorum supergredere sed ne satieris pane neque desideres vinum. ¶ Dixit abbas sysoy: quia peregrinatio nostra est: vt teneat homo os suū. ¶ Dixit abbas ypericius: quia sicut leo terribilis est onagris: sic monachus probatus cogitationibus cōcupiscentie. ¶ Dixit iterū. Ieiuniū frenum ē monacho aduersus peccatum qui autē abijcit ieiunium: velut equus feruēs desiderio femine rapitur. dixit iterum. Siccatum ieiunio corpus monachi aīam de profundo eleuat: et siccat fistulas delectationum ieiunium monachi. ¶ Dixit iterū: castus monachus in terra honorabitur: et in celis ab excelso coronabitur. ¶ Idem

ipse dixit. Monachus qui nō retinet linguas suam in tempore furoris: neqꝫ passionum corporaliū retentor erit aliquando. ¶ Dixit iterū Verbū malū nō proferat os tuū. qm̄ vitis non affert spinas. ¶ Dixit iterꝫ. Bonū est manducare carnē et bibere vinū: qꝫ manducare in obtrectatione carnes fratrum. ¶ Dixit iterꝫ. Susurrans serpens euam de paradiso eam eiecit huic ꝗ similis est: q̄ proximo suo obloquitur: qm̄ ꝛ audientis se aīam perdit ꝛ suā nō saluat ¶ Facta est aliquādo festiuitas in scithi: et dederunt seni vinuꝫ bibere in calice: qui abijciens dixit. Tolle a me morteꝫ istā qd̄ videntes alij q̄ cum ipso edebant: nec ipsi biberunt. alia vice allatū est ibi vasculum vini de primitijs vt daretur fratribus ad singulos calices: ꝛ introeunte quodā fratre ꝛ vidente qꝫ acciperēt fugit in criptam que cripta mox cecidit. ꝛ cuꝫ audissent sonuꝫ: currentes inuenerunt fratrē semianimē iacentem ꝛ ceperunt obiurgare eū dicentes. Bene tibi contigit: quia vanā gloriam habuisti. Abbas autem refouens euꝫ dixit: dimitte filium meum: bonum opus fecit: et viuit dominus: quia non reedificabitur cripta hec temporibus meis: vt cognoscat mundus qꝫ ꝓpter calicem vini cecidit cripta in scithi. ¶ Ascēdit aliqn̄ p̄sbyter de scithi ad ep̄m alexandrinū: ꝛ qn̄ reuersus est in scithi interrogauerūt eū fratres quō est ciuitas. Ille autem dixit eis. Credite mihi fratres. ego ibi faciē hoīs nullius vidi: nisi tm̄ ep̄i. Illi autē audientes mirati sunt ꝛ dixerunt: quid putas facta est in illa omnis multitudo. Presbyter vero refouit hesitantes dicens. Extorsi animo meo ne intuerer faciem hominis: et qua relatione profecerunt fratres: vt custodiant se ab extollentia oculorum suorum. Venit aliquando q̄dam senex ad alium senem. Ille autē dixit discipulo suo: fac nobis modicū lenticule: et fecit. Et infunde nobis panes et infudit. et manserunt sic vsqꝫ ad alterius diei horam sextam: loquentes de rebus spiritualibus. Iteruꝫ dixit senex discipulo suo. Fac nobis modicū lenticule: fili mi. Ille respōdit. Ab hesterno die feci pater. Et ita surgentes sumpserunt cibū Alter quidam senex venit ad quendam patrū Ille autem coxit modicum lenticule: et dixit ei. Faciamus opus dei et gustemus. et vnus quidem eorum compleuit totum psalterium. alter vero et corde: duos prophetas maiores lectoris ordine recitauit: et facto mane: discessit senex ille qui venerat: et obliti sunt sumere cibum. ¶ Esurijt quidam frater a mane ꝛ pugnabat cū animo suo ne mādūcaret: donec fieret hora tertia. Et facta hora tertia: exegit a se vt fieret hora sexta. et facta sexta: infudit panem ꝛ sedit vt manducaret. Postea vero surrexit dicens: manebo sic vsqꝫ ad horam nonam: hora autem nona fecit orationem: et vidit op⁹ diaboli sicut fumuꝫ exeuntem a se: ꝛ ita cessauit esuries eius. ¶ Infirmatus est quidam senum et cum non posset sumere cibum multis diebus rogabatur a discipulo suo vt faceret aliquid ei et reficeret. Abijt autem et fecit de farinula lenticulas ꝛ zippulas. Erat auteꝫ ibi vasculum pendens in quo erat modicum mellis: et aliud in quo erat rafanealeon id est lini oleum et fetebat: ita qꝫ tantum ad lucernaꝫ ꝓficerat. Errauit autem frater: et pro melle de lini oleo misit in pulmentum. Senex vero cū gustasset nihil locutus est: sed tacitus manducauit. Compellebat autem eum iterum manducare et extorquens sibi manducauit: et dabat ei tertio: ille autem noluit manducare dicens. Vere non possum fili mi. Discipulus autem hortabatur eum dicens. Bonum est abba: ecce et ego manduco tecum. Qui cuꝫ gustasset et cognouisset quod fecerat: cecidit ꝓnus in faciē dicens. Veh mihi pater: qm̄ occidi te. Et tu peccatum hoc posuisti sup me: quia non es locutus. Et dixit ei senex. Nō cōtristeris fili: si voluisset deus vt mel manducarē: mel habuisti mittere in zippulas istas. narrauerunt de sene quodaꝫ: quia desiderauit aliquando manducare cucumerem: quem cū accepisset: appendit cū prius ante oculos suos. Et cum esset victus desiderio: domans seip̄m penitentiam agebat: quia vel omnino desiderasset. ¶ Frater quidam aliquando abijt visitare sororem suam: in monasterio egrotanteꝫ Erat autem fidelissima et nō acquieuit aliqn̄ videre virꝫ: neqꝫ occasionē dare fratri suo: vt ꝓpter illam veniret in mediū feminarum: ꝛ mādauit fratri suo. Vade frater ora pro me quia cum gratia xp̄i: videbo te in regno celorum. Monachus quidā occurrit ancillis dei in itinere quodaꝫ: quibus visis diuertit extra viam Cui dixit abbatissa. Tu si perfectus esses monachus: non respexeras nos sic vt agnosceres qꝫ femine eramus. ¶ Intrauerunt aliqn̄ f̄res in alexandriā: inuitati a Theophilo archiepiscopo vt presentibus his facta oratione destrueret templa paganorum. Et manducantib⁹ eis cum archiepiscopo ministrate sunt eis carnes

vituline: & manducabant nihil discernentes. Et accipiens archieps vnũ capadiũ: dedit iu xta se recũbenti seni dicẽs. Ecce istud capadium idest [illegible]: bonũ est: manduca abba. Ille autẽ re[illegible]dens dixit. Usqȝmõ credebaȝ ꝙ olera manducarẽ. Nã si carnes sunt non manducabo. Et vltra nemo acqeuit gustare. ¶ Frater quidã in cella attulit panes recentes: & inuitauit ad mensaȝ seniores. Et cũ manducassent singulos paximates: pausauerunt. Frater vero sciens laboreȝ abstinentie eorũ: cepit cũ humilitate: supplicare dicens. Propter deum mãducate hodie: donec satiemini. Et mãducauerunt alios denos paximates. Ecce igitur quantũ supra ꝙ opus erat: mãducauerũt propter deũ veri monachi: et simpliciter abstinentes. ¶ Egrotauit quidã seniũ aliquãdo magna infirmitate: ita vt ex ei⁹ viscerib⁹ multus sanguis efflueret. Et attulit quidã frater nixas siccas: & fecit pultes. Et misit eas ibi: & obtulit seni: & rogabat eum dicens. Comede: qm̃ forte expedit tibi. Intuens autẽ eum senex diutius dixit. Uere dico tibi frater: quia volebaȝ vt me dimitteret deus in hac infirmitate esse: alios triginta annos. Et nullo modo acquieuit senex in tali egritudine vel modicum sumere cibi: ita vt tolleret frater quod portauerat: et rediret ad cellã suaȝ. ¶ Alter senex sedebat longe in heremo et contigit fratrem venire ad eũ: et inuenire eũ infirmantẽ. Qui lauãs et faciẽ: fecit ei refectionẽ: ex his que attulerat: qđ cũ vidisset senex dixit. Uere frater oblitus erã ꝙ haberẽt homĩes de cibo solatiũ. Obtulit ei etiã et calicẽ vini. Quod cũ vidisset: plorauit dicẽs. Non sperabã me vsqȝ ad mortẽ bibere vinũ. ¶ Statuit quidã senex: vt quadraginta diebus non biberet. Et si qñ fieret cauma: lauabat suriscula ȝ et impleuit eam aqua: & appendebat eam ante oculos suos. Qui cũ interrogaretur a fratribus: quare hoc faceret: respondit dicens. Ut cum vidẽs quod desiderabam non gustauero: maiorem ardorem sustineam: et propter hoc maiorem mercedẽ a dño consequar. ¶ Frater quidam iter agens: habebat secum matrem suam: iam seneȝ. Qui cum venissent ad quendã fluuiũ: non poterat illa vetula transire. Et tulit filius suus pallium suum & inuoluit exinde manus suas: ne aliquo modo contingeret corpus eius. Et ita portans eam transposuit fluuium. Dixit autem ei mater sua. Ut quid sic operuisti manus tuas fili mi? Ille autem dixit. Quia corpus mulieris ignis est: & ex eo ipso ꝙ cõtingebaȝ te: veniebat mihi cõmemoratio aliaꝝ feminaꝝ in aĩo. ¶ Dicebat quidã patruȝ Qui sciret fratrem in cella ieiunantẽ tota hebdomada pasche. Et cũ sabbato sero venisset ad missam: cõmunicans mox fugiebat ne cogeretur a fratrib⁹ in ecclesia manducare apud se: tantũ modicas herbas elixas cum sale manducabat sine pane. ¶ Fratres conuocati sunt in scithi vt mãducarent palmas: & erat ibi aliqs infirmus pre nimia abstinentia q̃ tussiens excreauit flegma. Quo vomente: de sputo eius venit super aliũ fratreȝ. Qui cum a cogitatione sua cõpelleretur dicere ei: quiesce iam & nõ excrees super me vt superaret cogitationes suas: tulit quod excreauerat: & mittens in ore sua: statim comedit illud. Et tunc cepit ad seipsum dicere. Aut non dicas fratri quod eum contristet: aut manduca quod horres.

¶ Explicit liber de continentia.

¶ Incipit liber [illegible]ntra fornicationem.

Dixit abbas Antonius. Estimo ꝙ habebat corpus motum naturalẽ cõspersuȝ in se: q̃ nolẽte aĩo nõ opatur sed tm̃mõ significatur in corpe q̃si impassibilis mot⁹. Est auteȝ & alius mot⁹ et eo ꝙ nutritur corp⁹ & fouetur cibis & potib⁹ et q̃bus calor sanguinis excitat ad operãdũ corp⁹. Propter qđ dixit apostolus. Nolite inebriari vino in quo est luxuria Et rursuȝ dñs in euangelio discipulis mãdãs dixit. Uidete ne grauentur corda vestra crapula et ebrietate. Est autem adhuc & alius quidam motus certantibus in conuersatione: et insidijs & inuidia demonuȝ veniens. Itaqȝ scire conuenit quia tres sunt motus corporales: vnus quidẽ naturalis: alius aũt ex plenitudine ciborꝝ: tertius vero ex demonib⁹. ¶ Dixit abbas Geroncius petrensis. Qui multi temptati sunt a corporalibus delectationibus: et cũ nõ approximarẽt corporibus: mente fornicati sunt: & q̃ corporaliter virginitatem seruãt scđs aĩm fornicantur. Bonũ ẽ ergo dilectissimi facere quod scriptũ est oĩ custodia vnũquẽqȝ cor suuȝ seruare. ¶ Dixit abbas Cassianus. Quia dixerat abbas Moyses: bonum est non abscondere cogitationes: sed senibus spiritalibus & discretionẽ habentib⁹ manifestare eas non his qui tantuȝ tpe senes sũt: quoniã multi ad etatẽ respiciẽtes & cogitationes dicẽtes eis: ꝙ experimẽtum non habebant: p consola

tione ad desperationē vltimum peruenerunt.
¶ Erat quidā frater oīno in conuersatiōe solli citꝰ τ cū valde a fornicationis demone turbaretur venit ad quendā senē τ retulit ei cogitationes suas. Ille aūt audiēs quia expers erat indignatus est τ miserabilē dicebat eē fratrē illū: et indignū monachi habitu: quia eiusmodi cogitationes reciperet. Et hec audiēs frater desperans seipsum: reliquit ppriam cellam: τ ad seculum redibat. Scdm autē dispēsationē dei occurrit ei abbas Apollo τ videns eum perturbatum τ nimiū tristē: interrogauit eum dicens. Fili: que est cā tāte tristitie tue? Ille autem prius ex multa confusione animi sui: non respondit quicq̄. Postea aūt cū multū rogaretur a sene: que circa se agerentur: cōfusus ē dicēs. Quia cogitatiōes fornicationū inquietāt me: qd cōfessus sū seni illi τ scdm verba eius iam mihi spes salutis nō ē: desperās ergo me ipm ad seculū redeo. Hec autē pater Appollo audiens velut sapiens medicus multū eum rogabat: τ monebat dicens. Noli mirari fili: neq̄ desperes de teipso ego enim in hac etate atq̄ puersatione valde ab huiusmodi cogitatiōibꝰ inquietor. Ne ergo deficias ī huiusmodi occasione: que nō tantū hūana sollicitudine: quantū dei miseratione curatur: tātū hodie dona mihi qd peto: τ reuertere in cellam tuā. Fecit autem frater ille sic. Abbas autem appollo discedens ab eo: perrexit ad cellā illius senis: qui ei desperationem fecerat: et stans foris deprecatus est dnm cū lachrymis dicens. Deus qui tentationes vtiliter infers: conuerte bellū qd patitur frater ille in hunc senē: vt per experimentum in senectute sua discat: qd tempore lōgo nō didicit: quatenus cōpatiatur his qui huiusmodi tētatiōibꝰ perturbantur. Qui cum orōnē cōplesset: vidit ethiopē stātem iuxta cellā τ sagittas dirigentem contra illū senē quibus quasi pforatus: statim tanq̄ ebrius a vino huc atq̄ illuc ferebatur. Et cum non posset tolerare: egressus est de cella eadem via: qua et ille iuuenis ad seculum redibat. Abbas autē Appolo intelligens quod factum erat: occurrit ei et accedens ad eum dixit. Ubi vadis: et que causa perturbationis tue que obtinuit te? Ille autem sentiēs quia intellexisset sanctus vir que ei euenerant; pre verecundia nihil dicebat. Dixit autem ei abbas appollo. Reuertere in cellam tuam τ de cetero agnosce infirmitatē tuā: et cogita apud temetipsū: quia ignotꝰ sis a diabolo: vsq̄ modo aūt contemptus: propter quod nec meruisti scdm vires virtutum: habere contra diabolum luctamenta. Quid autē dico luctamenta: qui nec vna die aggressionē ipsius portare potuisti? Hoc autem tibi contigit: qr iuuenē illū a cōmuni aduersario impugnatū suscipiens cū debuisses eū ptra diabolicum certamē cōsolatorijs verbis monere: etiā in desperationē misisti: nō cogitans illud sapientissimū preceptū: quo iubemur eripere eos qui ducuntur ad mortem: itē nō negligas redimere occidendos: sed neq̄ parabolam saluatoris nostri dicentis: harundinē cassatam nō deberi confringi: et linum fumigans nō extingui. Nemo enim ferre posset incidias aduersarij: neq̄ ebuliētis nature ignē extīguere: vel retinere nisi dei gratia cōseruaret infirmitatē humanam: que in nobis salutari dispēsatione cūcta disponit. Dēs ergo dnm deprecemur: vt et aduersum te dimissum flagellum aduertat: qm ipe τ dolore facit: τ iterum saluti restituit percutit τ manꝰ ipsius sanat: humiliat: τ exaltat: mortificat et viuificat: deducit ad inferos et reducit. Hec dicens orationem impleuit: et statim ab illato sibi bello senex liberatus est. Quem commonuit abbas Appollo: vt peteret sibi dari linguam eruditam: vt sciret tempus quo oporteret loqui sermonem. ¶ De cogitatione fornicationis interrogatus abbas Syrus alexandrinꝰ ita respondit. Si cogitatones nō habes spem non habes. Quoniā si cogitatōes nō habes opera habes: hoc est. Qui cogitatione aduersus peccatum non pugnat neq̄ cōtradicit corporaliter peccat. Qui eñ corporaliter peccat: cogitationum molestias nullas haber.
¶ Interrogauit autē quidā senex fratrē dicēs Ne consuetudinem habes colloqui mulieri? Et dixit frater. Non. et ille dixit. Ueteres et noui pictores sunt cogitationes mee: et commemorationes quedam inquietantes me ex similitudine mulierum. Senex autem dixit. Mortuos non timeas sed viuentes fuge: hoc est consensum et in opere ipo peccatū: τ extende magis orōnem tuam. ¶ Dixit abbas Mathois. Quod quidā frater veniens dixerit: deteriorē esse qui obloquitur: q̄ qui fornicatur. et respondit ei senex. Durus est sermo. Dixit ergo ei frater. Et quomodo vis esse: hanc rem? Dixit ei senex. Oblocutio quidem mala est: celerem tamen inuenit curam: et plerumq̄ penitentiam agit: qui oblocutus est dicens. Male locutus sum et trāsit: fornicatio autem naturaliter mors est. Dixit abbas pastor. Sicut

spatarius principis assistit ei continue semp paratus ita oportet et animā semp paratam esse aduersus demões fornicationū. Uenit aliqñ quidam frater ad abbatē pastorē et dixit ei. Quid facio pater qz affligor a fornicatione: et perrexi ad abbatē ibistionē et dixit mihi. Non debes eam longo tpe pmittere habitare in te Dixit abbas pastor Abbatis Ibistionis act⁹ sursuz in celo sunt cum angelis et latet eum: ego autē et tu in fornicatiōe sumus. Si ergo teneat monachus ventrē et linguam: et manserit in solitudine confidat quia non moritur Narrauerunt de abbatissa Sara: quia manserit tredeciz ānos fortiter a fornicatiōis demone impugnata et nunq̄ orauit vt recederet ab ea huiusmodi pugna: sed hoc soluz dicebat. da mihi fortitudinem deus. Dixerunt iterum de ea. Quia infestior fuerit ei aliquādo iminens fortius idem fornicationis demon: mittēs in cogitationem eius seculi vanitates. Illa autē non relaxans animū a timore dei et a proposito abstinentie ascendit semel super lectuz suū orare et apparuit ei corporaliter spiritus fornicationis et dixit ei. Tu me vinci isti sara. Illa autem respondit. Ego te non vinci: sed dominus meus Jesus christus. ¶ Frater quidā stimulabatur a fornicatione: et erat stimulus velut ignis ardens in corde eius nocte ac die Frater autem decertabat: non condescendēs neq̄ consentiens cogitationi sue. Post multū autem tempus discessit stimulus ab eo nihil p̄ualens propter perseuerantiam eius: et statim lux apparuit in corde eius. ¶ Alius frater stimulatus a fornicatione: et surgens nocte perrexit ad quendam senem: et dixit ei cogitationes suas et cōsolatus est eū senex. Et qua cōsolatione proficiens frater reuersus est in cellā suam. Et ecce iterū spūs fornicationis tētauit eū. Ille aūt frater iterū abijt ad senē. Factū est aūt hoc sepius. Senex vero non contristauit eū sed loquebatur ei q̄ ad vtilitatē eius pertinerēt dicens. non concedas diabolo vt relaxes aīm tuū: sed potius quotiens molestus est tibi demon: dic veni ad me: et increpatus discedit. Nihil em̄ sic extediat demonē fornicationis quō si reueleutur stimulationes eius: et nihil eū sic letificat: quō si abscondantur cogitationes eius. Uenit ergo frater vndecies ad senē: accusans cogitationes suas. Postea autez dixit frater seni. Ostende caritatem abba: et dic mihi verbum. Et dixit ei senex. Crede fili: qz si permitteret deus cogitationes meas: quibus stimulatur aīmus meus in te trāsferri nō eas portares sed oīno corrueres deorsuz: hec aūt dicēte sene propter nimiā humilitatē ei⁹ et quieuit stimulus fornicationis a fratre. Item alius stimulatus a fornicatione cepit decertare et extēdere abstinentiā suā per quattuordecim annos cogitationē suam custodiens ne cōsentiret ꝯcupiscentie sue. Postea aūt veniens ad ecclesiā manifestauit vniuerse multitudini quod patiebatur. Et datū est mandatū: et oēs afflixerunt se pro eo: hebdomadā iugiter orātes dñm et quieuit stimulus eius. De cogitatione fornicationis dixit quidā senex heremita Dormiens vis saluari. Uade labora: vade affligere: vade quere et inuenies: vigila: pulsa et aperietur tibi. Sūt em̄ in sc̄lo pancratiarij: q̄ cū nimis edunt et stant et fortes apparuerunt coronas accipiunt. Aliquotiēs aūt et vn⁹ a duobus ceditur: et cōfortatus plagis cedentes se vincit. Uidisti quantā virtutē p carnis exercitiū acquisiuit. Et tu ita et cōfortare: et dñs expugnabit pro te inimicū. ¶ De eadē ipsa cogitatione fornicationis dixit alter senex. Esto velut q̄ transit in platea aut per tabernā: et capit cuiuscunq̄ capture odorē: aut alicuius assature et qui vult ingreditur. et mādūcat. qui autē nō vult odoratur tantū: et preterit ita et tu excute a te fetorē surge et ora dicēs. Dñe fili dei adiuua me. Hoc aūt fac etiam aduersus alias cogitationes. Neq̄ em̄ eradicatores sum⁹ cogitationū: sz luctatores aduersus easdē cogitationes. ¶ Alter senex dixit. Hec de negligētia patimur. Nā si consideremus: qz deus habitat in nobis nō alienū vas inferemus intra nos. Dñs em̄ christus habitans in nobis atq̄ cohabitans nobis respicit vitam nostrā. Unde et nos portātes eū et contēplantes negligere non debemus: sed sanctificare nosmetipos sicut et ille sanctus est. Stemus super petraz et rumpatur malignus: non formides: et cum militet aduersus te psalle cum virtute dicens. Qui cōfidūt in dño sic̄ mōs syō nō cōmouebit in eternū qui habitat in hierusalem. ¶ Frater quidam interrogauit senē dicens. Si incurrerit monachus in peccatū affligitur velut q̄ de profectu in deteriorē statum peruenerit et laborat donec resurgat. qui aūt a seculo venit velut qui inimicū fecerit et proficit. Et respōdēs senex dixit. Monachus tētationem incurrēs sic est tanq̄ domus que cadit: et si sobrius fuerit in cogitatione reedificat eam que corruerat domū, inueniens materias ad edificiū pro

futuras habēs posita fundamēta: lapides. are nā: et cetera: que hmōi sūt edificio necessaria atq3 ita velociter ꝑ fabricata ꝓficit. Ille autē qui nec effodit nec fundamentū misit nec habet aliquid eorum que sunt necessaria: sed in spe dimittens si quo mō aliquādo ꝓficiat: ita est ⁊ monachus si in tētationē ceciderit ⁊ conuersus fuerit ad dñm h3 plurimū apparatum videlicet meditationē diuine legis psalmodiam: opus manuū orationem ⁊ cetera que sunt sancte religionis fundamenta. Qui aūt recēs est ⁊ nouus in conuersatione donec ista discit ille primū ordinem inueniet. ¶ Frater quidā cū a fornicationis spiritu teneretur: perrexit ad quendā senē magnū: ⁊ rogabat eū dicens. Ostende pater caritatē et ora pro me: q2 a fornicatione sollicitor. Senex autē deprecat⁹ est dñm ꝓ eo. Et iterū secundo veniens ad senem dixit eundē sermonē. Similiter et senex non neglexit rogare ꝓ ipso dicēs. Domine reuela mihi vnde in hoc fratre operatio sit ista diaboli quoniam deprecatus sum te ⁊ requiē nōdū inuenit. Et reuelauit ei dominus que agebantur circa fratrē illū ⁊ vidit eū senex sedentem et spiritū fornicationis circa eū: et quasi ludētē cū ipso ⁊ angelus dñi stabat missus i adiutoriū eius ⁊ indignabatur aduersus fratrē illu3 q2 nō se ꝓsternebat deo: sed q̄si delectabat in cogitationibus suis totam mentē suā ad hoc inclinans. Et agnouit senex q2 causa magis ab eodem fratre esset: ⁊ annūciauit dicens: tu consentis cogitationi tue frater. Et docuit eū quō talibus cogitationibus deberet resistere: et respirans frater per doctrina3 senis illius et orationē inuenit requiem a tentatione sua. Tentatus est aliquādo discipulus alicuius senis magni a fornicatione. Senex vero cū videret eum laborantē dixit ei. Uis rogo deum vt subleuet a te molestiam istam. Ille autē dixit. Uideo abba q2 etsi laboro: tamen et pondere laboris huius fructificari me sentio: sed hoc roga deum in cogitationibus tuis vt det mihi tolerantiam per quam sustineam. Dixit ei abbas suus. Modo agnoui quia in magno profectus es fili ⁊ supergrederis me. ¶ Dicebant de quodam sene quia descendit de scithi et habebat filium adhuc suggentem lac: qui quonia3 in monasterio nutritus est: nesciebat quid essent mulieres. Qui cum factus eēt vir ostendebant ei nocte demones formas ⁊ habitus mulieru: et hoc nunciauit patri suo: et mirabatur. Aliquando ergo ascendit cum patre suo in egyptū ⁊ vidēs mulieres: dixit pri suo Ecce iste sunt que veniebant ad me nocte i scithi. Et pater dixit ei. Isti sunt monachi de seculo: fili alio aūt habitu vtuntur isti: ⁊ heremite alio. Et miratus est senex quomodo ⁊ in scithi ostenderent ei demones imagines mulierū: ⁊ statim reuersi sunt in cellā suā. ¶ Frater quidā erat probatus tentationibus in scithi3 et immittebat ei aduersarius memoriā mulieris cuiusdā pulchre in aīo: ⁊ affligebat eū valde. Et contigit secundum dei dispensationem vt alter frater descendens de egypto applicaret in scithi: et cum loquerentur: nunciauit ei dicens. Uxor illius mortua est. Erat autē ipsa mulier de qua iquietabatur frater ille. Quod cum audisset tulit vestimentum suum nocte et ascendit vbi eam sepultam audierat: ⁊ fodit locum ⁊ extersit saniē putredinis eius in vestimento suo ⁊ reuersus habebat illud i cella sua Et cū nimis feteret: ponebat illos fetores ante se: ⁊ improperans cogitationi sue dicebat. Ecce desiderium quod querebas: habe illud ⁊ satiare ex eo. Et ita ex hmōi fetore castigabat semetipsum: donec emorerentur concupiscentie eius. ¶ Uenit quidam in scithi aliquando vt fieret monachus qui etiam accepit filium suum secum nuper ablactatū. Qui cum factus fuisset iuuenis: ceperunt impugnare demōes et sollicitare eum. Et dixit patri suo. Uado ad seculum: quia non valeo carnales concupiscētias sustinere. Pater autem eius consolabat eum. Dixit ergo illi iuuenis. Ja3 sustinere nō valeo pater: dimitte me redire ad seculum. Dixit ergo ei pater suus. Audi me fili adhuc semel: ⁊ tolle tibi quadragita panes: ⁊ folia palmarum dieru3 quadraginta ⁊ vade in heremū interiorē: ⁊ esto ibi quadraginta diebus: et voluntas domini fiet. Qui obediēs patri suo surrexit et abijt in heremū ⁊ mansit ibi laborans et faciens plectas de palmis siccis et panem siccum comedens. Et cum ibi dies viginti quieuisset ecce videt ibi opus diabolicū quodda3 venire super se: ⁊ stetit corā ipso velut mulier ethyopissa fetida ⁊ turpis aspectu ita vt fetorē eius ferre non posset. Et abijciebat eam a se: et illa dicebat ei ego sum qui in cordibus hominum dulcis appareo: sed propter obedientiam tuā et laborē quem sustines: non pmittit me deus seducere te: sed ostendi tibi fetorem meum: ille autem surrexit ⁊ gratias agens deo venit ad patrem suum: ⁊ dixit ei. Jam nolo ire ad seculum pater: vidi enim operation em dia

boli: et fetorem eius. Cognouerat autem ꝛ pater eius de hoc ipſo: et dixit ei. Si manſiſſes quadraginta dies: ꝛ cuſtodiſſes vſq; in finem mandatum meum: maiora habuiſſes videre.

¶ Senex quidam ſedebat in longinqua heremo: qui habebat vnam parentem: et deſiderabat eum videre poſt multos annos: et queſiuit in quo loco habitaret. Et ſurrexit et venit in viam heremi illius: et inueniens camelarios adiunxit ſe illis: et ingreſſa eſt cum illis heremum. Hec enim trahebatur a diabolo. Que cum veniſſet ad ianuam ſenis cepit ſignis indicare ſeipſam dicens. Ego ſum parens tua: et manſit apud eum. Erat autem alius monachus ſedens in inferioribus partibus heremi qui implebat ſibi ſuriſculam aque: et hora qua manducare voluiſſet. ſubito verſabatur ſuriſcula: et effundebatur aqua: qui inſpirãte deo dixit in ſemetipſo. Ingrediar in heremum: et dico hoc quod michi euenit de aqua ſenioribus. Et ſurgens abijt: et cum ſero factum eſſet: dormiuit in templo quodam idolorum iuxta viam: et audiuit nocte demones dicentes. Iſta nocte precipitauimus illum monachum in fornicationem: quod cum audiſſet contriſtatus eſt: et perueniens ad ſenem: inuenit eum triſtem: et dixit ei: quid facio abba: quia impleo michi vaſculum aque: et in hora manducandi effunditur? Et dixit ei ſenex. Tu veniſti ad me interrogare me: quia ſuriſcula tua verſatur ego autem quid facio: quia hac nocte cecidi in fornicationem? qui reſpondit: et ego cognoui: et dixit ei. Tu vnde ſcis? Qui dixit. Dormiebam in templo: et audiui demones loquentes de te. Et dixit ſenex. Ecce ego vado ad ſeculum. Ille autem rogabat eum dicens. Noli pater: ſed permane in loco hoc mulierem vero dimittamus hinc. Hoc enim ex occurſu inimici contigit. Quo audito: ſenex ſuſtinuit extendens et aggrauans conuerſationem ſuam cum lachrymis: donec rediret in priorem ordinem ſuum.

¶ Dixit ſenex quidam. Quia ſecuritas et taciturnitas et occulta meditatio: pariunt caſtitatem.

¶ Frater quidam interrogauit ſenem dicens. Si contingit hominem in tentationem cadere: quid fit ꝓpter eos qui ſcandalizantur in eo? Et narrauit ſenex dicẽs. Diaconus quidam erat nominatus in monaſterio egypti. Dum autem quidam curialis in ſecutionẽ iudicis pateretur: venit cum omni domo ſua ad monaſterium: et operante ini quo: incurrit diaconus ille in mulierẽ ei⁹ ꝛ facta eſt oĩbus fratribus confuſio. Ille autem abijt ad quẽdam ſenẽ: ꝛ indicauit ei rem: ſenex vero habebat occultam cellam interiorem: quã cum vidiſſet diaconus ille: dixit. Sepeli me hic ſic viuum: ꝛ nõ indices cuiq;. Et intrauit in obſcuritatẽ celle illius: ꝛ egit penitentiam illic ex veritate. Contigit autem vt poſt multum temporis: non aſcenderet aqua de flumine nili. Et cũ omẽs letanias facerẽt: reuelatũ eſt cuidã ſanctoꝝ: q2 niſi veniret diaconus q̃ abſconditus eſſet apud illum talem ſenẽ: non aſcẽderet fluminis aqua. Quod cũ audiſſent mirati ſunt: ꝛ veniẽtes eiecerũt eũ de loco in quo erat. Et orauit: ꝛ aſcẽdit aqua: ꝛ qui aliqñ in ipſo ſcandalizati fuerant: edificati ſunt poſtea in penitẽtia eius: ꝛ glorificauerũt deum.

¶ Duo fratres perrexerunt ad ciuitatẽ: vt venderent quod fuerant operati. Et cum a ſe inuicem in ciuitate fuiſſent diuiſi incurrit vnus in fornicationẽ. Veniens autẽ poſtea frater ei⁹: dixit ei. Reuertamur ad cellã noſtram frater. Ille autẽ reſpondit dicẽs. Non veniã. Et interrogauit eum ille dicẽs. Quare frater? Et ille reſpondit. Quia cũ diſceſſiſſes a me: incurri in tentationẽ et fornicatus ſum. Ille autem alter frater volens lucrari eum cepit dicere. Quia ꝛ mihi ſic contigit: et quando ſeparat⁹ ſum a te incurri ꝛ ego in fornicationem. Sed eamus ꝛ ſimul penitentiã agamus cũ omni labore: ꝛ deus ignoſcet nobis peccatũ. Qui cum veniſſent ad cellã retulerunt ſenib⁹ quod eis contigerat: ꝛ dederũt eis illi mandatũ qualiter penitẽtiã agerẽt. Ille tñ vnus nõ ꝓ ſe: ſed ꝓ alio fratre penitẽtiã agebat: tãquã ſi ꝛ ipſe peccaſſet. Videẽs autẽ deus laborẽ ꝛ caritatẽ eius: intra paucos dies maĩfeſtauit vni de ſenibus: q2 pro multa caritate fratris: qui non peccauerat: indulſerat illi qui fornicatus eſt: ꝛ vere hoc eſt ponere aĩam ſuam ꝓ fratre ſuo.

¶ Venit aliqñ frater ad quendã ſenẽ: ꝛ dixit ei. Frater meus ſoluit me egrediẽs huc atq; illuc: et pro hoc ego affligor. Et rogabat eum ſenex dicendo. Equanimiter porta frater: et deus videns laborem ſuſtentationis tue reuocat eum ad te. Neq; eñ poſſibile eſt vt cũ duritia ꝛ auſteritate: facile ab intentione ſua aliquis reuocetur: quia nec demon expellit demonẽ: ſed magis benignitate eum reuoca ad te. Qm̃ et dñs deus noſter: conſolando ad ſe homines trahit. Et narrauit ei dicens. Quia fuerũt duo fratres in thebayda: ꝛ cum vn⁹ ex

bis in fornicatiōem cecidisset: dicebat ad alium. Reuertar ad seculū. Alter vero plorabat dicēs. Nō te dimitto frater discedere et pdere laborē tuū: et virginitatē tuā. Ille vero nō acquiescebat: dicēdo. Nō hic sedeo sed vado aut veni mecū: et iterū redibo tecū aut certe dimitte me: et pmanebo ī seculo. Vadēs aūt frater: nūciauit hoc cuidam seni magno. Dixit autem ei senex. Vade cū ipso: et deus illū p laborem tuum nō dimittet corruere. Qui psurgēs abijt cum eo ad seculū. Et cū puenisset ad quēdam vicū: vidēs de' laborem illius: q ex caritate et necessitate fratrē suū sequebat: abstulit cōcupiscentiā a fratre eius: et dixit fratri suo. Eamus iterū ad heremū frater. Ecce iam puto quia peccaui cū muliere quid lucratus sum ex hoc? Et reuersi sunt illesi in cellam suam.

¶ Frater quidā tentatus a demone: profect' est ad quēdam senē dicens. Quia illi duo fratres simul sunt: et male viuunt. Cognouit autem senex: quia a demone illuderetur: et mittens vocauit eos ad se. Et cū factum esset vespere: posuit mattā illis duob' fratribus: et cooperuit eos in vno lecto: dicens. Filij dei magni et sancti sunt. Dixit vero discipulo suo. Hunc fratrē claude in cella seorsum: ipse enim passionem quā illis obijcit habet in se. ¶ Frater quidā dixit seni. Quid facio q2 occidit me sordida cogitatio? Dixit ei senex. Mulier qn vult ablactare filiū suum: amarum aliquid superungit vberibus suis: et cū venerit infans ex consuetudine suggere lac: sentiens amaritudinem refugit. Mitte ergo et tu in cogitationem tuā amaritudinē. Dixit ei frater. Que est amaritudo quā debeo mittere? Dixit ei senex. Cogitationē mortis: et tormentorum que in seculo futuro peccatoribus preparantur.

¶ Frater quidā interrogauit senem de huiusmodi cogitatione: et dixit ei senex. Ego nūquā stimulatus sum de hac re. Et scandalizatus est in eo frater ille. Et abijt ad alium senem dicens. Ecce hoc mihi dixit ille senex: et scandalizatus sum in eo: quia supra naturam est quod dixit. Dixit ei senex: non simpliciter tibi dixit hoc ille homo dei: sed surge et vade: et penitentiam age apud eum: vt aperiat tibi virtutem sermonum suorum. Surrexit ergo ille frater et venit ad senem: agens in conspectu eius penitentiā: et dixit. Ignosce mihi pater: q2 stulte feci: nō dicens tibi vale discedens a te: sz obsecro te vt interpreteris mihi quomō nūquā sollicitatus sis a fornicatione.

Dixit ei senex. Quia ex quo factus sum monachus: non sum satiatus pane neq3 aqua: neq3 somno: et appetitu eorum quibus pascuntur alij: et crucians me nō permittebat sentire fornicationis stimulos et exijt frater ille proficiens ex relatione senis. ¶ Frater quidam interrogauit quendam senem dicēs. Quid facio: q2 cogitatio mea semper in fornicatiōe intēta est et nō me quiescere sinit vna hora: et affligitur ex hoc anima mea? Ille aūt dixit ei: quādo demones cogitationes in corde tuo seminant: et sentis hoc: non collocaris cum animo tuo: quoniam demonum est talia suggerere: et licet nō negligant hec immittere: tn non te torquent: in te est ergo et suscipere et non suscipere.

Sis autem quid fecerint madyanite: quoniā ornauerunt filias suas: et statuerunt eas in cōspectu israelitarum: non tamen alicui extorse sunt vt commiscerentur cum eis: sz qui voluerunt incurrerunt in eas. Alij autem cōminati sunt indignantes: et cum interitu eorum q presūpserāt: vlti sunt fornicationē ita agēdū ē et de fornicatione. Rūdens autē frater dixit. et qd faciā q2 fragilis sum et supat me passio hec? Ille aūt dixit ei. Intent' esto ad huiusmodi. Demones qn faciūt initiū loq in corde tuo: nō rn deas eis: sed surgens ora et age penitentiā dicēs. Fili dei miserere mei. Dixit aūt ei frater. Ecce meditor abba et non est cōpunctio in corde meo: q2 nescio virtutē verbi: et ille dixit. Et tu tantum meditare: audiui enim q2 dixit abbas pastor: sed et alij patres hoc verbum: qm incātator: virtutem verborum q dicit nescit: sed serpēs audit et scit virtutem eorum que incantātur et serpēs subijcitur incantanti et humiliat. Sic et nos qūuis ignoremus virtutem illorum verborum que loquimur demones tn audientes: terrent atq3 discedūt. ¶ Dicebāt quidā senes quia cogitatio fornicationis fragilis est velut papyrus. Si ergo iactat in nobis et non acqescētes pijciamus illā a nobis facile rūpitur: necessariū igitur est: vt sit discretio in cogitatōe qua agnoscam' q2 his q psētiūt eis nō sit spes salutis: illis autem qui non cōsentiunt reposita sit corona. Duo frēs ipugnati fornicatione abierūt et acceperūt vxores: postea aūt dixerūt adinuicē. Quid lucrati sum' quia deseruimus angelicū ordinem et venimus in immundiciam hanc: et post hec in ignem et tormenta venturi sumus. Redeamus igitur iterum ad heremum: et agam' penitentiā: de his q psumpsimus: et venientes ad heremum: rogauerunt

patres vt susciperent eos penitētes: ꝛ confitētes ea que gesserant: ꝛ clauserūt eos annū integrū senes: ꝛ ambob⁹ equaliter ad pensum dabantur panes: ꝛ ad mēsurā aqua sitr: erāt aūt visione consiſes: ꝛ dū cōpletū fuisset tp̄s pnie exierūt: ꝛ viderunt patres vnū palidum ꝛ tristē nimis: aliū vero robustum ꝛ clarū. et mirati sunt: qm̄ cibū et potū equaliter acceperant: et interrogauerunt eū ꝙ tristis et afflictus erat dicentes: qd exercitabaris cū cogitationibus tuis in cella tua? et ille dixit. Pro malis ꝙ feci penas in quibus venturus eram in aīo meo reuoluebā ꝛ pre timore adheserunt ossa mea carni mee. Interrogauerunt autē ꝛ aliū dicentes Tu qd cogitabas in cella tua? At ille respōdit gratias deo referebam ꝙ eruit me de inquinamento mundi huius: ꝛ de futuri seculi penis: et reuocauit me ad hanc conuersationē angelicā: ꝛ reminiscēs assidue dei mei letabar. et dixerūt senes. Equalis ē amboꝝ penitētia apud deū. ¶ Senex quidā erat in scithi: qui cum incurrisset in egritudinē magnā: seruiebant ei fratres. ꝛ videns senex qꝛ laborarēt dixit. Uado in egyptū: vt nō soluā fratres istos a laboribus suis: ꝛ dixit ei abbas Moyses: non vadas qm̄ fornicationē incursurus es. Ille autē contristatus dicebat. Mortuum est corpus meū ꝛ tu mihi ista dicis. Surgens ergo abijt in egyptum: quod cum audissent homines circunquaqꝫ habitantes: offerebant ei multa. Uenit etiam ad eū quedam virgo fidelis: volens obsequium suū seni illi infirmāti impendere: ꝛ post aliquantulum tēporis cū paululū de egritudine qua tenebatur melius habuisset: incurrit in eam. At ille concepit. Interrogata autē a vicinis locis vnde concepisset: illa respondit De sene illo. Illi autem nō credebant ei. Senex vero dicebat: ego hoc feci. Sed custodite infantem quem peperit: que cū genuisset puerum ꝛ ablactatus fuisset: tulit senex infantē in humeris suis: et die qua erat festiuitas magna in scithi occurrit ibi: et intrauit ecclesiam coram multitudine fratrum: illi autem videntes eum fleuerūt qui dixit fratribus. Uidetis infantem hunc? Filius est inobediētie. Cauete ergo vos fratres: eo ꝙ in senectute hoc feci et orate pro me: ꝛ pergens ad cellam suam ad initium prime conuersationis sue reuersus ē. ¶ Frater quidā temtatus est pessime a demone: in specie pulchrarum mulierum. Transformati nāqꝫ demones iugiter per quadraginta dieꝝ spaciū: perseuerauerūt pugnātes aduersus eū: vt traherēt eū ad turpē cōmixtionem. Illo autē viriliter reluctāte ꝛ minime superato: deus aspiciēs bonū ei⁹ certamen: donauit ei: vt nullū vltra calorē carnalis cōcupiscētie pateretur. ¶ Solitarius quidā erat in inferioribus partib⁹ egypti: ꝛ hic erat noīatissim⁹: qꝛ solus in ecclesia sedebat in deserto loco. Et ecce iuxta operationē sathane mulier quedā inhonesta audiens de eo: dicebat iuuenibus. Quid mihi vultis dare: et decipio istū solitarium vestrū? Illi autē constituerūt certū quid vt darent ei. Que egressa vespere: venit in cellam eius velut errans: et cū pulsasset ad cellā eius: egressus est ille: ꝛ videns eā turbat⁹ est dicens. Quomodo huc venisti? Illa aūt velut plorās dicebat: errādo huc veni. Qui cū miseratione viscerū pulsaret: introduxit eā in atriolū celle sue: et ipse intrauit interi⁹ in cellā suā: et clausit eā. Et ecce infelix illa clamabat dicens: Abba: bestie comedēt me hic. Ille autē iterū turbat⁹ est: timēs etiam iudicium dei dicebat. Unde mihi venit ira hec? Et aperiens ostiū introduxit eā intro. Cepit aūt diabolus velut sagittis stimulare cor eius in eā. Qui cū intellexisset diaboli esse stimulos: dicebat in semetipso. Uie inimici tenebre sunt: filius autē dei lux est. Surgēs ergo incendit lucernā. Et cū inflāmaret desiderio dicebat. Qm̄ qui talia agūt: in tormēta vadūt. Proba ergo teipm̄ et hoc si potes sustinere eternum ignē. Et mittebat digitū suū in lucernā. Quē cū incēdisset ardorē nō sentiebat ꝓpter nimiam flammā concupiscētie carnalis: ꝛ ita vsqꝫ mane faciēs incēdit oēs digitos. Illa autē infelix vidēs qd faciebat senex ille: p̄ timore velut lapidea facta ē. et veniētes mane iuuenes ad senē illū dicebāt. Uenit ne huc mulier sero? Ille autē dixit. etiā. ecce vbi dormit. et intrātes inuenerūt eā mortuā: et dicunt. Abba mortua est mulier. Tūc ille excutiens pallium suū quo vtebatur: ostēdit ei manus suas dicens ecce quid fecit mihi filia ista diaboli: perdiditqꝫ oēs digitos meos. et narrās eis qd factū fuerat dicebat. Scriptum est: ne reddas malum pro malo. et faciens orationem super eam: suscitauit eam. Que conuersa: caste egit residuū tempus vite sue. ¶ Frater quidam impugnabatur a fornicatione. Contigit autem eum venire in quendam vicum egypti: et videns filiam sacerdotis paganorū: adamauit eam: dixitqꝫ patri eius. Da mihi eā in vxorem. Ille autem respondens: dixit ei.

Non possum eam tibi dare: nisi interrogauero deum meuz. Et abiens ad demonem quē colebat: dixit ei. Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meam. Do eam illi? Et respondēs demon dixit. Si negat deum suum: et baptismum ⁊ propositum monachi: da eam ei. et veniens sacerdos dixit. Nega deum tuum ⁊ baptismum ⁊ propositum monachi: et do tibi filiam meam vxorem. Ille vero consensit et statim vidit velut columbam exire de ore suo: et volare in celum. Pergens autem sacerdos ad demonem dixit. Ecce promisit tria ista se facturum. Tunc respondens dyabolus: dixit ei. Non des ei filiam tuam in vxorem: quia deus eius non integre recessit ab eo: sed adhuc adiuuat eum. Et veniens sacerdos dixit. Non possum eā tibi dare vxorem: quia adhuc deus tuus adiuuat te: et non recessit a te. Hec audiens frater dixit in semetipso. Si tātam bonitatem ostendit in me deus: cum ego infelix negauerim ipsum: et baptismum ⁊ propositum monachi: bonus autem deus etiam si cum tam grande scelus commisi: nunc vsq; adiuuat me: cur ego recedam ab eo? Et in semetipsum reuersus ad sobrietatem mentis: et venit in heremum ad magnum quendam senem et narrauit ei rem que fuerat facta. Et respondens senex: dixit ei. Sede mecum in spelunca ⁊ ieiuna tres hebdomadas ꝯtinuas: ⁊ ego deū depcor ꝓ te ⁊ laborauit senex pro fratre illo: ⁊ deprecat⁹ est deū dicēs. Obsecro domine dona mihi animam hanc ⁊ suscipe penitentiam ei⁹. et exaudiuit orationem eius deus: et cum cōpleta fuisset prima hebdomada. Venit senex ad illum fratrem: et interrogauit eum dicens Aliquid ne vidisti? et respondens frater dixit Etiam. Vidi columbam sursum in altitudine celi: contra caput meum stantem. et dixit ei senex. Attende tibimetipsi: deprecare deum attente. Secunda vero hebdomada venit senex iterum ad fratrem: et interrogauit eum dicēs Vidisti ne aliquid? Et respondit. Vidi columbam venientem iuxta caput meum. Et precepit ei senex dicens. Sobrius esto mente et ora. Et completa tertia hebdomada: venit iterum senex ⁊ interrogauit eum dicens. Ne aliquid plus vidisti? At ille respondit dicēs Vidi columbam que venit ⁊ stetit super caput meum: ⁊ extendi manum meam vt tenerem illam: illa autem surgens intrauit in os meum: ⁊ gratias agens deo senex dixit fratri. Ecce suscepit deus penitentiam tuam: De cetero attēde temetipsum: ⁊ ego solicitus. Et respondens frater dixit. Ecce amodo tecum ero: donec moriar. ¶ Dicebat quidam de thebeis senibus: ꝙ ipse esset filius sacerdotis idolorū et cum prauulus sederet in templo et vidisset patrem suum frequenter ingredi: et sacrificia offerre idolo: et quia semel oculte post ipsum intrauerit ⁊ viderit sathanam sedentem ⁊ omnem militiam eius astantem ei. Et ecce vnus de principibus veniens adorauit eum. Cui diabolus ait. Unde venis tu? Et ille respondit. In illa prouincia eram: et suscitaui illic bella: et perturbationes plurimas: et effusionem sanguinis facient: et veni nunciare tibi. Et sathanas interrogauit eum. In quanto tēpore hoc fecisti? Et ille respondit: in triginta diebus. Et sathanas iussit eum flagellari dicens. Tanto tempore hoc fecisti? Et ecce alius veniens adorauit eum. et illi dixit. Unde venis tu? et respondit demon. In mari eram et suscitaui commotiones: et demersi naues: ⁊ multos homines occidens: veni nunciare tibi Et dixit ei sathanas. Quanto tempore hoc fecisti? At ille respondit. Sunt dies viginti: et hunc similiter iussit flagellari dicens quare in tantis diebus hoc solum fecisti? Et tertius venit ⁊ adorauit eum dicens. Dixit autem huic. Tu vnde venis? Et respondit. In illa ciuitate fui et dum ibi fierent nuptie excitaui lites: et multas effusiones sanguinis feci: insuper ⁊ ipsum sponsum occidi: ⁊ veni nunciare tibi: ⁊ dixit: in quantis diebus hoc fecisti? Et respondit decem. Iussit autem ⁊ hunc flagellari: tanꝙ moras fecerit. Venit autem et quartus demon adorare euz et dixit ei. Unde venis? Qui respondit in heremo eram: ecce quadraginta anni sunt ꝙ impugnaui monachum quēdam ⁊ vix nocte illa preualui: vt facerem eum fornicari. Quod dyabolus audiens surrexit: et osculatus est eum: ⁊ tollens coronam quem ipse habebat: posuit in capite illius: ⁊ fecit euz in vna sede consedere secum dicens. Magnam rem fortiter egisti. Hoc ego cum audissem ⁊ vidissem: dixi intra meipsum. Vere magnus est ordo monachorum: ⁊ egressus sum et factus suz monachus. ¶ Dicebant de quodaz patre: quia secularis fuisset: ⁊ postea conuersus: ⁊ de concupiscentia vxoris sue frequenter stimularet: ⁊ narrabat hoc patribus. Qui cum vidissent ꝙ operarius esset: ⁊ maiora faceret ꝙ ei dicebant imponebant ei tam multa: vt debilitaret corpus eius ita vt nec fugere posset. Deo au-

tem dispensante: venit quidam pater vt applicaret in scithi. Et cum venisset ad cellam ei⁹ vidit eam apertam: et pertransiuit admirans quomodo nemo egressus esset in occursu3 ei⁹ et reuersus stabat dicens. Ne forte frater qui in ea habitat infirmetur. Et cum pulsasset intrauit et inuenit eum nimium infirmum. et dixit ei. Quid habes pater? Et narrauit ei dicens. Ego de seculari vita sum: ꝛ sollicitat me modo inimicus in vxore mea: et narraui patribus et imposuerunt mihi conuersationis onera diuersa: et cu3 obedienter implere vellem: ecce defeci: ꝛ tamen stimulus crescit. Audiēs hoc senex contristatus est et dixit ei. Equide3 patres vt potentes viri: bene tibi imposuerūt onera quibus graueris: sed si me paruulu3 audis: iacta hec a te ꝛ sume parum cibi in tempore suo: et recoligens vires tuas fac aliquantulum operis dei: et iacta in domino cogitatū tuum: quoniam tu labore hanc rem non poteris superare. Corpus enim istorum velut vestimētum est. Si illud diligenter tractaueris stat: Si autem neglexeris illud putrescit. Qui cum audisset eum: fecit ita: et intra paucos dies recessit stimulus ab eo. ¶ Monachus quidam solitarius antiquus: et in conuersatione proficiens sedebat in monte in partibus antinoij: sicut audiuimus a notis monachis: cuius verbis ꝛ actu multi proficiebant. Et cum talis esset: excitatus est dyabolus ad inuidia3 contra eum: sicut et contra omnes viros virtutum: immisitq3 in animam eius cogitationem talem: vt ei qui in tali conuersatione esset: nō deberet seruiri ab alio aut ministeriu3 exhiberi: sed magis ipsum debere alijs ministrare. Quod si alijs non exhiberet ministerium: saltem sibijpsi seruiret dicens. Vende ergo in ciuitate sportellas quas facis: et eme tibi que opus sunt et reuertere ad locum tuum: ꝛ nulli sis onerosus. Hoc autem suggerebat ei dyabolus inuidens quieti eius: et oportune vacationi eius ad dominum: et vtilitati multorum Undiq3 enim inimicus venerari eum et capere festinabat: ille vero tanq̄ bone cogitationi acquiescens descendit de monasterio suo. Et quia erat omnibus admirandus: ignorans tamen huiusmodi insidias astutie: notus vero ꝛ famosus omnibus: a quibus videbatur existens: cum post longum tempus mulierem vidisset pro in cautela sua supplantatus est: ꝛ incurrit in eam. Et veniens in desertum sequēte dyabolo vestigia eius: cecidit iuxta flumen et cogitans quia inimicus gauisus est de ruina eius voluit seipsum desperare: maxime quia spiritum domini contristauerit: et sanctos angelos: et venerabiles patres: quorum multi etiam in ciuitatibus habitantes superauerunt dyabolum: et cum nulli horum se similem facere posset: contristabatur valde: et non recordabatur: quia deus est qui virtutem tribuit his: qui ad eum deuotissime conuertuntur. Cecatus vero et non videns peccati sui curam: voluit se in flumen illud iactare: vt perfectum gaudium faceret inimico: et ex multo animi dolore infirmatus est corpore: ꝛ nisi postea misericors deus auxilium prestitisset ei: ad perfectum gaudium inimici sine penitentia moreretur. Nouissime autem in se reuersus cogitauit maiorem laborem in afflictione penitentie demonstrare: et supplicare deo in fletu et luctu: et ita redijt iterum ad monasterium suum. Et damnans ostium cellule sue: sicut solet super mortuu3: ita flebat supplicans deo. Ieiunans autem et vigilans cum omni anxietate extenuauit corpus suum: et nec sic satisfactum putabat in animo suo: q̄ congrue penituisset. ¶ Fratribus autem ad eum sepius venientibus vtilitatis causa et pulsantibus ostium ipse dicebat non posse se aperire: dicendo: sacramēto me constrinxi: vnum annum deuote me penitentiam agere: sed orate pro me. Nec eni3 inueniebat quomodo ei se excusaret quoniam illi scandalizabantur: hec audientes de eo: quia erat apud illos honorabilis: et magnus valde monachus: sed fecit totu3 anni intente ieiunans: et deuote penitentiam agens. Die autem pasche: ipsa nocte resurrectionis dominice: tollens lucernam nouam et reficiens eam: posuit in cacabo nouo: et cooperiens cooperculo: surrexit ad orationem dicens. Misericors et miserator deus: qui et barbaros saluare vis: et ad veritatis tue agnitionem venire ad te confugi fidelium saluatorem miserere mihi: quia te plurimum exacerbaui: et inimicum gaudere feci: et ecce mortuus sum obediens ei. Tu domine ꝛ impijs: ꝛ his qui sunt sine misericordia misereris: sed et proximis misericordiam impendi precipis: miserere humilitati mee: apud te enim nihil impossibile est: quoniam secus infernum: dissipata est sicut puluis anima mea. Fac misericordiam quia benignus es ꝛ misericors figmento tuo: q̄ ꝛ corpa que non sunt: in die resurrectionis suscitaturus es. Exaudi

me dñe: qz deficit spirit⁹ meus: et infelix aīa mea tabefacta est: etiā ꝛ corpus meū qđ coinquinaui: ꝛ iam viuere nō valeo: ꝓ eo ꝙ non credidi. Ignosce peccatū ꝑ pniam: duplex habens peccatum et desperatione. Uiuifica me cōtrituꝫ ꝛ igne tuo precipe hanc lucernā accendi: vt ꝛ ego accipiēs fiduciam mie ꝛ indulgentie tue residuo tpe vite mee: quod mihi donauerꝭ mandata tua custodiā: ꝛ a timore tuo nō recedam: sed deuote seruiā tibi oībus diebus vite mee. Et hec in nocte ipsa resurrectionis cum multis lachrymis dicens: surrexit vt videret si accensa esset lucerna. Et detecto cacabo: vidit ꝙ nō esset accēsa: ꝛ cecidit iteꝝ in faciē suā rogans deum et dicens. Scio domine qz certamen factum est: vt coronarer ꝛ non in pedibus steti: eligens ꝓpter carnis delectationeꝫ tormentis impiorum addici. Parce mihi dñe ecce enim iterum confiteor tue bonitati turpitudinem meam coram angelis tuis et corā iustis oībus: et nisi quia scandalizari possent: oībus etiā hoībus confiterer. Deus meus miserere mei: vt ꝛ alios erudiam domine viuifica me. et ita tribus vicibus orans exauditus est: et surgens inuenit lucernaꝫ ardentem clare: et exultans confortat⁹ est in spe: admirabatur ꝙ de dei gratia qui ita ꝛ de peccatis eius indulsit: ꝛ satisfecit iuxta petitionē eius: ꝛ aīmū ipsius et dicebat. Gratias tibi ago domine: qz etiam vite seculi huius mihi indigno misert⁹ es in magno ꝛ i nouo signo hoc peccatorib⁹ fiduciā tribuens. Parcis enim ꝛ misereris aīabus quas creasti. Ita autem perseuerante eo in confessione illuxit dies et letabatur in dño oblitus cibi corporalis. Ignē autē lucerne il li⁹ toto tpe vite sue seruauit: oleū sub inde infūdens: ꝛ faciens desuꝑ: quo minus extingueretur. Et ita rursus diuinus spūs habitauit ī eo et factus est apud oēs insignis hūilitatē exhibens in confessione ꝛ actione gratiaꝝ dño cū letitia. Cui etiaꝫ ante aliquot dies mortis sue reuelatum est de transitu suo.

Explicit liber contra fornicationem
Incipit liber ꝙ monachus nihil
debet possidere.

FRatres quidaꝫ renunciens seculo ꝛ dans q̄ habebat pauperibus: retinens autē pauca in sua ratione venit ad beatū Antoniū: qđ cū agnouisset senex dixit ei. Si vis monach⁹ fieri: vade in illum vicum et eme carnes ꝛ impone corpori tuo nudo ꝛ sic veni huc. Et cū sic fecisset frater ille veniebant aues ꝛ canes: et corpus eius lacerabant. Cū aūt peruenisseꝫ ad senē interrogabat si fecisset qđ ei dixerat. Illo aūt ostendente corpus suū laceratū. Dixit sanctus Antonius. Qui renunciant seculo et volunt habere pecunias: ecce ita impugnati a demonibus discerpūt. ¶ Narrauit abbas Daniel de beato arsenio: qz venit aliqñ magistrianus deferens ei testamentū cuiusdā senatoris parentis eius: qui relinquerat ei hereditateꝫ magnā valde ꝛ accipiens testamentū voluit illud scindere: magistrianus aūt cecidit ad pedes eius dicens. Deprecor vt non scindas illud: qz amputabitur mihi caput. Et dicit ei arsenius. ego prius mortuus sum ꝙ ille: ipse autē q̄ mō mortu⁹ est quō fecit me heredē: et remisit testamentuꝫ nihil accipiens. Egrotauit aliquādo memorat⁹ abbas arsenius in scithi: et opus habuit in necessitate sua vsqꝫ ad vnā siliquaꝫ nūmos: ꝛ cum nō inueniret accepit a quodā velut elemosynā ꝛ dixit. Gratias tibi ago dñe qz me dignū fecisti pro nomīe tuo ad hoc peruenire: vt egens elemosynā postularē ¶ Narrauerunt de abbate Agathone quia lōgo tpe cellaꝫ sibi cū suis discipulis fabricaret Quā cū ꝑfecissent et cepissent illic habitare: vidit in ipsa prima hebdomada quoddā nōxium sibi: et dixit discipulis suis: illud quod dominus dixerat discipulis suis. Surgite eamus hinc. Discipuli autem eius contristati sunt valde dicentes. Si omnino voluntatem habebas migrandi hinc: vt quid tanto labore sustinuimus edificantes longo tpe cellam? Incipiēt aūt homines scandalizari in nobis et dicere. Ecce iterū migrant nusq̄ sedentes. Ille autē cū eos vidisset pusillanimes effectos dixit eis Et si scandalizantur: sed iterum sunt alij qui edificentur: et dicant. Beati sunt isti qui propter deum migrauerunt et sua omnia contempserunt. Ueruntamen dico vobis qui vult venire mecum veniat: quia ego interim vado. Illi autem prostrauerunt se in terram: rogantes vt concederet eis secum abire. ¶ Dixit abbas euagrius fuisse quendam fratreꝫ qui nihil habuit de substantia sua nisi tantum euangeliuꝫ et ipsum vendidit in pauperum nutrimentuꝫ dicens quoddam verbum: quod memorie dignum est cōmendari. Ipsum verbum inquit vendidi quod iubet: vende omnia que habes ꝛ da pauperib⁹. ¶ Abbas theodorus cognomento firme: habebat tres codices bonos: ꝛ cū ve-

uiſſet ad obbatem Machariuȝ dixit ei. Quia habeo tres codices: ⁊ proficio ex lectione eoꝝ sed ⁊ patres petunt eos ad legendum: vt ⁊ ipi proficiāt. Dic ergo mihi quid debeo facere? ⁊ respondit senex dicēs. Boni sunt quidē act⁹ sed maius est nihil possidere. Quod cum audisset: abijt ⁊ vendidit memoratos codices: et dedit indigentibus precium eorum. ¶ Narrauit quidam patrum: de abbate Johanne persa quia ex multis virtutibus suis ad ꝓfundā simplicitatem atq; innocētiā venerit. Hic autem habitabat in arabia vicina egypti: ⁊ mutuauit aliquando a fratre quodā solidum vnū ⁊ emit linuȝ vt operaretur: ⁊ venit alius frater rogās eum et dicens. Dona mihi abba aliquantulum lini vt faciam mihi vestimentum quo vtar. Et dedit ei cum gaudio. Similiter alter veniens rogauit eum vt daret ei aliquantulum lini: vt faceret sibi tegumentum: et dedit ei: et multis alijs petentibus: dabat similiter cum gaudio. Postea vero venit dominus solidi quem mutuo acceperat: volēs accipere qđ mutuauerat ⁊ dixit ei senex. Ego affero tibi eum: ⁊ cum nō haberet vnde redderet: abijt ad abbatem Jacobum dispensatorem: vt rogaret eum: vt daret ei solidum. ⁊ dum iret inuenit in terra iacētem solidum: et non tetigit eum: et fecit orationem ⁊ reuersus est in cellam suam. et venit iterum frater ille: ⁊ cepit ei molestus esse ꝓ solido; ⁊ dixit ei. ego reddam tibi. Et abijt iteruȝ senex: et inuenit solidum in terra vbi erat prius: ⁊ rursus facta oratione reuersus est in cellam suam: ⁊ ecce frater iterum cepit molestus esse ei. ⁊ dixit senex. Adhuc semel expecta me ⁊ affero tibi solidum tuum: et surgēs venit ad illum locum ⁊ inuenit ipsum solidū ibi. ⁊ facta oratione tulit eum ⁊ venit ad abbatem Jacobū et dixit ei. Abba cum venirē ad te: inueni hūc solidum in via: ostende ergo caritatem ⁊ predica illum: ne quis ꝑdidisset eū: ⁊ predicauit abbas ⁊ nemo ē inuentus qui perdidisset solidū illum. Tunc ergo dixit senex abbati Jacobo. Si ergo eum nemo perdidit: da eū illi fratri: quia ipsi debeo soliduȝ: ⁊ cū venirē ad te: vt tu mihi solidū prestares: et redderē debitum: inueni eum in via. et miratus est abbas Jacob⁹ quomodo compulsus pro debito inuenisset: ⁊ non statim tulisset eū: ⁊ reddidit solidū illi fratri: et hoc mirabile erat de ipso: quia si veniebat quis mutuū petere aliquid ab eo: nō ꝑ seipsum dabat sed dicebat fratri: mutuū postulanti vade tolle tibi ipsi quod opus habes: ⁊ quādo referebat ei: qđ mutuū accepisset: dicebat ei. Repone illud iteȝ in locū vnde tulisti. Si autem nihil referebat ille q̄ mutuuȝ acceperat: senex nihil dicebat ei. ¶ Narrauerūt quidā patrū: quia venerat aliqñ frater aliqs in conuentum cellarū coram abbate Isaac vestitus modico cucullo. Et dixit ei abbas Isaac. Hic monachorū est habitatio: tu autē secularis es et non poteris hic esse. Dicebat autē fratrib⁹ abbas Isaac. Patres nostri ⁊ abbas pambo vetustis et de multis ptib⁹ vtebanť resarcitis vestib⁹: nunc autē preciosis vestib⁹ vtimini. Discedite hinc: desertastis eñ locū hunc. Qñ autem profecturi erāt ad messeȝ: dicebat eis. Jā vobis nulla mādata dabo: qm̄ nō obseruatis. ¶ Dixit abbas Cassian⁹. Q; sincletius aliqs noie: cuȝ renūciasset seculo: ⁊ facultates suas paupib⁹ diuidēs: aliq̄ sibi retinuisset ad ꝓprium vsuȝ: nolens ꝑfecte ex oībus renunciātiū humilitateȝ: et cōis monasterioꝝ vite suscipe regulam: ad quē sancte memorie pater Basilius hoc dixit. Et senator esse desisti: ⁊ monachuȝ te non fecisti. ¶ Dixit quidā frater abbati pistāmodi. Quid faciā: quia duruȝ mihi est vendere: qđ manib⁹ meis laboro? Et respondens senex dixit. Quia abbas sysois ⁊ ceteri vendebant opus manuū suaruȝ. Hoc eñ non ledit: sed qñ non vēdis: semel dic preciū speciemq; quā tradis: ⁊ si vis relaxare modicū precij in te est: sic eñ requiē inuēies. Iterū dixit ei frater. Si habeo qđ sufficiat necessitatib⁹ meis aliunde: videtur tibi: vt non cogitē de labore manuū? Rñdens senex dixit. Quantum vis habeas: tamen nō negligas opari: ⁊ quantum potēs: fac tm̄ non cōturberis aīo. ¶ Frater interrogauit abbateȝ Serapionē dicens. Dic mihi vnū verbū. Dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere? Tu tulisti ea q̄ erant viduarū: ⁊ orphanorū: et posuisti in fenestra. viderat eñ eā codicibus plenā. ¶ Interrogata est: beate memorie sincletice: si ꝑfectū bonū esset nihil habere. At illa dixit: ⁊ valde bonū est his qui possunt. etem̄ hi qui tolerare possunt: tribulationem quidē carnis hñt: sed aīe requiē possident: qm̄ sicut fortia vestimenta dū calcantur et pedibus sepius reuersanť atq; candidanť: ita fortis anima per voluntariaȝ paupertateȝ amplius cōfirmať. ¶ Dixit abbas hisperici⁹. Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Thesauriza ergo tibi frater in celo: quia ad requiescendum ibi sine fine sunt secula. ¶ Erat quidaȝ sanctorū phylagrius nomine.

Hic habitabat in hierosolymis: et laborabat operando vt pane tantum non egeret. et dum staret in platea: volens vendere quod manib⁹ suis fuerat operatus: contigit vt caderet cuidā sacellus cum solidis mille; ⁊ inueniens eū senex: stetit in eodem loco dicens. Necesse est modo eum qui perdidit huc venire. et ecce veniebat qui perdiderat plorans: et tulit eū seorsum ⁊ reddidit illi sacellum suum. Quem ille rogabat: ⁊ acciperet aliq̄ partem ex eo: sed senex nullatenus acquieuit. Tunc ille cepit clamare ⁊ dicere. Uenite ⁊ videte hominem dei: ⁊ quod fecit. Senex autē occulte fugiens: exiuit de ciuitate ne agnosceretur de eo quod fecerat ⁊ honorarent eum. ¶ Interrogatus ē senex quidam a fratre: quid faceret vt saluus esset. Ille autem expolians se vestimēto suo cinxit lumbos suos atq̄ extendens manus suas dixit. Sic debet nudus esse monachus ab omni materia seculari: ⁊ crucifigere se aduersus tentationes atq̄ certamina mundi. ¶ Quidā frater rogauit senem quēdam: vt acciperet pecunias suis necessitatibus profuturas. Ille autem nolebat: vtpote qui opere manuum suarum esset sibi sufficiens. Sed dū ille persisteret obsecrando: vt saltem pro indigentium necessitate susciperet: respondit senex ⁊ dixit. Duplex mihi opprobrium est: quia ⁊ cū non indigeam: accipio: ⁊ aliena tribuēs vanā gloriā colligo. ¶ Uenerunt aliquando quidā grecorum: vt darent elemosynam in ciuitate ostracē ⁊ assumpserunt sibi iconomos ecclesie: vt ostēderent eis quis necessitatem maiorem haberent. Illi autem duxerunt eos ad quendam leprosum ⁊ dederunt ei. Ille autem nolebat accipere dicēs. Ecce modicas palmas habeo q̄s operor: ⁊ facio plectas: et ex eis manduco panem: iterum duxerunt eos ad cellam vnius vidue: que erat cum filijs suis. Et cū pulsarent ad ostium: cucurrit filia eius ad ostium nuda. Mater autē eius abierat ad quoddā op⁹ erat enim candidatrix. Et dabāt filie eius vestimētum ⁊ nummos. Illa autem nolebat accipere: dicens venisse matrem suam: ⁊ dixisse sibi confide: quia voluit deus ⁊ inueni opus quod faciam hodie: vnde sumamus victum nostrū. Et cū venisset mater ei⁹ rogabāt eā vt acciperet ⁊ noluit dicens. Ego habeo curatorē me deū ⁊ vos cū vultis tollere a me hodie. Illi autem cognoscentes fidē eius: glorificauerunt deū ¶ Uenit quidā vir magn⁹ ignot⁹ portās aurū in scithi ⁊ rogabāt presbyterū heremi: vt aurū illud erogaret fratribus. Dixit aūt presbyter Non opus habent fratres. Et cū nimis vehemēs eēt: et non acquiesceret: posuit sportā cū solidis in ingressu ecclesie. Et dixit p̄sbyter: q̄ op⁹ hz: tollat illud sibi: ⁊ nemo tetigit quidā: etiā nec aspexerūt. Et dixit ei senex: suscepit de⁹ oblationē tuā: vade ⁊ da illud pauperib⁹: ⁊ valde edificat⁹ discessit. ¶ Obtulit q̄dā frater seni pecuniā dicens ei. Habe hanc pecuniam ad expēsas tuas: quia senuisti ⁊ infirmus es. Erat enim leprosus. Hic autem respondēs dixit. Tu post sexaginta annos venisti auferre a me nutritorē meū. Ecce tantū tēpus hūs in infirmitate mea: nihil indigui deo tribuēte et pascēte me: ⁊ nō acquieui accipe. ¶ Narrauerūt senes de quodā ortulano: quia laboraret: ⁊ oēs laborē suū expēderat in elemosynā: ⁊ tantū sibi retineret: q̄tū ad victū ei⁹ sufficeret. Postea vero sathanas immisit in cor eius dicēs Collige tibi aliquantulā pecuniam: ne cum senueris: aut egrotaueris opus habeas ad expēsas. Et collegit ⁊ impleuit lagenā de nūmis. Cōtigit autē eū infirmari ⁊ putrescere pedem eius: et expēdit q̄d collectū fuerat in medicos et nihil ei prodesse potuit. Postea vero venit quidā de expartis medicis ⁊ dixit ei. Nisi inciderit pedem tuum putrefiet. Et constituerūt vt inciderēt ei pedem. Illa autē nocte rediēs in semetipsum: ⁊ penitentiam agens de his q̄ gessit: ingemuit ⁊ fleuit dicens. Memor esto dn̄e operū meorū prior: que faciebā cū labore in ortu meo: et quo pauperibus ministrabam. Et cum hoc dixisset stetit angelus domini ⁊ dixit ei. Ubi sunt nummi quo colegisti? Et vbi ē spes tua de qua tractasti? Tunc intelligens dixit. Peccaui domine ignosce mihi: ⁊ amodo vlterius hoc non faciam. Tunc angelus domini tetigit pedē eius ⁊ sanatus est: statimq̄ exurgēs abijt in agrum operari. Uenit ergo medicus scd̄m tempus constitutum cum ferramentis vt secaret pedem eius: ⁊ dicunt ei. Exijt mane operari in agrum. Tunc admirās medicus perrexit in agrū vbi operabatur frater ille: ⁊ videns eum fodientem terram glorificabat deum: qui reddiderat ei talem sanitatem. ¶ Frater interrogauit senem quendā dicens. Uis teneam mihi duos solidos propter infirmitatem corporis. Uidens autem senex cogitationem eius: quia vellet tenere dixit ei. Etiam. Et vadens frater in cellam suam: conterebatur in cogitationib⁹ suis dicēs. Putas verum mihi dixit senex an non? Et surgēs ite

rum venit ad senem agens penitentiā & rogās eum dicens: propter deum dic mihi veritatem q: affligor cogitationibus meis: ppter duos solidos. & dixit ei senex. Quia vidi te voluntatem habere retinendi eos: dixi tibi, vt teneres verumtamen non est bonum tenere plus q̄ op⁹ est corpori. Si ergo duos solidos retinueris: in ipsis inuenietur spes tua: & si contigerit vt pereant: deus iam non cogitat de nobis. Cogitationem ergo nr̄am iactemus in domino: quoniam ipsi cura est de nobis.

¶ Explicit liber de eo q monachus nihil debeat possidere.

¶ Incipit liber de patiētia siue fortitudine.

SAnctus abbas antoni⁹ cum sederet aliqn̄ in heremo: anim⁹ eius tedium: & cōfusionē cogitationū incurrit et dicebat ad dominum. Domine volo saluus fieri: sed nō permittunt me cogitatiōes mee. Quid facio in hac tribulatione: aut quomodo saluus ero? Et modice assurgens: cepit foras exire: et vidit quendam tanq̄ seipsum sedentem atq; operātē: deinde surgentem ab operibus & orātē: & iterū surgentem & plectā de palmis facientē: inde rursus ad orationē surgētem. Erat aūt angelus dn̄i missus ad correptionē & cautelam dandā Antonio: et audiuit vocem angeli dicētis. Sic fac & saluus eris. Ille autem hoc audito: magnum sumpsit gaudium atq; fiduciam & ita faciens: salutem quaz querebat inuenit. ¶ Frater interrogauit abbatem agathonem dicens: mandatum mihi venit: & est mihi pugna grauis in loco in quo est ipsum mandatum. Volo ergo propter ip̄m mandatum pergere illuc: & pauesco bellum. Dixit abbas ammonas. Q: quattuordeciz annos fecerat i scithi: deprecās deū die ac nocte vt daret ei virtutem superandi iram. ¶ Dixit abbas Bisariō. Quia quadragita noctes mā serit inter spinas stans et nō dormierit. ¶ Frater quidam sedens singularis turbabatur et p gens ad abbatem theodorū de firme: dixit ei. Quia turbaretur. Senex autem dixit ei. Vade humilia mentē tuā & subde te & habita cum alijs. Abijt autē in mōtē & māsit cuz alijs: & reuersus postea ad senez dixit ei. Nec cum alijs hominib⁹ habitās quietē inuenio. Et dixit ei senex. Si solitarius nō quiiscis: neq; cū alijs: cur voluisti te monachū facere? Nonne vt sustineas tribulatiōes? Dic aūt mihi: quot ānos habes in isto habitu? Et dixit ei. Octo. Et dixit ei senex. Crede mihi. Ego habeo in isto habitu septuaginta annos: & nec vna die potui requiez inuenire: & in octo annis vis requiē habere? ¶ Interrogauit aūt eum iteꝝ frater qdā dicens. Si fiat subito sonitus ruine alicuius: fit ne timor ibi abba? Et dixit ei senex. Si celum terre adhereat: theodorus non formidat. Poposcerat enim precibus a domino: vt auferretur ab eo formido: ppterea interrogauit eū frater. ¶ Dicebant de abbate Theodoro & beato Lucio de nono alexandrie: quia fecerunt quinquaginta annos seducētes animos suos et dicentes transacta hyeme ista: migrabimus hinc: & iterum quando fiebat estas dicebant. Quia transacto estiuo: discedimus hinc: et sic faciebant toto tempore cōuersationis sue: semper reminiscendo patres. ¶ Dicebat abbas pastor de abbate iohanne breui statura: quia rogauerat deum: vt tolleret ab eo omnes passiones & fieret securus: et veniens dixerit cuidā video me quietum & nullā habentē pugnā. Et dixit ei senex. Vade et roga deuz: vt iubeat in te moueri pugnam: qm̄ pugnando proficit aīa Et cum redisset pugna vlterius non orauit: vt auferretur ab eo sed dicebat. Domine da mihi tolerantiam sustinendi has pugnas. ¶ Venit abbas macharius maior ad abbatem Antoniū in montem. Et cum pulsasset ostium exiuit ad eum et dixit ei. Tu quis es? Et ait ille. Ego sum Macharius. Et claudens ostium intrauit et dimisit euz foris. Et cum vidisset postea patientiam eius: aperuit ei: et congaudens ei dicebat: multum tempus est et quo videre te desiderebam audiens de te. Et exhibēs ei hospitalitatem: refecit eum. Erat enim de multo labore fatigatus. Vespere autez facto infudit sibi abbas Antonius modicas palmas. Et dixit ei abbas Macharius. Da mihi: vt et ego infundam quod operer. Ille autem dixit. Nō habeo plus: et faciens fasciculum maiorem infudit eum: et sedentes sero et colloquentes de vtilitate animarum: faciebant flectaz: & ipa flecta descendebat per fenestram in speluncaz et ingrediens mane sanctus Antonius: vidit collectionem flectarum abbatis sancti Macharij: et admiratus est. Et osculans manus eius dicebat. Multa virtus de istis manibus egreditur. ¶ Descendit aliquando ipse Macharius de scithi: ad locum qui dicitur therenuthin: et intrauit dormire in monumentum: vbi erant antiquitus sepulta corpora paganorum: et traxit vnum corpus sub

caput suū tanq̄ plumatiū de scripo demōes autē videntes fiduciaʒ eius torquebantur: et volentes terrere eū: vocabāt quandā mulierē dicentes. Nōna veni nobiscū ad balneuʒ: ꝛ alter demon de subipō tanq̄ ex mortuis illis respondit dicens. Peregrinuʒ quēdaʒ habeo super me: nō possum venire: senex aūt non expauit: sad cōfidens tundebat corpus illud dicēs Surge ꝛ vade: si potes. Qd cū audissent demones clamauerunt magna voce dicentes. Vicisti nos: ꝛ fugierunt confusi. ¶ Dicebat abbas mathois. Volo aliquid leue opus: ꝛ continuo cogito q̄ graue ꝛ q̄ cito finitur. Narrauerūt de abbate myleto q: cū habitaret aliquādo cū duobus discipulis suis in finib⁹ psaruʒ exierunt duo filij imperatoris scd̄m consuetudinē in venationē et miserunt retia p longū: p miliaria q̄dragintavt quodcūq̄ intra retia inueniretur occiderent. Inuentus aūt senex cū duobus discipulis suis iuxta retia: ꝛ cū vidissent eū pilosum ꝛ terribileʒ aspectu: admirati sūt ꝛ dixerunt ei. Homo es an spiritus aliquis. Dic nobis: ꝛ dixit eis. Homo sum peccator: et exiui flere peccata mea ꝛ adoro filium dei viui. Illi autem dixerunt ei: non est alius deus: nisi sol ignis et aqua: ipsos adora et sacrifica eis. Et ille respondens ait. Iste res creature sunt: ꝛ erratis: sed obsecro vos: conuertimini et agnoscite deum verum: qui ꝛ ista creauit: ꝛ cetera omnia. Illi autem deridentes dixerūt. Condemnatum et crucifixum dicis esse verū deum. Et ille respondit. Etiam ipsum qui crucifixit peccatum: ꝛ qui occidit mortem hūc dico esse verū deum. Illi aūt tam ipsi q̄ fratrib⁹ qui cū eo erant inferebant tormenta: et cogebant eos sacrificare. Et duos quidem fratres post plurima tormenta decapitauerunt: seneʒ autē diebus multis torquebant. Postea vero statuerunt eum in quodā loco: ꝛ sagittabāt in eū quasi in signuʒ: vnus a dorso: et alius a pectore. Et dixit eis senex. Quoniam facti estis ad consensum in vnū: vt effundatis sanguinē innocentem crastina in momento hac hora q̄ modo est: sine filijs remanebit mater vestra: ꝛ priuabitur aspectu vestro: ꝛ proprijs sagittis sanguinem vestrum inuicem effundetis. Illi autem subsannantes verba eius: exierunt in crastinum: vt venerarētur. Et contigit vt euaderet de retibus eoꝝ vn⁹ ceruus: ꝛ ascēderūt equos ꝛ currebant vt comprehenderent ceruum. Qui cum iactassent sagittas post ipsum inuicem se peremerūt: ꝛ mortui sunt iuxta verbum quod predixerat senex. ¶ Dixit abbas pastor. q: signū monachi in tētationib⁹ apparet. ¶ Dixit iteꝝ qui supra q: Isidorus presbyter in scithi allocutus sit aliquando plebeʒ fratrū dicens. Fratres: nunquid nō ad laborandum venimus in hunc locū: ꝛ nunc video quia nullus hic labor est. Ego igit̄ collecta plebe mea vado vbi est labor: ꝛ ibi inueniā requiē. ¶ Dixit sancta sincletice. Si in monasterio cū alijs conuersaris nō mutes locuʒ: lederis eñ oīno si facias hoc: etenī si galina derelinquerit oua sua fota: sine pullis ea exire faciet: ita monachus vel virgo frigescit: ꝛ mortificatur in fide de loco ad locuʒ transeundo. ¶ Dixit iterū aliud quia diabolus cū p stimulos paupertatꝭ non mouerit diuitias adhibet ad seducenduʒ et duʒ per contum[illegible] ꝛ opprobria non preualet: laud[illegible] ꝛ glo[illegible]dhibet. Si autē facietatē corporis immittit: ꝛ cū delectationibus seducere nō pōt p molestias que cōtra votū eueniūt aīam conatur euertere: Infirmitates eñ quasdā graues immittendo aduersus euʒ quꝭ tēptandus est adhibet ꝛ per eas pusillanimes faciens monachos: conturbat caritateʒ eoruʒ quā habent ad deū. Sed q̄uis concidatur corpus et febribus validis inflammetur: insuper etiam si intollerabili siti affligatur: siquidem peccator es qui hec sustines: recordare futuri seculi penas ꝛ eternū ignem: ꝛ indicibilia tormenta: ꝛ ita non deficies ad ea que in presenti contingunt: insuper ꝛ gaude: quia visitauit te deus: et ideo famosissimū illud dictū in lingua habeto castigans castigauit me dominus et morti non tradidit me. Si ferum es: per adbibitum tibi ignem amittis eruginem. Qd si iustus es et hec pateris: de magno ad maiora promoueris. Aurum es: sed per ignem pbatior eris. Datus est tibi āgelus sathane stimulus carnis tue: exulta: vidēs cui similis fact⁹ es. Pauli enim apostoli simile donū accipere meruisti. Si febribus si rigore frigoris castigaris: memor esto qd̄ scriptura dicit. Transiuimus per igneʒ et aquā residuum est quod seq̄tur vt introducamur in refrigeriuʒ. Obtinuisti primū expecta secundum: agens que virtutum sunt: clama verbis prophete dicētis. pauper et inops et dolens ego sum. Perfect⁹ eñ eris: per hm̄oi tribulationē trinitatis. Ait ei In tribulatione dilatasti me. In his ergo maxime exercitijs animas nostras, pbemus: ante oculos eñ habemus aduersarium nostrum. ¶ Dixit iteꝝ: si infirmitas molesta nobis fue-

rit:non contristemur tanq̃ qui ꝑ infirmitatẽ ac vulnere corporis non possum⁹ stare ad orā dum:aut ad psallendum. Hec eñ nobis oīa ꝑ destruendis corporeis desiderijs necessaria sunt:quoniam ieiunia ⁊ labores propter turpes delectationes nobis constituta sunt. Si ḡ egritudo ista retundit superflua de his obseruandis oratio est. Sicut enim magno et forti medicamine egritudo: ita egritudine corporis vitia reciduntur. Hec est magna virtus quando in infirmitatibus tolerantia fuerit ⁊ ꝑ gratiarum actionẽ mittitur ad deum. Si amittamus oculos:non feramus grauiter:extollẽtie eñ instrumentũ amisimus:sed interiorib⁹ oculis gloriam domini speculemur. Surdi si fuerimus non curemus:q: auditum vanum amisimus. Manus nostre ex aliqua passione debilitate sunt sed interiores paratas habemus. Aduersus tentationes inimici:infirmitas totum corpus nostꝝ tenet:sed interiori homini nostro sanitas crescit. ¶ Dixit iterũ qui supra Qui in seculo isto aliqua crimina cõmiserunt etiam nolentes mittuntur in carcerem: ⁊ nos pro peccatis nostris redigamus nosmetipsos in custodiam:vt voluntaria mentis nostre vindicta futuras a nobis penas amoueat. Si ieiunas: non tibi inuenias occasionem dicendi quia exacerbatus egritudinez incurristi:quoniam et qui nõ ieiunant: similes egritudines incurrunt. Incohasti aliquid boni non reuoceris per impedimenta inimici quoniaȝ ipe inimicus patientia tua destruetur. Etenim q̃ nauigare ceperint primo pandentes vela: prosperum ventum inueniunt:postea autem si cõtrarius eis ventus occurrerit: non mor ĩcursu contrarij venti aut exonerant:aut deserunt nauem:sed paululum sustinentes:aut pugnã tes aduersus ꝑcellam iterum rectum cursum inueniunt. Ita ergo et nos contrarium spiritum incurrentes:crucem pro velo erigamus: et sine periculo seculi istius nauigiũ explicabimus. ¶ Dicebant de beate memorie virgine Sara.q̃ supra alueũ fluminis sexaginta ã nos habitauerit:et nunq̃ inclita sit vt flumen ipsum aspiceret. ¶ Dixit abbas Iperci⁹:hymni spiritales sint ĩ ore tuo ⁊ meditatio assidua subleuet pondus tentationum superuenientium tibi. Huius enim rei exemplum manifestum est. Naȝ sarcina alicuius oneris viator pregrauatus: flando et respirando oneris et vie paulatim laborem imminuit. ¶ Dixit iterũ qui supra oportet aduersus tentationes armari: quoniam modis omnibus perueniunt: sic eñ superuenie ıtibus probati apparebimus. ¶ Dixit quidam senex. Si venerit homini tentatio:vndiq̃ ei multiplicantur tentationes:vt pusillanimis fiat:et murmuret. ¶ Et narrauit senex ita. Frater quidam erat in cella ⁊ venit super eũ tentatio et siquis eũ videbat: nec eũ salutare volebat:neq̃ in cellaȝ recipere. Et si opus hẽbat panem ei nemo mutuauit:et si de messe veniebat nemo eũ sicut erat cõsuetudo: vt reficeret inuitabat. Venit aũt semel in messe per cauma:⁊ ne panes habuit in cella sua:⁊ in omnibus his gratias agebat deo: videns autẽ deus patientiaȝ eius abstulit bellum tentationis ab eo. Et ecce quidaȝ statiȝ ostiuȝ ei⁹ pulsauit:trahens camelum onustum pane ab egypto. Quod cũ vidisset frater ille cepit flere dicens. Domine non sum dignus vel modice tribulari. Et cũ transisset tribulatio eius:tenebant eum fratres in cellis suis:⁊ in ecclesia et repausabant eum. ¶ Dicebat senex ꝑpterea non promouemur⁹: q: nescimus mensuras nostras. Neq̃ patientiam habemus in opere qδ cepimus:sed sine aliquo labore:virtutem volumus possidere. ¶ Quidaȝ frater interrogauit senẽ dicẽs. Quid facio:quia cogitatio mea non dimittit me: vel vna hora sedere in cella mea. ⁊ dixit ei senex. Fili reuertere ⁊ sede in cella tua:et labora manibus tuis:⁊ ora deum incessanter:⁊ iacta cogitatum tuum in domino et ne quis te seducat exire inde. ⁊ dicebat. Quia erat quidaȝ adolescens secularis habẽs patrẽ ⁊ desiderabat fieri monachus:⁊ dũ multum supplicaret patri suo:vt dimitteret eũ cõuerti nõ ei acquiescebat. Postmodum aũt rogatus a fidelibus amicis:pater vix acquieuit. Et egressus frater ille adolescẽs introiuit monasterium. Et factus monachus cepit oẽ op⁹ monasterij perfecte agere:et ieiunare quottidie. Cepit etiam et biduanas abstinere. similiter autem et semel in hebdomada reficere. videbat autem abbas suus et mirabatur: ⁊ benedicebat dominũ in abstinentia ⁊ labore ipsius Cõtigit ergo post aliquod tempus ⁊ cepit frater ille supplicare abbati suo dicens. Rogo te abba:vt dimittas me:et vadam in heremum. Dixit ei abbas. Fili. Noli hoc cogitare: q: nõ potes sufferre talem laborem et ignoras tẽtationes diaboli et versutias eius: et si contigerit tibi tentatio:non inuenis ibi qui te consoletur a perturbatione inimici: que tibi illata fuerit. Ille autem cepit amplius instare et ro

gare vt eũ permitteret abire. Uidens autem abbas eius: q: eum retinere non poss3: facta oratione dimisit eũ. Postmodum autem dixit abbati suo. Rogo te abbas vt cõcedas qui õndat mihi viã ⁊ iter quomodo pergere debeã. et ordinauit cũ eo duos monachos monasterij: et abierunt cum eo. Ambulantibus aũt eis p heremũ vna die ⁊ altera: defecerũt p:e estu ⁊ proijcientes se interram iacebant ⁊ sopo:ati modico somno do:mierunt. et ecce aquila venit ⁊ percutiens eos alis suis p:ecessit p:ocul ⁊ sedit in terra. euigilantes viderunt aquilam: et dixerunt ei. Ecce angelus tuus surge sequere eu3 et surgens et vale dicens fratribus: sequebat aquilam: et venit vsq3 dũ staret. Que mox surgens: volauit vsq3 ad vnum stadium: et iteru3 resedit. Similiter frater sequebatur eam: et iterum volauit et sedit non longe. et factu3 est hoc per ho:as tres: postmodum autem dũ sequeretur eam diuertit se aquila in dexterã partẽ sequentis se: et non comparuit. Frater ergo ille nihilominus sequebatur ⁊ respiciẽs vidit tres arbo:es palmaꝝ et fontem aque ⁊ speluncã modicam. et dixit. ecce locus quem mihi p:eparauit dominus. et ingressus speluncam cepit in ea sedere sumens cibum dactilorum et de fonte aque bibens et stetit ibidẽ sex annos: neminem hominẽ videns. et ecce vna die venit ad eum diabolus in similitudine abbatis cuiusdam senio:is habens vultum terribilem. Uidens aũt eum frater ille timuit ⁊ procidens in o:ationẽ surrexit. et dixit ei diabolꝰ Oremus iterum frater. et surgentibus eis: dixit diabolus. Quantum tempo:is habes hic. et frater respondit. Habeo annnos sex. Dixit ei demon. ecce vicinum meũ nesciebam: et nõ potui cognoscere nisi ante dies quattuo:: q hic habitares et cogitaui mecum dicens. Uadam ad hominem dei istum: et conferam cũ eo quod potest saluti esse anime mee. Et hoc dico frater: q: nihil pficimus sedentes in cellis nostris: quia co:pus et sanguinẽ ch:isti nõ percipimus et timeo ne efficiamur externi ab eo si nos ab hoc mysterio elongauerimus. Sed dico tibi frater. Ecce hinc per tria miliaria sunt monasteria habentia p:esbyteros: eamus illuc omni dominico die: aut post duas hebdomadas. ⁊ accipiamus co:pus et sanguinẽ ch:isti ⁊ reuertamur ad cellas nostras. Placuit autem fratri illi suasio diabolica et veniente dominico die: ecce dyabolus venit et dicit ei. veni eamus: quia ho:a est. et exeuntes perrexerunt ad p:edictum monasteriu3 in quo p:esbyter erat et ingressi ecclesiam: miserũt se in o:ationem: exurgens autem ab o:atione frater ille respiciens non inuenit eum quem adduxerat secu3 ⁊ dixit. Ubi putas perrexit: an ad cõmunẽ necessitatẽ ambulauit? Et cum diu sustineret ⁊ nõ inueniret: exiens fo:as requirebat eũ: et cu3 non reperisse: dixit ad fratres loci illius interrogans eos. vbi est abbas ille senex qui mecum ecclesiã ingressus est? et dicunt ei Nos neminem alium vidimus nisi te tm̃. tũc cognouit frater ille: quia demon fuisset: et dixit. Uidete cũ qua argutia diabolus me eiecit de cella mea. Sed tamen non multum inde an xio:: quia ad bonu3 opus veni. Percipiã ergo co:pus ⁊ sanguinem xpi: ⁊ sic reuertar ad cellam meã: ⁊ post factas missas in ecclesia volenti reuerti fratre illó ad cellam suam tenuit eum abbas monasterij ipsius dicens. Nisi referas nobiscum non te dimittemus reuerti. et cum percepisset cibum: ⁊ reuerteretur ad cellam suã: ecce iterum diabolus venit in similitudine cuiusda3 iuuenis secularis et cepit eũ respicere a summo capitis vsq3 ad pedes: ⁊ dicere. Ipse est iste an non: est hic? et cepit eum considerare et dixit ei frater. quid me sic respicis? At ille ait. Puto non me cognoscis. nam post tantum tempus quomodo habes me coscere? Ego enim sum vicinus patris tui: filiꝰ illius. Quid aũt. Nonne est dictus pater tuus sic et mater tua tale nomen non habuit: et soro: tua sic non est dicta: et tu sic non vocaris: ⁊ mancipia illa ⁊ illa sic non sunt dicta. Mater vero tua et so:o: ante tres annos mo:tue sunt pater vero tuus modo defunctus est: et te fecit heredem dicens. Cui habeo dimittere substantiã meã: nisi filio meo viro sancto q reliqt seculũ ⁊ abijt post deũ. Ipsi ergo dimitta3 oĩa bona mea. Modo vadant aliqui qui eũ requirant vt veniẽs distrahat oẽm substantiã mea3 et eroget eam pauperibus p:o aĩa sua et mea. Et preterunt multi requirentes te: ⁊ minime inuenerunt. ego autẽ veniens et occasione pro causa quadam huc cognoui te. Unde non facias mo:as sed veni et vende oĩa: ⁊ fac scd̃m voluntatem patris tui. Respõdens frater ille dixit. Nõ necesse habeo reuerti ad seculũ. Et dixit ei dyabolus. Si non veneris ⁊ perierit substantia illa: in conspectu dei tu exinde reddes rationem. Quid enim tibi mali dico vt venias et eroges ea pauperibus et egenis: queadmodum bonus dispensato:: vt non a meretricibꝰ

et male viuentibus extricetur quod pauperi-
bus dimissum est? Aut quid onerosum est: vt
venias et facias elemosynā secundum volūta
tem patris tui: p anima tua et sua: ⁊ reuerta-
ris in cellā tuā. quid multa. Suadens fratrē
deposuit in seculū ⁊ veniēs cū eo ad ciuitatem
reliquit eū. Voluit aūt frater ille ingredi do-
mū patris sui tanq̄ iam defuncti: et ecce ipse
pater eius viuus egrediebatur ⁊ videns eum
non cognouit ⁊ ait ad euz. Quis es tu. Ille ve
ro turbatus nihil potuit respōdere. ⁊ cepit eū
iterato pater eius interrogare vnde eēt. Tūc
confusus dixit ei. Ego sum filius tuus. et ait
ei. Ut quid reuersus es. Erubescebat autē ei
dicere quod verū erat: sed dixit. Charitas tua
fecit me reuerti: quia desiderabam te videre.
Et remansit ibi. Post aliq̄ntulum autem tēpis
incurrit in fornicationez et multis supplicijs
afflict⁹ a patre suo: infelix ipse non egit pniāz
sed remansit in seculo. Ideoq̄ dico fratres:
quia monachus nunq̄ de quolibet mō suasus
ab aliquo egredi de cella sua. ¶ Venerunt qui
dam in heremum ad quendaz senez magnum
et dixerunt ei: quō cōtent⁹ es hic abba ⁊ susti-
nes laborē hunc. Et dixit. Totus labor tempo
ris mei quē hic sustineo non ē idone⁹ cōpara-
ri ad vnū diē tormentoruz: que peccatorib⁹ in
futuro seculo ꝑparāt. ¶ Dicebat senex q2 anti
qui non cito migrabant de loco ad locum: nisi
forte p tribus rebus id est si quis erat q̄ cōtri
staretur aduersus alium ⁊ satisfaciens ei per
oīa nō potuisset eū placare: aut itez si cōtigis-
set vt a pluribus laudaretur aut si in tētationē
fornicationis incidisset. ¶ Frater quidā dixit
abbati Arsenio quid facio abba quia affligit
me cogitatio mea: dicens. Non potes ieiuna-
re q2 ⁊ hec merces est. Videns autē senex dia
bolica semina esse dicit ei. Vade manduca et
bibe et dormi tantūmodo de cella non exeas:
q2 pseuerantia celle: pducit monachū in ordi-
nē suū: q̄ cū fecisset tres dies extediatus est: ⁊
inueniens paucas palmas scidit eas et iteruz
in crastinum cepit plectam facere et eis: q̄ cū
esuriret, dixit intra se. Ecce alie pauce sunt pal
mule: explico eas: et manduco. Et cum expen
disset eas iterum dixit. Lego paruz et sic man
duco. Et cum legisset dixit: dico aliquantos
psalmos: et iam securus manduco. et ita pau-
latim proficiebat deo cooperante donec veni-
ret ad ordinem suum: ⁊ cum accepisset fiduci-
am aduersus cogitatiōes malas vincebat eas
¶ Interrogatus senex quare frater sedens in
cella tediū pateref: dixit. Quia adhuc non vidi-
disti: neq̄ resurrectionē: neq̄ accēsa tormen
ta. Nā si hec vidisses: etiaz si ita esset cella tua
plena vermibus: et vsq̄ ad collum tuum mer
gereris in ipsis: sustineres vtiq̄ et non exte-
diareris. ¶ Quenda senez rogabant fratres:
vt quiesceret a graui labore. Ille autē respon
dit eis. Credite mihi o filij quia Abraā pe-
nitebit cū viderit magna ⁊ preclara dona dei:
cur non amplius fuerit in laboribus decerta-
tus? ¶ Frater interrogauit senē: dicens. Tri-
bulationes mee nutant: et tribulor. Et ille di-
xit ei. Tu sede in cella tua: ⁊ cogitationes ite
rum veniunt. Sicut eñi si asina ligata sit: et
pullus eius non stringatur. licet currat huc
atq̄ illuc: semper tamen ad matrē suaz reuer-
titur: vbicūq̄ illa fuerit: ita erunt cogitatio-
nes eius: qui propter deū tolerabiliter in cel-
la sua resederit: quia et si ad modicū nutant:
sed iterū reuertuntur ad eū. ¶ Senex quidaz
sedebat in heremo: qui longe habebat aquā a
cella sua vltra duodeciz miliaria. Ubi dum se
mel iret haurire aquā: defecit et dixit. Quid
necesse est vt hunc laborē patiar? Venio et ha
bito circa aquā hanc. Et cuz hoc dixisset: vi-
dit quendaz sequentē se: numerantē vestigia
sua. Interrogauit autē euz senex dicēs. Quis
es tu? Et ille dixit. Angelus dñi sum: et mis-
sus sum numerare vestigia tua: et dare tibi
mercedez. Qđ cuz audisset senex. forti animo
factus est et promptior: ⁊ adhuc longius po-
suit cellam suam ab aqua illa. ¶ Dicebant pa-
tres. Si tibi contigerit tentatio in loco quo
habitas: non deseras locum in tempore tenta
tionis: qui si deserueris: quocunq̄ perrexe-
ris: ante te inuenies qđ fugiebas: sed patiēs
esto donec tentatio transeat: ne discessio tua
alijs scandaluz fiat: ne forte alijs qui circa lo-
cum ipsum habitant: tribulationem ingerat
discessio tua. ¶ Frater quidā erat in congre-
gatione inquietus: ⁊ frequenter mouebatur
ad irā. Dixit ergo ad semetipsuz. Vado ego ⁊
solus alicubi habito et cum non habuero cum
quo dicaz vel audiā: ero quiet⁹: et deficet a me
passio ire. Egrediēs ergo manebat in speluñca
solus: vna autē die implēs sibi surisculā aque:
posuit illā in terra: ↄtigit autē vt subito versa
retur. Ille vero impleuit scđo: ⁊ iterū versata
est: deinde tertio implēs posuit eā. ⁊ itez versa-
ta ē. Qui pmot⁹ furore: tenuit vasculū illđ ⁊ fre
git. In se autē reuersus cognouit: quia ab eo
dez demone iracundie sit illusus: ⁊ dixit. Ec-

ce solus sum et vicit me passio hec. Reuertar ergo in cõgregationẽ: qꝛ vbiqꝫ laboꝛe et patiẽtia opꝰ est: et maxime adiutoꝛio dei. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Quid facio pater: qꝛ nihil operoꝛ monachale: sed in negligẽtia quadam sum manducans et bibẽs et doꝛmiens: insup et in cogitationibꝰ turpibꝰ: et multa pturbatione transiens ab ope ad opus: et a cogitatiõe in cogitationem. Dixit autem ei senex. Tu sede in cella tua: et fac quod potes sine pturbatõne: ita ẽ enim parum illud quod modo facis: sicut quando abbas Antonius magna et plurima in heremo faciebat. Credo enim in deo: qꝛ quicunqꝫ sedet in cella propter nomen eius et custodit conscientiam suam: inueniatur et ipe in Antonij loco. ¶ Interrogatus senex: quomodo opoꝛteat vigilãter monachum non scandalizari: quando videat aliquos ad seculum reuartentes: respondit. Intueri debet monachꝰ canes qui venãtur lepoꝛes: et sicut vnus ex eis videns lepoꝛem: insequitur: ceteri autem tantummodo canẽ vidẽtes currẽtem: aliquando cum ipso currunt: postea vero latantes post se reuertuntur: solus autem ille qui videt lepoꝛẽ sequitur: donec comp̄hẽdat: nec impeditus ab intẽtione cursus sui: p illos qui post se reuertuntur: sꝫ neqꝫ de pꝛecipijs neqꝫ de siluis neqꝫ de vepꝛibus curans: sed et spinas aliquotiens incurrẽs graditur et pungitur: et non quiescit douec comp̄hẽdat: ita et monachus vel q̃ dñm nostrũ iesuꝫ xpm querit: cruci indesinenter intẽdit: et q̃ occurrant scandala: oĩa p̃terit donec ad crucifixum perueniat. ¶ Dixit senex Sicut arboꝛ non pocest fructificare: si sepius transferat: sic nec monachꝰ frequẽter migrãs de loco ad locũ potest fructificare. ¶ Frater q̃dam dum sollicitaret a cogitationibus suis vt exiret a monasterio indicauit hoc ipsum abbati. Abbas autẽ dixit. Uade sede in cella tua et da parietibus celle tue in pignoꝛe coꝛpus tuũ vt non exeas inde cogitationẽ autẽ tuaꝫ dimitte dicens. Cogitet qui vult tantum ne eijcias de cella coꝛpus tuum. ¶ Dixit senex. Cella monachi est caminus ille babylonis: vbi tres pueri dei filium inuenerunt: sed et columna nubis ex qua deus locutus ẽ Moysi. ¶ Frater quidam nouẽ annis mansit impugnatus a cogitationibus suis: vt exiret de congregatione fratrꝫ: et quottidie tollebat pelliculã suã: in qua iacere solitꝰ erat vt exiret: et qñ fiebat vespe: dicebat ad semetipꝫ. Crastina die hinc discedã et mane dicebat in cogitatione sua: extoꝛquebo mihi hic stare et hodie pp dñꝫ. Qui cũ implesset nouẽ annos de die in diẽ ita faciẽs abstulit ab eo dñs oẽm tentationẽ eiꝰ. ¶ Frater quidẽ incidiens in tentationẽ tribulãdo perdidit regulam monachalem: et cum vellet iterũ obseruationi regulari dare pꝛincipia: a tribulatiõe impediebatur et dicebat in semetipso. Quando habeo me iterum inuenire sicut aliquando eram: et deficiens animo nõ pꝛeualebat vel inchoare opus monachi. Ueniẽs autem ad quẽdam seneꝫ narrauit ei que agebantur circa ipsum. Senex autem audiens ea de quibus affligebatur adhibuit ei tale exemplum dicẽs. Homo quidam habuit possessionem et de negligẽtia eius in sentes redacta est: et repleta ẽ tribulis et spinis. Uisum est autẽ ei postea vt excoleret eam dixitqꝫ filio suo. Uade et purga agruꝫ possessionis illius: et venit filius eius vt purgaret. Qui cum respexisset: vidit multitudinem tribuloꝛum et spinarum increuisse ei: et deficiens animo dixit in semetipso. Quando habeo hec omnia eradicare et purgare: et pꝛijciens se in terram cepit doꝛmire. Hoc autem fecit multis diebus. Post hec venit pater eiꝰ volens videre quod fecerat: et inuenit eum nihil operatum et dixit ei. Quare vsqꝫ modo nihil fecisti: et dixit iuuenis ille patri suo. Mox vt veniebam operari pater cum vidissem hanc multitudinem tribuloꝛum et spinarum: reuocabar ab assumptione laboꝛis: et pꝛe tribulatõne pꝛoijciebam me in terram et doꝛmiebam. Tũc dixit pater suus. Fili ad mensuraꝫ latitudinis quam iacens in terra occupas: per singulos dies operare: et ita paulatim pꝛoficiet opus tuũ: et tu pusillanimis nõ efficieris. Quod cum audisset iuuenis: fecit sic: et in paruo tẽpoꝛe purgata ẽ et exculta possessio: et tu itaqꝫ frater paulatim operare: et non deficies: et deus p gratiã suã restituet te iteꝝ in pꝛioꝛem oꝛdinẽ tuum. Hoc audito frater ille abijt et cũ omni patientia sedẽs: faciebat sicut edoctus fuerat a sene et sic inueniẽs requiẽ pꝛouehebat p dñm xpm. ¶ Senex quidã erat q̃ frequãter egrotabat: cõtigit aũt eum vno anno nõ egrotare. Qui grauiter affligebat et ploꝛabat dicẽs. Dereliquit me deus: et non visitauit me. ¶ Dixit quidã senex: quia frater aliquando stimulabatur a cogitationibus suis per annos nouẽ. ita vt metu ipso desperaret de salute sua. et adiudicans semetipsum dixit. Perdidi iam aĩam meam: et iam qꝛ perij: vadaꝫ ad seculũ: qui cũ abieret facta est ei in via vox dicens. Tentationes quas

nouē annis sustinuisti: corone tue erant: reuertere ergo in locū tuū ꝛ subleuabo te a cogitationibus malis. Unde agnoscitur qꝛ nō est bonū desperare se aliquē ꝓ his que in cognitione eueniunt. He etenī cogitationes magis coronā nobis ꝓuident si bene eas exegerimus ¶ Senex quidā erat thebaida sedens in spelunca: ꝛ habuit quendā discipulū ꝓbatū. Consuetudo aūt erat vt senex vespere doceret discipulū ꝛ cōmoueret eū: q̄ erant aīe ꝓfutura post ammonitionē vero faciebant orationē: et dimittebat eum dormire. Contigit aūt laycos quosdam scientes multā abstinentiā senis venire ad eū: ꝛ cū consolatus eos fuisset: recesserunt. Post quoꝝ discessū sedit iterū senex vespere post missas secūdum consuetudinem ad monens illum fratrē: ꝛ instruens eū: ꝛ cū loqueretur: grauatus est somno. Frater autē sustinebat donec excitaretur senex: et faceret ei iuxta consuetudinē orationē. Cū ergo nō euigilante illo sene diu sederet discipulus cōpulsus est cogitationū suarū molestijs vt recederet ꝛ dormiret. Qui extorquens sibi resistit cogitationi et resedit. Iterum aūt cōpellebatur somno ꝛ non abijt. Similiter factū est vsq; septies: ꝛ resistit animo suo. Post hec iā media nocte trāsacta euigilauit senex: et inuenit eū assidentem sibi et dixit ei. Usq; modo non discessisti: et ille ait non quia non dimiseras me pater. et dixit ei senex: et quare me non excitasti: et ille respondit non te p̄sumpsi pulsare: ne te contribularem. Surgentes aūt ceperūt facere matutinos: ꝛ post matutinoꝝ finē dimisit senex discipulū. Qui cum sederet solus factus est in excessu mentis ꝛ ecce quidā ostēdebat ei locum gloriosum et sedem in eo: et sup sedem septem coronas. Interrogabat autē illum qui ei hec ostendebat dicens. Cuius sunt hec? Et ille dixit. Discipuli tui et locum quidē et sedem pro cōuersatione sua donauit ei de⁹: has autem septē coronas nocte ista ꝓmeruit Hec audiens senex miratus est et treme fact⁹ vocauit discipulum. ꝛ dixit ei. Dic mihi quid feceris nocte hac? Et ille dixit. Ignosce mihi pater: qꝛ nihil feci. Senex autē existimans quia humiliando se non confiteretur: dixit ei Crede non quiesco nisi dixeris mihi quid fecisti: vel q̄d cogitasti nocte hac. Frater autem nihil sibi conscius quid egisset nō inueniebat quid diceret: dicebat seni. Ignosce mihi pater: quia nihil feci nisi tantum hoc: ꝙ compulsus sum motu cogitationum mearum: vt discederem et dormirem septies: sed quia a te dimissus secundum consuetudinē nō fuerā: nō recessi. Audiens hoc senex statim intellexit qꝛ quotiens cogitationi sue restitit: totiens coronabatur a deo. Et fratri quidē nihil horum dixit: causa vtilitatis eius: sꝫ alijs narrauit hec spiritalibus patribus: vt discamus quia ꝓ paruis cogitationibus deus nobis coronam tribuit. Bonum ergo est: vt extorqueat sibiipsi homo in omni re propter deum. Etenim sicut scriptum est: regnum celorum vim patitur: et violenti diripiunt illud. ¶ Egrotauit aliqn̄ senex quidā qui solitarius habitabat: ꝛ qꝛ non habebat qui ei seruiret: surgebat et quodcūq; inuenisset in cella sua manducabat: et cū per aliquot dies ita faceret: nemo veniebat ad visitationem eius. Transactis vero triginta diebus et nullo veniente ad eum misit dn̄s angelum suum qui ministraret ei. Et cum sic fieret per septem dies recordati sunt fratres et dixerunt: eamus et videamus ne forte infirmaretur ille senex. Cū ergo venissent ꝛ pulsassent discessit angelus ab eo. Senex deintro clamauit. Discedite hinc fratres. Illi autē leuantes a cardine ostiū intrauerunt: ꝛ interrogauerūt eū quare clamauerit: et ille dixit. qꝛ triginta dies habui laborans in infirmitate ꝛ nemo visitauit me: ꝛ ecce iā septē dies sunt ꝙ dominus angelum suum misit vt ministraret mihi q̄ cū venissetis recessit a me. Et hec dicens dormiuit in pace. Fratres autem mirati sunt: et glorificauerunt deum: dicentes qꝛ non derelinq̄t dominus sperantes in se. ¶ Dixit quidam senex si te occupauerit infirmitas corporis: noli pusillanimis fieri: quia si te dominus deus vult corpore debilem fieri. quis es qui sic moleste suscipias? Nonne ipse pro te cogitat de omnibus? Nunquid sine ipso viuis? Patienter ergo fer: ꝛ roga eū vt donet tibi que expediant: hoc est vt q̄d voluntas ipsius est: facias et sede cū patientia mādugans quod habes in charitate. ¶ Narrauit quidā patrū dicēs: quia cū essem in oxirinco: venerūt ibi pauperes vespere sabbati: vt acciperent agapen ꝛ dormiētibus eis erat ibi quidam habens tantūmodo mattam cuius medietatē sibi subtermittebat: et medietate cooperiebatur. Erat autē ibi validum frigus. et cum exisset ad vrinam audiui eum murmurantem et gementem pre frigore: et consolabatur seipsū dicens. Gratias tibi ago domine: quanti sunt modo in custodia diuites: qui etiam in ferro sedent atq; pedes

habent in ligno constrictos: qui nec vrinam suam libere faciunt: ego aūt, velut imperator suz: extendens pedes meos: ꝛ vbi volo ambulo: hec illo dicente: ego stabam audiens verba eius. Ingrediens aūt narraui ea fratribus: et audientes multū edificati sunt. ¶ Frater iter rogauit senem dicens. Si fuero in aliquo loco et nata mihi fuerit tribulatio: et nō habuero cui me cōmittam: ꝛ indicē illi passionez animi mei: quid faciā: Dicit ei senex. Crede i deo qꝛ ipse mittet angelum et gratiam suaz: ꝛ ipse tibi est cōsolatio si in caritate rogaueris eum. Et addidit dicens. Audiui em̄ qꝛ in scithi tale aliquod factuz est. erat em̄ ibi quidam ꝗ sustinebat tentationes: ꝛ nō habens fiduciaz in aliquo cui confiteretur: parabat a sero melotā suā vt discederet: ꝛ ecce noctu apparuit ei gratia dei in specie virginis: ꝛ rogabat euz dicens. Nusꝗ̄ vadas: sed sede hic mecuz: nihil em̄ et his male fit que audisti. Qui credēs verbis eius: sedit: ꝛ statiz sanatū est cor eius.

¶ Finit liber de patientia siue fortitudine.

¶ Incipit liber ꝙ p ostentationem nihil fieri debeat.

Audiuit aliquando abbas Antoniꝰ de quodā iuuene monacho qꝛ signū quoddā huiōi fecerit in via cū vidisset quosdā senes iter agentes: ꝛ laborantes in ambulando: iussit onagris vt venirent ꝛ portarēt eos: donec venirent ad se. Illi autē senes indicantes hoc abbati Antonio dixit abbas antonius. Uidetur mihi monachus iste similis esse naui onerate omnibus bonis: de qua incertū est vtrum peruenire possit ad portum. Et post aliquātū temporis: subito cepit abbas Antonius flere et trahere sibi capillos et lugere. Quod cuz vidissent discipuli eius dicunt ei. Quid ploras abba: ꝛ respondit senex. Magna columna ecclesie cecidit modo. Dicebat autem de monacho illo iuuene. et adiecit. Uenite ꝛ ambulate ad eum: ꝛ videte quod factum est. Perrexerunt igitur discipuli eius et inuenerunt mōachum illum supra mattam sedentem ꝛ flentez pctm̄ quod fecerat. Uidēs autem discipulos senis dicit eis. Dicite seni vt obsecret deuz decē tantū dieꝝ dare mihi inducias: et spero me satisfactarum sibi. Qui tamen infra quinꝗ̄ dies mortuꝰ est. ¶ Laudatus est quidam a monachis frater apud abbatem Antonium. Ille autem cum venisset ad eum tentauit si portaret iniuriā. Et cū cognouisset qꝛ non posset ferre dicit ei. Similis es domuiꝗ̄ que a facie quidez ornata est: de retro vero a latronibus expoliate. ¶ Dicebant de abbate Arsenio ꝛ de abbate Theodoro de firme. qꝛ sup oīa humanā gl̄iaz odio haberēt. Abbas ergo Arsenius non cito occurrebat alicui: abbas vero Theodorꝰ occurrebat quidē: sed velut gladius. ¶ Eulogius ꝗdam noīe discipulus fuit Joannis archiepi: qui eulogius presbyter erat: ꝛ abstinēs atꝗ̄ ieiunās biduanas aliqñ: aliqñ etiam ꝛ vsꝗ̄ ad hebdomadā trahebat ieiuniū: panē tm̄mō comedens ꝛ sal: ꝛ p hoc laudabatur ab hoībus. Qui venit ad abbatē Joseph: in loco qui vocatur paneso: credēs se aliquā duriorē continentiaz inuenire apud eū. ꝛ suscipiēs eū senex cū gaudio: qđ habuit fecit ei pro charitate parari: dixerūt aūt discipuli eulogij. Non comedit presbyter nisi panē ꝛ sal. Abbas autē Joseph cautus manducabat. Qui cum fecissent tres dies non audierūt eos aut psallentes aut orā tes. Occulte em̄ erat opus eorum: et exierunt nihil edificati. Deo autem dispensante facta ē caligo: et errantes in via reuersi sunt ad senē et priusꝗ̄ pulsarent ostiuz audierunt eos psallentes. Et cum ante ostium expectassent diu audita voce psallentium postea pulsauerunt. Et suscepit eos iterum senex gaudens. Hi autem qui cum Eulogio erant: propter cauma tulerunt surisulā: et dederūt ei vt biberet. erat aūt pmixta de mari ꝛ flumine et non potuit bibere: qui cū hec in animo suo cogitaret: cepit rogare senem: vt diceret institutum eius: dicēs. Quid est hoc abba ꝙ a principio non psallebatis: sed nunc cepistis postꝗ̄ nos sumus egressi: ꝛ qꝛ aquam volui bibere: et inueni eam salsam: Dixit ei senex. Frater aliquis motus est: et per errorem miscuit aquam marinam. Eulogius vero rogauit senem: volens agnoscere veritatem. at dixit ei senex. Paruus iste calix pro vino est quod charitas prouidet: hec autem aqua est quam fratres assidue bibunt. et in his verbis docuit eum habere discretionē cogitationū ꝛ abscidit ab eo omnem humanitus mouentiam mentis eius: ꝛ factus est cōmunis: manducans de cetero omnia que apposita sunt ei. Didicit etiaz ipse in secreto operari: ꝛ dixit seni. Pro certo in caritate sunt opera vestra. ¶ Dixit abbas Zenon discipulus abbatis Siluani. Nunꝗ̄ maneas in loco nominato: neꝗ̄ sedeas cum homine habente magnū nomen: neꝗ̄ mittas fundamentuz vt edifices

tibi cellam aliqñ. ¶ Venit aliquādo frater q̄dā ad abbatē Theodorū de firme: et fecit tres dies rogans eū: vt audiret ab eo sermonem. Ille autē nō respōdit ei: et egressus ē tristis. Dixit ergo discipulus suꝰ. Abba quare ei non es locutus? Ecce egressus est tristis. Et dixit ei senex. Crede mihi: propterea non dicebam ei sermonē: quia negociator est: et in alienis verbis vult gloriari. ¶ Alius frater interrogauit eundē senē: videlicet abbatem theodorum: et cepit loqui et exquirere de rebus: que nec dū fuerat operatus. Et dixit ei senex. Ad huc tibi nec nauem inuenisti: nec vasa tua in ea posuisti: nec nauigare cepisti: et iam in illā ciuitatē vbi disponebas peruenisti? Cū ergo prius operatus fueris rem: de qua loqueris: tunc et ipsa re loquere. ¶ Dixit abbas Cassianus. Quod venit frater quidam ad abbatem Serapionē: et hortabatur eum senex: vt scd̄m morē orationē faceret. Ille aūt dicēs se peccatorem et ipso habitu monachi indignū: non acquiescebat. Voluit autē etiā pedes eius lauare: et iisdē verbis iterū vsus nullatenus acquieuit. Fecit autē illū gustare: et cepit senex in charitate monere eū dicens. Fili si vis proficere permane in cella tua et attende tibi ipsi: et operi manuū tuarum: non eñ tantum procedere expedit: q̄ꝺtum sedere. Ille autem hec audiens exacerbatus est et vultū mutauit: ita vt nec latere posset senē. Dixit ergo ei abbas Serapion. Usq̄ modo dicebas peccator sum: et accusabas teipsū tanq̄ indignū iam viuere: et nunc quia te cum charitate admonui: ita exacerbari debuisti. Si enim vis reuera humilis esse: que tibi ab alio imponūtur. Disce portare viriliter: et nō odiosa verba effundere tibiipsi in malū. Hec autē audiens frater: penitentiā gessit corā sene: et multum proficiens discessit. ¶ Audiuit aliqñ iudex prouincie de abbate Moyse: et prexit in scithi vt videret eū. Et nunciauerūt quidā seni de aduentu iudicis: et surrexit vt fugeret in paludē. Et occurrit ei ille iudex cum suis: et interrogauit eum dicens. Dic nobis senex vbi est cella abbatis Moysi. Et dixit eis q̄d vultis eū querere. Homo fatuus est: et hereticus: et veniens iudex ad ecclesiam dixit clericis. Ego audiens de abbate Moyse: veni vt viderem eum: et ecce occurrit nobis senex pergens in egyptum et interrogauimus eū vbi esset cella abbatis Moysi: et dixit nobis. Quid eum queritis: fatuus est et hereticus. Audiētes aūt clerici cōtristati sunt dicentes. Qualis erat senex ille: qui hec de scō hoīe locutus est ad vos. At illi dixerunt. Senex veftimento vetustissimo vtens longus et niger. et illi dixerūt. Ipse est abbas moyses et q̄r noluit videri a vobis ideo vobis hoc de se dixit. Et multū edificatꝰ iudex discessit. ¶ Frater interrogauit abbatē mathoen dicēs. Si abiero manere in aliquo loco: quō vis vt agā ibi? Dicit ei senex. Si habitaueris ī loco: ne velis tibi illic nomē facere de aliqua re dicēdo: aut nō venio in conuentu fratrum aut non mādu cabo hoc vel illud. Hec eñ nomē vnum tibi faciunt: postea importunitatem patieris: q̄m homines vbi hec audierint ibi current. ¶ Abbas Nesteron maior ambulabat in heremo cū aliquo fratre: et videntes draconē: fugerunt. et dixit ei frater: et tu times pater. Et rñdit senex nō timeo fili: sed expedit q̄r draconē vidēs fugi q̄m nō habui effugere spiritū vane glorie. ¶ Venit aliqñ iudex ꝓuincie videre abbatem Pastorē: et nō acquiescebat senex. Iudex autē tenuit filium sororis eius velut malefactorem et redegit eum in carcerem dicens. Si venerit senex et rogauerit pro eo dimittam eum: et venit mater pueri ad fratrem suum abbatem pastorē: et cepit plorare ad ostiū eius. Ille aūt oīno nō dedit ei rñsum. Illa autē cōpulsa dolore: increpabat eum dicens. Et si viscera ferrea habes: et nulla te cōpassio mouet flectat te saltē miseratio sanguinis tui. Ille vero mādauit ei. Pastor filios nō genuit: idō non dolet. Audiens autē hec iudex ꝓmisit dicens. Vel verbo iubeat: et ego eū dimittam. Senex autē remandauit dicens. Examina causam scd̄m legem: et si dignus est morte: moriatur: si autem non est fac quōd vis. ¶ Dixit idē abbas Pastor doce cor tuum seruare quod doceat alios lingua tua. Dixit iterū. Q̄r hoīes ad loquendum perfecti videri volunt et in operando id q̄d loquuntur minores sunt. ¶ Venit aliquando abbas Adelfius q̄ fuit eps̄ Nykopoleos ad abbatem Sysoy in mōtē. Discessurus vero erat: et fecit eū gustare a mane. erat autē ieiunium. et cum ponerent mensam ecce fratres pulsauerūt. Dixit aūt senex discipulo suo. Da eis modicas pultes q̄r de labore sunt. Et dixit ei abbas Adelfius. Dimitte interim: ne dicant abbas Sysoys a mane comedit. Et intendit eū senex: et dixit fratri. Vade tu et da eis. Cum ergo vidissent pultes: dixerunt ne peregrinos aliquos habetis? Putas et senex vo

biscum comedet? Et dicit frater. Etiam cepe-
runt ergo contristari et dicere. Ignoscat vobis
deus quia senez ista hora permisistis māduca
re. An nescitis: quia plurimos dies laborat⁹
non ē? Audiens hec eps: cepit corā sene peni
tentiam agere dicens. Ignosce mihi abba: qr
ego quidē humanū aliquid cogitaui: tu autem
quod dei est fecisti. et dixit ei abbas Sisoys.
Nisi deus glorificauerit hoīez: gloria hominū
nunquam stat. Interrogabat abbas Amonas de
loco qui dicitur Raythu abbatez Sisoy dicēs
Quādo lego scripturas: tūc vult cogitatō mea
ornare sermonez: vt paratus sim ad interroga
ta respondere. et dicit ei senex. Non est opus:
sed magis de puritate mentis prouide tibi se-
curitatem: et dicendi sermonē. ¶ Uenit aliqñ
iudex prouincie videre abbatez Symeonez: et
ille tulit lorū quo cingebatur: et ascendit in ar
borem palme vt purgaret eam. Illi autem ve-
nientes: dixerunt ei. Ubi est senex: qui hic in
solitudine habitat? et ille respōdit. Non ē hic
solitarius aliquis. et cum hoc dixisset iudex di
scessit. Alia iterum vice alter iudex venit vi
dere eū: et precedētes clerici dixerunt. Abba
paratus esto: qr iudex audiens de te: venit vt
benedicatur a te. et ille dixit. etiam ego prepa
bo me: et cooperiens se sacco: et tollens in ma
nu sua panē et caseū: sedit in egressu celle sue
et cepit manducare. Uenit ergo iudex cuz offi
cio suo: et videntes eum: spreuerunt eū dicen-
tes. Hic est monachus solitarius: de quo talia
audiebamus? Et statim discesserunt et reuersi
sunt ad se. ¶ Dixit scam syncletice. Sicut the-
saurus manifestus cito expēdit: ita et virtus q̄
libet cum innotuerit vel publicata fuerit: exter
minabitur. Sicut ergo cera exoluitur a facie
ignis: ita et aīa laudibus inanit et amittit virtu
tis rigorē. ¶ Dixit itez. Sicut impossibile est
vno eodēqz tempe et herbā eē et semē: ita impos
sibile ē: vt secularē gloriā hūtes celestē faciāt
fructū. Aliquando in cellis festiuitate celebra
tā: edebāt fratres in ecclesia. erat autē ibi fra
ter quidam qui dixit ministris. ego non man-
duco coctū aliquod: sed tantum sal. et vocauit
minister alium fratrem corā multitudie dicēs
Ille frater nō comedit coctū affer ei sal. Tunc
surrexit quidā senū: et dixit ei. Expedierat tibi
hodie in cella tua comedere carnes: q̄ audiri
hanc vocem corā tātis fratribus. ¶ Fr quidaz
abstinens a cibis: et non māducās panē: venit
ad quendā senē. Oportune aūt illic etiā alij su
peruenerāt pegrini: et fecit senex modicū pul-
mētū ppter eos. et cū sedissent māducare fra-
ter ille abstinens posuit sibi soliciter infusum
et māducabat. Et cū surrexissent a mensa tulit
eū senex secrete: et dixit ei. Frater si venis ad
aliquem nō ostendas illis cōuersationē tuam.
Si aūt cōuersationem tuā tenere vis: sede in
cella tua et nusquam exeas. Ille autē acquiescens
verbis senis: fctūs ē cōivite: in eo qōcūqz apd
frēs inuenisset. ¶ Dixit quidam senex: hūana
puidētia oēz pinguedinē hoīs amputat: et red
dit eū siccū. Dixit senex. Aut fugiens fuge ho
mies: aut irridēs mūdū et hoīes qui in mundo
sunt stultū temetipsum in pluribus facito.
¶ Finit liber de eo q̄ per ostentationem nihil
fieri debeat.
¶ Incipit liber de eo q̄ non oportet iudicare
quenquam.

Contigit aliquādo fra-
tri in cōgregatione abbatis Helye
tētatio: et expulsus inde abijt in mō
tem ad abbatē antoniū: et cū mansis-
set aliquanto tēpe apud eū remisit eū in cōgre
gationem vnde exierat. Illi autē vidētes eum
iterum expulerunt. Qui sił rediit ad abbatē
antoniū dicēs. Noluerunt me suscipere pater
misit ergo senex ad eos dicēs. Nauis naufra-
giuz pertulit in pelago: et perdidit onus quod
portabat: et cū labore vacua nauis perducta ē
ad terram. Uos ergo liberatā nauim in terra
vultis submergere? Illi autē cognoscētes: qr
abbas antonius eum remisisset: statim recepe
runt eum. Quidam frater peccauerat: et iussit
eum presbyter exire de ecclesia. Surrexit euz
abbas Hylarion: et exiuit cum eo dicens. ego
peccator sum. ¶ Uenit abbas Isaac de thebai
da in congregatione fratrum: et vidit quendā
culpabilem de fratribus et adiudicauit eum.
Cum autem exisset ad heremum: et venit ange
lus dñi et stetit ante ostiū celle eius dicens: nō
te dimitto intrare. Ille autem rogauit dicens
Que est causa? Et respondit angelus domini
dicens. Deus me misit vt dicerem tibi: vbi iu-
bes vt mittam fratrem illum culpabilem: quez
adduxisti? Et statim abbas Isaac penitentiaz
egit dicēs: peccaui ignosce mihi: et dixit ei an-
gelus. Surge ignoscit tibi deus: sed custodi
de cetero ne adiudices quēquam priusquam deus ad-
iudicet eum. ¶ Frater quidam aliquādo in sce
thi inuentus est culpabilis: et fecerūt seniores
cōuentum et miserūt ad abbatē Moysen vt ve
niret. Ille autē noluit venire. Misit autez ad

eum presbyter dicēs. Ueni quia plebs fratrū te expectat. et ille surgens venit. Tollēs autē secum sportam vetustissimam: impleuit eā harena et portauit. Illi autem exierunt obuiā ei dicētes. Quid hoc ē pater? Dixit aūt eis. Peccata mea sunt post me currentia: et non video ea: et veni ego hodie aliena iudicare peccata. Illi autem audientes nihil locuti sunt fratri: sed ignouerunt ei. ¶ Interrogauit abbas Ioseph abbatem pastorem dicens: dic mihi abba quomodo monachus fiam? Et dixit ei senex. Si vis requiem inuenire in hoc seculo et in futuro: in omni causa dic: quis sum ego? et ne iudices quēq̄. ¶ Frater quidam interrogauit eū iterū dicēs. Si videro culpā fratris mei: bonū est celare eum? Et dixit ei senex. quacunq̄ hora tegimus culpā fratris nostri: teget etiā de⁹ nostram et quacūq̄ hora prodiderimus culpas fratrum: et deus similiter nostras prodet. ¶ Offēdit aliquando frater in cōgregatione: erat autem in ipsis locis solitarius quidam: q̄ iā longo tp̄e foras nō exibat. Veniēs autē abbas de cōgregatione illa ad eū indicauit ei de fratre illo qui offenderat. et ille dixit. Expellite eum. Expulsus autem frater de congregatione: misit se in fossatum: et flebat ibi. Contigit autē vt alij fratres euntes ad abbatem pastorem: audirent eum in fossato plorantem: qui descēdentes ad eum: inuenerūt eum in magno dolore constitutum. et rogauerūt eum vt iret ad senem illum solitarium: et non acquieuit dicēs: in loco hoc moriar ego. Venientes aūt fratres ad abbatē pastorē narrauerūt ei de eo: et rogauit eos vt irent ad eum dicētes. Abbas pastor vocat te ad se: quod cum dixissent: perrexit ad eū et videns eum senex afflictum surrexit et osculatus est eum et aggaudēs ei: rogabat vt sumeret cibum. Misit autem abbas pastor vnum de fratribus suis ad illum solitarium dicēs. Audiens de te: multi anni sunt q̄ te videre desidero et pro pigritia nostra ambo nō potuim⁹ nos inuicem videre. Modo eñ deo volēte: et occasione facta: fatiga te vsq̄ huc vt nos mutuo videre possim⁹. erat eñ nō egrediēs de cella sua: q̄ cū audisset dicebat. Nisi de⁹ inspirasset seni illi de me: nō misisset ad me: et surgens venit ad eū: et salutantes se inuicē cū gaudio sederunt. Dixit aūt ei abbas pastor: duo hoīes erāt in loco vno: et ambo habebant mortuos suos. Relinquit autē vn⁹ mortuū suū: et abijt plorare mortuum alterius. Audiēs autē senex cōpunctus in sermone ei⁹. recordat⁹ est qd̄ fecerat: et dixit ei. Pastor sursum in celo: ego aūt deorsum in terra. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem pastorē dicēs. Quid facio q2 pusillanimis fio dū sedeo in cella? Dicit ei senex. Nullum spernas neq̄ condemnes: et nulli obloquaris: et deus p̄stabit tibi requiem: et erit sessio tua sine perturbatione. ¶ Fact⁹ est aliquando cōuent⁹ in scithi: et loquebant̄ fratres de quodā fratre culpabili. Abbas aūt pyor tacebat. Postea autem surgens egressus est: et tollens saccū impleuit illum harena: et portauit eū in hūeris suis: et mittēs in sportella modicū quid de eadem harena: portabat etiam ip̄am in an̄. Interrogat⁹ autē a patribus quid hoc esset: respondit. Saccus iste qui multam harenam habet: mea peccata sunt: et quoniam multa sunt posui ea supra dorsum meū: ne doleā pro ipsis et plorem. Ista autē harena modica: peccata sūt istius fratris: et sunt ante faciem meā: et in ipsis exerceor iudicās fratrē meū. Hō nō oportet ita fieri: sed magis mea peccata ante me esse: et de ipsis cogitare: et rogare deum vt ignoscat mihi. Audientes autem patres dixerunt. Vere hec est via salutis. ¶ Dixit senex. Non iudices fornicatorem si tu castus es: qm̄ similiter legē preuaricaris. Etenī qui dixit: non forniceris: dixit: non iudices. ¶ Ad quendam solitarium venit presbyter cuiusdā basilice: vt consecraret ei oblationē ad cōmunicandum. Veniens autē quidā ad illū solitarium: accusauit apud ipsum eundē presbyterū. Qui cū ex consuetudine iterū venisset ad eum: vt cōsecraret oblationē scādalizat⁹ ille solitari⁹ non aperuit ei. Presbyter hoc viso discessit. Et ecce vox facta est ad solitariū dicēs. Tulērūt sibi hoīes iudiciū meū. Et fact⁹ est velut in excessu mētis: et videbat q̄si puteū aureū: et aquā bonā valde. Videbat aūt et quēdā leprosū haurientē et refundētē in vas: et cupiebat bibere et nō bibebat: p̄pter qd̄ leprosus eēt ille qui hauriebat. Et ecce iterū vox facta ē ad eum dicēs. Cur nō bibis ex aq̄ hac? Quā cām h3 q̄ implet? Haurit eñ solūmō et refūdit in vas: et non inquinat̄ ab eo aqua. In se autem reuersus solitari⁹: et considerās virtutē visionis: vocauit presbyterum et fecit eū sicut et prius sanctificare sibi oblationē. ¶ Fuerunt duo fratres magne vite in congregatione et meruerunt singuli videre grām dei in alterutro. Factum est autem: vt aliqn̄ vnus ex eis egrederetur in sexta feria extra congregationem: et videret quendam mādućātem mane: et dixit ei. Hac

hora manducas in sexta feria. Die autē sequē-
ti facta ē celebratio missarum ſm consuetudi-
nem. Intuens vero frater eius vidit grāz que
ei data fuerat discessisse ab eo: ⁊ cōtristatus ē.
Qui cū venisset in cellam dicit ei. Quid fecisti
frater: quia non vidi sicut pridē gratiaz dei in
te? Ille aūt respondēs dixit. ego neq̧ in actu
neq̧ in cogitationibus mihi conscius sum ali
cuius mali. Dixit ei frater ei⁹. Ne aliquod ver
bum aut sermonē ociosuz locutus es? et recor
datus dixit. Etiam. Hesterna eīm die vidi quē
dā māducantē: ⁊ dixit ei. Hac hora māducas
in sexta feria? hoc est peccatum meum: ſʒ labo
ra mecū duas hebdomadas: et rogemus deuz
vt mihi indulgeat: ⁊ fecerunt ita: et post duas
hebdomadas vidit frater gratiam dei iterum
venientem super fratrem illum ⁊ consolati sūt
deo qui solus bon⁹ est gratias referentes.

¶ Explicit liber de eo q̄ non oportet iudicare
quenq̄.

¶ Incipit liber de discretione.

Dixit abbas Antoni-
us. Qꝛ sunt q̄dā cōterentes corpa
sua in abstinentia. ⁊ qꝛ non hn̄t di-
scretionem: longe facti sunt a deo.
Fratres quidā venerūt ad abbatē Antoniū: ⁊
munciauerūt ei fantasias quas viderant: vt co
gnoscerent ab eo vtꝝ vera eēnt: an a demonib⁹
illuderent. Habebāt aūt asinū secū: ⁊ mortu⁹
ē eis in via. Cū ḡ venissent ad senē: pu̇enit eos
dicēs. Quomodo mortuus est asin⁹ ille in via
Dicūt ei. vnde scis pr̄? Et ille dixit. Demones
mihi ostēderunt. Dicūt ei. ⁊ nos ꝓpterea veni
mus interrogare te: qꝛ vidim⁹ fantasias: ⁊ ple
rūq̧ fiunt in veritate: ne forte errem⁹. Et sa-
tisfecit eis senex sumpto exēplo de asino: osten
dens quia a demonibus fint ista. Superuenit
aūt q̄dā venationem faciens in silua agrestiuz
aīaliū: ⁊ viderat abbatē Antoniū gaudētē cuz
fratribus ⁊ displicuerat ei. Volens aūt senex
ostendere qꝛ oporteret aliq̄n cōdescendere fra
trib⁹ dixit ei. Pone sagittā in arcu tuo ⁊ trahe:
⁊ fecit sic. Et dixit ei. Iteꝝ trahe: ⁊ traxit. Et
rursus dixit. Trahe adhuc. Dicit ei venator.
Si supra modū traxero: frangitur arcus. Di-
cit ei abbas antonius. Ita est ⁊ in opere dei: si
plus a mensura tēdimus: fratres cito deficiūt
Expedit ḡ in vna ⁊ eadē relaxare rigorē eorū
Hec audiens venator cōpūctus ē: ⁊ multū pro
ficiēs in ſmone senis discessit: ⁊ fratres cōfir
mati reuersi sūt ad locū suū. ¶ Fr̄ q̄dā dixit ab

bati antonio. Ora pro me. et respōdit ei senex
Nec ego tui misereor: nec deus nisi tu ꝓ teipo
sollicitus fueris: ⁊ poposceris a deo. Dixit ite
rum abbas antonius. Quia non ꝑmittit deus
bella excitari in generatione hac. quoniā scit
qꝛ infirmi sunt: ⁊ portare non possunt. ¶ Dixit
aliq̄n abbas euagri⁹ abbati arsenio. Quō nos
ex tanta eruditione: ⁊ scia nullas virtutes ha-
bemus. Hi autē rustici in egypto cōuersantes
tantas virtutes possident? Respondit ei ab-
bas Arsenius. Nos quia mundane eruditōis
disciplinis intēti sumus nihil habem⁹. Hi au
tē rustici egyptij et proprijs labori⁹ acquisie
runt virtutes. ¶ Dicebat beate memorie btūs
arseni⁹. Peregrin⁹ monach⁹ in aliena ꝓuincia
habitās nullis reb⁹ se mediū faciat: ⁊ quietus
erit. ¶ Interrogauit abbas marc⁹ abbatem ar
seniū dicēs. Bonum est non habere aliquā in
cella cōsolationē. Vidi enī quēdā fratrē hn̄tē
paruum olus in cella ⁊ eradicabat illud. Et di
xit abbas Arsenius. Bonum quidem est: sed
scd̄m exercitationem hoīs cuiusq̧ agendū ē.
Etenī si nō habuerit ỽtutē huiusmodi tolerare
iterū plātaturus ē ea. ¶ Narrauit abbas Pe-
trus qui fuit discipulus abbatis Loth dicens:
erā aliq̄n in cella abbatis Agathonis: ⁊ venit
quidam frater ad eū dicēs. Volo habitare cuz
fratrib⁹: sed dic mihi quomodo habitā cū eis.
Dixit ei abbas. Sicut in prima die quando in-
gressus fueris ad eos: ita custodi peregrinatō
nē tuā omnibus dieb⁹ vite tue: nec assumas fi
duciam. Dixit ei abbas Macharius. Quid enī
fiducia facit? Dixit ei senex. Sic ē sicut estus
grandis qui quando exarserit: oīs fugiunt a
facie eius: quia estus etiā arborū fructus cor-
rūpit. Dicit ei abbas macharius Sic male est
fiducia? Respondit abbas agathon. Non ē pe
ior altera passio q̄ fiducia genitrix eīm ē om-
niū passionuꝫ. Conuenit ergo operario mona
cho nō sumere fiduciā vel si solus in cella sit.
Dicebat abbas daniel. Quia cū moritur⁹ esset
abbas arsenius delegauit nobis dicens. Vide
te ne velitis pro me agapem facere: qm̄ si feci
ego ꝓ meipso: id inuenio. ¶ Dicebant de abba
te agathone qꝛ abierunt quidā ad eū audiētes
quia magne discretionis vir esset: ⁊ volentes
eum probare si irasceretur: dicūt ei. Tu es ab-
bas agathō. Audiuimus de te quia fornicator
es ⁊ superbus. Et ille respondit. Etiam sic est.
et dicunt ei. Tu es agathon verbosus ⁊ detra
ctor? Et respondit ego sum. Dicunt ei iterum.
Tu es agathon hereticus. Et respondit. Non

ſum hereticus. et interrogauerunt eũ dicẽtes Dic nobis cur tanta dicentibus nobis iniu-ria tua patienter tuliſti. Nunc autẽ ſermonẽ q: dixiſti hereticus es: nõ ſuſtinuiſti: et reſpõdens dixit eis. Illa prima mihi aſcribo. Utilitas enim anime mee ẽ: q autẽ dixiſtis hereticũ me eſſe non acquieui: q: ſeparatio eſt a deo: et non opto ſeparari a deo. Illi aũt audiẽtes admirati ſunt diſcretionẽ eius: et edificati diſceſſerunt. ¶ Interrogatus idem abbas Agathõ: an eẽt maior labor corporis: aut cuſtodia interioris hominis dixit. Homo ſimilis eſt arbori: corporalis igitur labor velut folia arboris cuſtoditur iterioris aũt cuſtodia hominis fruct9 eſt: qm̃ g̃ ſm q ſcriptũ eſt. oĩs arbor nõ faciens fructũ bonũ excidetur: et in ignẽ mittetur opʒ pp fructũ nr̃m oẽm in nobis ſollicitudinẽ eſſe hoc ẽ mẽtis hr̃e cuſtodiã. Op9 tñ habemus ẽt tegumẽto et ornatu foliorũ q ẽ corporalis labor: ¶ Erat aũt abbas agathõ ſapiẽs ad intelligendũ et ĩpiger ad laborandũ et ſufficiens in oĩb9. Intentus etiã et aſſidu9 ad laborẽ manuũ: parc9 in cibo atq veſtimẽto. ¶ Idẽ abbas agathõ cũ fact9 fuiſſet cõuẽt9 ꝑ quadã cã in ſcithi: et fuiſſet ĩpa cauſa ordinata. poſtea venit et dicit eis. Nõ bñ ordinaſtis cãm. Illi aũt dixerũt ei Tu quis es q iſta loqueris? Et ille reſpõdit filius hoĩs. Scriptũ ẽ eñ: ſi vere vtiq iuſticiã loquimini: iuſte iudicate filij hoĩm. ¶ Dixit abbas agathõ. Iracũdus ſi mortuos ſuſcitet nõ placet deo propter iracundiam ſuam. ¶ Venerunt aliquando tres ſenes ad abbatẽ Achillẽ: et vnus ex eis habebat opinionem malam. Dixit autem ei vnus de ſenibus. Abba fac mihi vnam ſagenam ad piſcandum. Et ille dixit ei. Non faciam. Et alius dixit ei. Fac nobis vt habeamus memoriã tui in monaſterio noſtro. et ille reſpondit. Non mihi vacat. Dixit ei terti9 ille qui habebat malam opinionem. Mihi fac ſageniam: vt habeam de manibus tuis benedictionem abba. Et ille ſtatim reſpondit ei. Ego tibi faciam. Dixerunt autẽ ei ſecrete: duo priores ſenes quib9 non acquieuit. Quomodo ſic q: nobis rogantibus noluiſti facere: et huic dixiſti: ego tibi facio. Reſpondit ei ſenex. Uobis ideo dixi non faciam: quia nec mihi vacat et vos non contriſtabimini. Huic autem ſi non fecero dicturus eſt: quia de opinione mea que mala eſt audiuit ſenex: et iõ nõ voluit facere ſagenam: et ſtatim incidebamus funem ad ſedendum animum eius: ne triſticia abſorberetur huiuſmodi. ¶ Dicebant de quodã ſene: quia fecerat quinquaginta annos: neq panẽ comedẽs neq facile aquã bibẽs. Et dicebat: q: extinxi fornicationem et auariciam et vanam gloriam Audiens autẽ abbas abraã q hec dixiſſet venit ad eum et dixit ei. Tu dixiſti hunc ſermonẽ Et ille reſpõdit etiã. Et dixit ei abbas Abraã ecce intras in cellã tuã et inuenis ſuper mattã tuã mulierem: putas te non cogitare: quia mulier eſt? Et dixit nõ: ſed expugno cogitationẽ meã: vt non tangã illã mulierem. Dixit iterũ abbas abraam. Ecce igitur nõ interfeciſti fornicationem: quia viuit paſſio ipſa: ſed alligata eſt. iterum ſi ambulas in via et vides lapides et teſtas vaſorum et in ipſis iacens aurum: putas te illud velut lapides reputare? Et reſpondit non: ſed reſiſto cogitationi mee: ne colligã illud. Iterum dixit ei abbas Abraam. Si audieris de duobus fratribus: quia vn9 diligit te et bona de te loquitur. Alius autem odit te et detrahit tibi: et venerit ambo ad te: nunqd vtroſq equaliter ſuſcipis. Et dixit. Non: ſed extorqueo mihi: vt ſimiliter benefaciã ei q me odit: ſicut et illi q me diligit. Et dixit ei abbas Abraam. Uiuunt ergo paſſiones: ſʒ tñmodo a ſanctis viris quodãmõ religantur. ¶ Narrauit quidam patrum: q: ſenex aliquis erat in cella ſtudioſe laborãs: et veſtiebatur matta. Qui cũ perreriſſet ad abbatẽ Ammonã vidit eũ abbas ãmonas vtẽtẽ matta: et dixit ei. Hoc tibi nihil prodeſt. Et dixit ei ille ſenex. Tres cogitationes mihi moleſte ſunt: vna que me compellit vt alicubi in heremo recedam: alia vt peregrina petam: vbi me nemo cognoſcat: tertia vt includã me in cella: vt nullum videam: et poſt biduum comedam. Dixit ei abbas ãmonas nihil tibi ex his tribus expedit facere: ſʒ magis ſede in cella tua et comede parum quotidie: habens ſemper in corde tuo publicani illius: qui in euangelio legitur ſermonem: et ita poteris ſalu9 eẽ ¶ Dicebat abbas Daniel: quia q̃tum corpus vixerit: tantum anima ſiccatur: et q̃tuʒ corpus fuerit ſiccatum: tantum anima vireſcit. ¶ Dixit iterum abbas Daniel: quia q̃tum corpus fouetur: tantum anima ſiccatur. Et q̃tum corpus ſiccatũ fuerit tm̃ aĩa fouetur. ¶ Narrauit iterũ abbas Daniel. Quia qñ erat in ſcithi abbas Arſenius erat ibi monach9 qdã rapiẽs ea q habebãt ſenes. Abbas autẽ Arſenius volẽs eum lucrari: et ſenib9 quietẽ preſtare: tulit euʒ in cellã ſuã et dixit ei. Quicquid opus hẽs ego tibi dabo: tm̃ nõ rapias. Et dedit ei aurum et nũmos et recellas: et omne quod in expẽſu ſuo

habebat dedit ei. Ille autem itez rapiebat. se-
nes vero videntes qz non quiesceret expule-
runt eum dicētes. Quia si inuenitur frater ha-
bens infirmitatē corporis aliquā oportet su-
stinere eū. Si aūt furatur ꝛ admonitus nō de-
scit: expellite eū quoniam aīe sue detrimentū
facit: ꝛ oēs in eo loco habitantes cōturbātur.
¶ Uenit in initio ꝯuersationis sue abbas eua-
grius ad quendam senem et dixit ei. Dic mihi
abba sermonem quō saluus fiam. Ille autē di-
xit ei. Si vis saluari: qn̄ ad aliquā vadis non
prius loquaris anteq̄ ille de te inquirat. eua-
grius aūt cōpūctus in hoc sermōe pniam egit
in conspectu senis ꝛ satisfecit ei dicens. Cre-
de mihi codices multos legi ꝛ talem eruditio-
nē nūq̄ inueni. et multum proficiens exiuit.
¶ Dixit abbas euagrius. Mentē errantē ꝛ nu-
tantem solidat lectio ꝛ vigilie ꝛ oratio cōcupi-
scentiā vero feruentē madefacit esuries: ꝛ la-
bor ꝛ sollicitudo iracundiaz aūt pturbatam re-
primit psalmodia ꝛ longanimitas et mīa: sed
hec oportunis tēporib⁹ et mensuris adhibita.
Si aūt importune et sine mensura fiunt: ad p̄-
uū tēpus ꝓficiunt: que aūt parui tēporis sunt
nocia magis q̄ vtilia erunt. ¶ Transeunte ali-
qn̄ abbate effren: vna ꝓstituta ex imissione cu-
iusdam cepit ei blandiri: cupiēs eū si possz ad
turpē cōmixtionem illicere vel si hoc nō possz
saltē ad iracundiaz ꝓuocaret: qm̄ nunq̄ vidit
eū quisq̄ irascentē vel litigantē. Ipse aūt di-
xit ad eam. Sequere me. Cū venisset aūt in lo-
cū populoꝝ dicit ei. Ueni huc: ꝛ sicut voluisti
cōmisceor tecū. Illa autē videns multitudinē
dixit ei. Quō possum⁹ hoc hic facere tāta mul-
tudine astāte confundimur eīn. Ille aūt dixit
ei. Si hoīes erubescis quanto magis erube-
scere debes deū qui reuelat occulta tenebraꝝ.
Illa autem confusa et cōfutata: recessit absq̄
opere voluntatis sue. ¶ Uenerunt aliquando
ad abbatem Zenonē quidam fratres ꝛ inter-
rogauerunt eū dicētes. Quid est quod scriptū
est in libro iob nec celuz mundū esse in cōspe-
ctu dei. Rn̄dit aūt senex dicens. Reliquerūt
fratres peccata sua ꝛ celestia scrutantur. Hec
est aūt interpretatio sermonis quē requisistis
vt qm̄ solus deus est mundus: dictuz sit neq̄
celū mundū esse in cōspectu eius. ¶ Dixit ab-
bas Theodorus de firme. Si habes amiciti-
as cū aliquo: et contingit eū temptationē for-
nicationis incurrere si potes da ei manū ꝛ tra-
he illū sursum. si aūt errorem aliquē fidei in-
currit: ꝛ non tibi acquiescit reuerti: cito inci-
de amicitias eius abs te: ne forte remorās tra-
haris cū eo in ꝓfunduz. ¶ Uenit aliquando
memoratus abbas Theodorus ad abbatē Jo-
annē: qui erat eunuchus et natiuitate ꝛ cū lo-
querentur dixit abbas theodorus. Quādo erā
in scithi opus aīe erat opus nostrū: op⁹ autez
manuū tanq̄ in transitu habebamus nūc autē
factū est opus aīe velut in transitu opus. Ue-
nit aliqn̄ quidā patrū ad eundē patrē Theodo-
ruz ꝛ dixit ei: ecce quidā frater reuersus ē ad
seculum. et dixit ei abbas Theodorus. In hoc
nō mireris si aūt audieris qm̄ preualuit quis
effugere de ore inimici: hoc admirare. ¶ Di-
xit memoratus abbas theodorus. Multi ele-
gerunt in hoc seculo temporalem quietem: an-
teq̄ dn̄s prestaret eis requiē. ¶ Dicebāt de ab-
bate Joanne breuis stature: qz dixerit aliquā-
do fratri suo maiori. Uolo esse secur⁹ sicut an-
geli sunt securi nihil operantes: sed sine inter-
missione seruientes deo. Et spoliās se eo quo
erat indut⁹ abijt in heremū: ꝛ facta ibi hebdo-
mada vna reuersus est ad fratrē suū. et dū pul-
sasset ostium respondit ei anteq̄ aperiret di-
cens. Quis es tu. et ille dixit: ego sum Joan-
nes. et respondens frater eius: dixit ei. Joan-
nes angelus factus est: ꝛ vltra inter homines
non est. Ille autem pulsabat dicens: ego sum.
et nō aperuit ei: sed dimisit eū affligi. Postea
vero aperiens dixit ei. Si homo es: opus ha-
bes iterū operari vt viuas: si autē angelus es
quid queris intrare cellam. et ille penitentiā
agens dixit ei. Ignosce mihi frater quia pec-
caui. ¶ Uenerunt aliquando senes quidam in
scithi: eratq̄ cum eis abbas Joannes gnan⁹.
Et dum comederent surrexit quidam presby-
ter vir magnus vt daret per singulos vasculū
paruum aque ad bibendum ꝛ nemo acquieuit
accipere ab eo: nisi solus Joannes breuis. Ad-
mirati sunt autem ceteri ꝛ dixerunt ei. Quo-
modo tu cum sis omniuz minor presumpsisti
ministerio vti viri senis et magni. et dixit eis
Ego quando surgo dare aquam gaudeo si om-
nes biberint: vt mercedem acquiram. Nunc
igitur propterea ego suscepi: vt faciam eū qui
surrexit inuenire mercedem ne forte etiam cō-
tristetur nullo suscipiente ab eo. Hec cum di-
xisset admirati sunt omnes de discretione ei⁹.
¶ Interrogauit aliquando abbas Pastor ab-
batem Joseph dicens. Quid faciam: quando
appropinquant mihi alique temptationes. re-
sistam illis an permittaz itrare. Dixit ei senex
Dimitte intrare et pugna cum eis. Reuertēs

intrare et pugna cũ eis. Reuertẽs ergo in sci-
thi sedebat. et contigit vt veniẽs quidã a the-
baida in scithi: narraret fratrib⁹ interrogasse
se abbatem Joseph. quando appropinquat mi
hi temptatio resistã ei an permittã intrare: et
dixerit ei omnino non permittas tentationem
in te: sz statim abscinde eam. Audiens autem
abbas pastor quia sic dixerit huic: qui venerat
a thebaida abbas ioseph: surgens iterum abijt
in paneso ad abbatem ioseph. Et dixit ei. Ab-
ba ego tibi commisi cogitatõnes meas: et tu ali
ter dixisti mihi: aliter autem fratri de thebai-
da. et dixit ei senex. Scis quia diligo te. et re-
spondit etiam: et ait. Nonne tu dixisti mihi: vt
sicut mihiipsi ita tibi dicerem quid sentirem.
etenĩ si intrauerint tentationes et dederis eis
locum atque acceperis eas probatiorẽ te faciũt.
ego autem velut mihiipsi: sic et tibi locutus sũ
sunt autem alij quibus nec appropinquare ex-
pedit passiones: sed statim debent abscindere
eas. ¶ Item dixit abbas pastor. Ueni aliquan
do in eracleos inferiorem ab abbatẽ ioseph: et
habebat in monasterio suo arborem siccomorũ
pulchrã nimis: et dicebat mihi a mane vade col
lige tibi et mãduca. erat autem sexta feria. ego
autem non comedi propter ieiunium. et inter
rogaui eũ dicẽs. Dic mihi propter dominum
deum rationem huius rei quas dicebas mihi
vade et manduca: ego quidem propter ieiuniũ
non abij: sed erubescam: quia mandatum tuum
non fecerã: cogitans qz sine ratione mihi hec
non preceperas. Jlle autem respõdit. Patres
seniores non loquuntur ab initio fratribus re-
cta: sed magis distorta. et si viderint: quia ea q̃
distorta sunt faciunt: iam eis non loquũtur ni
si quod expedit agnoscentes quoniam in om-
nibus obediẽtes sunt. ¶ Frater interrogauit
abbatem ioseph dicens. Quid faciã: quia nec
molestium ferre possum nec laborare: et dare
elemosynam. et dixit ei senex. Si non potes
horum aliquid facere: vel serua conscientiam
purã ab omni malo proximi tui: et ita saluus
eris: deus enĩ animã sine peccato querit. ¶ Di-
xit abbas isaac thebeus fratrib⁹ suis. Pueros
non adducatis huc: quia propter pueros in sci
thi quattuor ecclesie herem⁹ facte sunt. ¶ Jn
terrogauit aliquando abbas lõginus abbatem
luciũ: dicẽs: habeo tres cogitiones: vnã vt ad
peregrina vadã. et respondit ei senex. Si non
tenueris linguã tuã vbicũque preteris nõ eris
peregrinus: sed refrena linguã tuã: et eris hic
peregrinus. et dixit abbas lõginus. Alia cogi
tatio mea est: vt ieiunẽ biduanas leuando. Et
respondit ei abbas luci⁹: esaias propheta dixit.
Si curuaueris velut circulũ ceruicẽ tuã: nec
sic erit acceptũ ieiuniũ tuum: sz magis cõtine
mẽtẽ tuã a cogitatiõib⁹ malis. Et dixit abbas
lõginus. Tertiũ est depositũ meũ: vt declinem
hoium aspect⁹. Et respondit ei abbas lucius.
Nisi prius correxeris vitã tuã inter alios con
uersando: neque sol⁹ hitãs corrige re te preua-
lebis. ¶ Dixit abbas Machbarius: si recorda-
mur malorum q̃ nobis inferunt ab hoib⁹: ampu-
tam⁹ mẽti nr̃e virtutẽ recordãdi dñm: si aũt re-
cordamur malorum q̃ demones excitant erimus
impsorabiles. ¶ Dicebat abbas mathois: nec
sathanas scit q̃ passione anima seducatur: et
ideo seminat quidẽ in ea zizania sua: sed mete
re nescit. Semiat interdũ semina fornicatio-
nũ: aliq̃n detractionũ et ceterarũ similiter pas
sionũ. et in quã passionẽ animã viderit decli-
nare: hanc ei ministrat. Nã si sciret ad qđ pro-
cliuis est anima: nõ ei diuersa ac varia semina
ret. ¶ Narrauerũt de abbate Natherio: q̃ fuit
discipulus abbatis siluani: quia cũ sederet in
cella sua in monte syna: mediocriter guberna
bat vitã suam in his que erãt necessaria corpo
ri: quãdo autẽ factus est episcopus in pharã:
multũ coartabat animũ suũ in duritia cõtinen
tie. Et dixit ei discipulus suus. Abba quando
eramus in heremo: non te ita cruciabas. et di
xit ei senex. Fili illic solitudo erat et quies et
paupertas: propterea volebã gubernare cor-
pusculum meũ ne infirmarer et quererẽ quod
non deberẽ: nunc autẽ hic seculũ est: et occa-
siones sunt excidende plurime: et si infirmita
tem incurrero: sunt hic qui succurrant: ne per
dam propositum monachi. ¶ Frater interroga
uit abbatem pastorem dicens. Perturbatio mi
hi fit: et volo derelinquere locum istũ. Et di-
xit ei senex. Pro qua causa? Et ille dixit. Qz
audio verba de quodam fratre: que me non edi
ficant: et dixit ei senex. Non sunt vera que au
disti. Et ille dixit ei. Etiam pater quia verum
est. Nam frater qui dixit mihi fidelis est. Re-
spondit ei senex. Non est fidelis. qui dixit ti-
bi: nam si esset fidelis: nequaquam diceret tibi ta-
lia. Deus enim audiens vocem sodomorũ non
credidit: nisi descenderet et videret oculis su
is. Et ille dixit Ego vidi oculis meis. Hec au
diens senex: respexit in terram et tenuit par-
uam festucã: et dixit ei. Quid est hoc? Et ille
respondit festuca est: iterũ intendit senex ad
tectũ celle et dixit. Quid ẽ hoc? Et ille respõ-

dit. Trabes ē que portat tectum. et dixit ei se-
nex. Pone in corde tuo: qꝛ peccata tua sic sunt
sicut trabes hec illius autem fratris de quo lo
queris: velut hec parua festuca. Audiens aūt
abbas Sisoys hunc sermonem: admiratus est
& dixit. In quo te beatum faciā abba pastor?
Vere enī velut preciosus lapis: ita verba tua
gratia & gloriosa plena sūt. Venerunt aliquā
do regionis illius presbyteri ad monasteria vi
cina: in quibus etiam erat & abbas pastor: & in
trauit abbas anub: et dixit ei. Rogemus pres
byteros istos hodie accipere: hic charitate do
na dei: ille autem stans diu non dedit ei respō-
sum. abbas vero Anub contristatus exijt. Di-
xerunt ergo abbati pastori qui iuxta eum sede
bant. Quare non dedisti ei responsum. et dixit
eis abbas pastor: ego causam nō habeo iā enī
mortuus sum mortuus non loquitur: non igitur
reputetis me. quia hic vobiscum sum. ¶ Abijt
quidam frater de monasterio abbatis pastoris
in peregre: et applicuit ad quendā solitarium.
erat enim habens illic cum omnibus charita-
tem & multi veniebāt ad eum: nunciauit autem
ei frater ille: quedā de abbate pastore. Qui au
diens virtutem animi eius: desiderabat eū vi-
dere. Cū aūt reuersus fuisset frater ille in egy
ptum: post aliquantum tēporis surgens predi
ctus solitarius venit ad peregrinādum in egy
ptum ad eundem fratrē qui prius applicuerat
apud ipm. Dixerat enim ei vbi maneret. Vi-
dens autem eum ille: miratus est & gauisus val
de: dixit autem ei ille solitarius. Ostende cha-
ritatē quem habes in me: & duc me ad abbatem
pastorem: & tollens eum duxit: ad senem et nū
ciauit ei de eo dicens. Quidā magnus homo &
multam charitatem habens & honorē plurimū
in prouincia sua: venit desiderans te videre.
Suscepit ergo eum senex cum gratulatione: &
salutantes seinuicem recederunt. Cepit autem
loqui peregrinus ille frater de scripturis san-
ctis: et de rebus spiritalibus atqꝫ celestibus.
Abbas autem pastor auertit faciē suam & non
dedit ei responsum. Videns autem ille quia nō
loqueretur ei: cōtristatus exijt: & dixit fratri il
li qui eū adduxerat. In vanū iter istud assum-
psi. Veni enī ad senē: et ecce nec loqui mecū di
gnatur. Intrauit autem frater ad abbatem pa
storē & dixit ei. Abba propter te venit magnus
hic vir habens tantam gloriā in loco suo: qua-
re nō es locutus cum eo? Respondit ei senex.
Iste de sursum est: & de celestib⁹ loquitur: ego
aūt deorsum sum: & de terrenis loquor. Si er-
go mihi locutus fuisset de passionibus anime
ego vtiqꝫ responderem ei: si aūt de spiritalib⁹
ego hec ignoro: exiens ergo frater dixit illi.
Quia nō cito senex ille de scripturis inquirit:
sed si quis loquitur de passionibus aie respon
det ei. Ille autem cōpunctus intrauit ad senē
& dixit ei. Quid faciā abba: quia passiones aie
dominātur mei & intuitus eum senex: gaudēs
dixit ei. Modo beneuenisti: nūc aperio os me
um: & implebo illud bonis. Ille autem valde
edificatus dicebat Vere hec est via charitatis
& gratias agens deo: quia tam sanctum virum
videre meruit: reuersus est in regionem suam.
¶ Frater quidam interrogauit abbatem pasto
rem: dicēs. Feci peccatum grande: & volo triē
nium penitere. Dixit autem abbas pastor. Mul
tum est: et dixit frater: Jubes ne vnum annum
Et dixit iterum senex. Multum est. Qui autē
presentes erant dicebant. Usqꝫ ad quadragin
ta dies? Senex iterum dixit multū ē. Et adiecit
dicens. Ego puto: quia si ex toto corde homo
penituerit & non apposuerit facere iterū vnde
penitētiā agat: etiā triduanā penitentiā susci
piat deus. Interrogauit aliquando eū abbas
ammon de immundis cogitationibus que in
corde hominis generantur: & de vanis deside-
rijs. Et dixit ei abbas pastor. Nunquid gloria
bitur securis: sine eo qui incidit in ipsa? Et tu
ergo non eis porrigas manus: & ociose erunt.
Interrogauit eundē sermonē abbas Esayas:
& dixit ei abbas pastor. Sicut capsa plena ve-
stibus: si dimissa fuerit tempore longo putre
fiūt vestes in ea: ita & cogitatiōes in corde nr̄o
si non fecerimus eas corporaliter: tempe lōgo
exterminabuntur aut putrefiūt. ¶ Interroga
uit abbas Joseph abbatē pastorē de eadē re: &
dixit abbas pastor. Sicut clausus serpens vel
scorpio in vase et opturatus: pcedente tempo
re oīno moritur: ita maligne cogitatōnes que
studeo demonū pullulāt. patiētia eius: cui im
mittunt paulatim deficiūt. ¶ Interrogauit ite
rū abbas iohānes abbatē pastorē dicens. Quō
opus est ieiunare? Et dixit abbas pastor. Ego
volo vt quotidie manducans subinde paululū
subtrahat sibi ne satiat. Dixit ei abbas ioseph
Ergo quādo eras iuuenis: nō ieiunabas bidu
anas leuādo. Et dixit senex. Crede mihi: quia
& triduanas & hebdomada: sed hec omnia pro
bauerunt senes magni et inuenerunt: quia bo
num est quotidie manducare: per singulos di-
es pau min⁹: & ostēderunt nobis regularē hāc
viā: qꝛ leuior est & facilis. ¶ Dixit abbas pastor

Non habites in loco vbi vides aliquos habētes aduersum te zelum malū: q: non ibi proficies. ¶ Frater quidā venit ad abbatē pastorē ꝛ dixit ei. Semino agrum meū: ꝛ facio ex ipso agapem. Dixit ei senex. Bonum opus facis. Et discessit cum proposito animi: ꝛ adijciebat ad agapem plusq̄ faciebat: hoc autem audiēs abbas anub. dixit abbati pastori. Nō times deum: quia si locut⁹ es fratri illi. Et tacuit senex Post duos autē dies misit abbas pastor ad fratrem illum ꝛ vocauit eum ad se: ꝛ dixit ei audiente abbate Anub. Quid me interrogasti illa die: quando mens mea alibi erat? Dixit ei frater. Hoc dixi. Quia semino agrū meum: ꝛ de hoc quod colligo: ex ipso facio mihi agapem. et dixit ei abbas pastor. Putaui quia de fratre tuo qui laicus est: diceres. Si autem tu facis hec: non est hoc opus monachi. Ille aūt audiens cōtristatus ē: ꝛ dixit. Alia opera non facio nec scio nisi hec: et non possum seminare agrū meum. Cū ergo discessisset: cepit abbas anub penitentiā agere apud abbatē pastorē: dicēs Ignosce mihi: dixit ei abbas pastor. Ego ab initio sciebam quia hoc non est opus monachi sed secundū aīum ei⁹ locutus sū ei: et excitaui aīum eius ad profectum charitatis. Nunc aūt abijt tristis: ꝛ tñ idipm opus facit. ¶ Frater q̄dam interrogauit abbatem pastorem dicens. Quid ē illud qđ scriptū est: qui irascitur fratri suo sine cā? Et ille respōdit. ex omni re qua te grauare voluerit frater tu⁹: si irasceris aduersus eum donec oculum tuū dextrum eijcias: ꝛ a te proijcias: sine causa irasceris ei: si autem aliquis voluerit te separare a deo: pro hoc irascere. ¶ Dixit abbas pastor. Si peccauerit homo ꝛ negauerit: dicatq̄: non peccaui: non increpes eum: quia frangis propositū animi ei⁹ Si autem dixeris ei non contristeris frater: sed obserua te deceteroe: ꝛ excitas animū eius ad penitentiam. ¶ Dixit iterum qui supra. Bonum est experimentum. Etenim per experimentum homines probatiores fiunt. ¶ Item dixit qui supra. Si quis docet aliquid: et non facit quod docet: similis est puteo: qui omnes ad se venientes satiat: et omnium diluit sordes: se autem ipm purgare non potest. Sed omni spurcitia ꝛ immunditia plenus est. ¶ Dixit iterum idem. Est homo qui seipsum cognoscit. ¶ Dixit iterum. Quia est homo qui videtur ore tacere. Cor autem eius condemnat alios. Hec ergo sine cessatione loquitur: et est alius a mane vsq̄ ad vesperā loquēs ꝛ taciturnitatem tenet. Hoc autem ideo dixit: quia nunq̄ sine audientium vtilitate locutus est. ¶ Iterū idē dixit. Quia si sint tres in vnū ex quibus vnus bene quiescat: alius infirmet ꝛ gratias agat: terti⁹ vero ministret eis ex sincera voluntate: hi tres similes sunt velut etiā si vnius sint operis. Iterū dixit. Malitia nequaq̄ expellit malitiā: sed siquis tibi male fecit: tu bene fac ei: vt per bonum opus tuū destruas malitiam illius. Dixit iterum. Qui quereIosus est: monachus non est: qui malum pro malo reddit: monachus non ē. ꝛ qui iracūdus est monachus non ē. ¶ Frater quidā venit ad abbatē pastorē ꝛ dixit ei. Multe cogitationes veniunt in animum meū ꝛ periclitor in eis: ꝛ eiecit eū senex sub aere nudo: et dixit ei. expāde sinum tuū: ꝛ apprehende ventos. et ille respondit. nō possum hoc facere: ꝛ dixit ei senex si hoc non potes facere: nec cogitationes phibere poteris ne introeāt: sed tuū est resistere eis. ¶ Frater quidam interrogauit eum dicēs dimissa est mihi hereditas: quid faciam ex ea? Dixit ei abbas Pastor. Vade: ꝛ post tres dies veni ꝛ dicā tibi. Venit autem sicut prefinisset ꝛ dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere. Si dixero. da eam ecclesie: clerici sibi faciunt conuiuium ex ea: si autē dixero: da eā parentibus tuis: non est tibi merces: si vero dicam da paupibus securus eris. Quicquid ergo vis vade et fac: ego cās non habeo. ¶ Dixit iterum abbas pastor. Si venerit tibi cogitatio de rebus corpori necessarijs: delegaueris semel: ꝛ iterum venerit ꝛ delegaueris quid fiat: iā tertio si venerit non intendas ei: ociosa est eñ. ¶ Frater quidā dixit abbati pastori. Si videro rē aliq̄ vis vt dicam illam. Dixit ei senex. Scriptum est. Quid respondit verbū: anteq̄ audiat: stultitia ē illi ꝛ opprobriū. Si q̄ interrogatus fueris: dic: sin alias tace. ¶ Dixit iterum abbas pastor: quia dixerat abbas ammō. Est homo qui portat toto tpe vite sue securī: ꝛ nō potest deijcere arborē. Est aūt alter qui habet vsum icidēdi: ꝛ ī paucis plagis deijcit arborē. Dicebat autē securim discretionē eē. ¶ Itē dixit. Voluntas hoīs murus eneus est: ꝛ lapis repercutiēs inter ipsum ꝛ deū. Si ergo hō reliquerit hec dicat ꝛ ipe quod in psalmo scriptū est: ꝛ in deo meo transgrediar murū: ꝛ deus meus impolluta via eius. Si eñ iusticia subuenerit volūtati: laborat homo. ¶ Frater quidā interrogauit abbatem pastorē dicēs: dānum aīe mee patior: q̄ sum cū abbate meo. Quid ergo iubes?

Maneã adhuc apud eũ. ꝛ sciebat abbas Pastor: q2 lederet aia eius ꝑ abbatẽ suũ ꝛ mirabatur quare vel interrogaret eũ: si manere deberet cũ eo. ꝛ dixit ei. Si vis esto. Et discedẽs mansit apud eũ. ¶ Uenit iteꝝ dicẽs abbati pastori. Grauo animã meã. ꝛ non dixit ei abbas pastor: discede ab eo. Uenit tertio ꝛ dixit. Ecce mihi iã nõ ero cũ eo. ꝛ respõdit ei abbas pastor. ecce modo saluatus es. vade ꝛ nõ sis vltra cũ eo. ꝛ subiunxit. Homo q̃ videt dãnum pati animã suã: nõ opus habet interrogare: etenĩ de occultis cogitatiõibus interrogat quis: vt seniores probare possit de manifestis aũt peccatis nõ est opus interrogare: sed statim abscidere. ¶ Interrogauit abrahaꝫ q̃ erat discipulus abbatis agathonis abbatẽ pastorẽ dicens. Quare me demones sic impugnant. ꝛ dixit ei abbas pastor. Te impugnant demones. Non pugnant nobiscũ demones quando voluntates nostras facimꝰ q2 voluntates nostre demones facte sunt: ꝛ he sunt que tribulant nos: vt faciamus eas. Si autẽ vis scire quales sunt: cum quibus demones pugnant: audi cũ moyse ꝛ cũ similibus eius. ¶ Dixit iterũ abbas pastor q2 frater quidaꝫ interrogauit abbatẽ moysen dicens. Qualis homo mortificat se a ꝓximo suo. et respondit ei. Nisi posuerit homo in corde suo: q2 trienniũ iaꝫ habeat in sepultura nõ attingit ad hoc verbũ. ¶ Frater interrogauit abbatem pastorem dicens. Quomodo opꝫ monachum sedere in cella. et dixit ei senex. sedere in cella quãtum ad id quod in manifesto est hoc est: vt faciat opus manuũ: et semel comedat: et taceat ꝛ meditetur. Occulte vero ꝓficere in cella hoc est vt portet vnusquisq; opprobrium suum in omni loco quocunq; perrexerit: vt ministeriꝭ horas custodiat: ꝛ de occultis non negligat. Si autem contigerit tempꝰ vt vacet ab opere manuum: intret ad ministerium operis dei: ꝛ id sine aliqua conturbatiõe consumet. Finis autem horum est: vt comitatum simul conuersationũ bonorum teneas: et renoceris ad malorum comitatu. ¶ Uenerũt aliquando duo fratres ad abbatem pambo: et interrogauit eum vnus et eis dicens. ¶ Abba ego biduo ieiuno et duos patimates manduco: putas saluo animam meam: an seducor. Et cum plurimum rogarent eum: alter dixit. ego colligo de opere manuum mearum duas siliquas diurnas: et parũ et eis retineo ad victũ aliud autem expendo in elemosynam: putas saluus ero an seducor. Et cum plurimũ rogarent eũ ille respondit eis. Post quattuor autẽ dies cũ discessuri eẽnt: rogabãt eos clerici dicentes. Nolite contristari fratres: deus vobis prestabit mercedẽ: sic enĩ cõsuetudo est senis huius: ꝛ nõ cito loquitur nisi ei deus dederit: quod loquatur: intrauerũt ergo ad senẽ ꝛ dixerunt ei. Abba orã pro nobis. ꝛ ille dixit eis ambulare vultis. Dixerũt: etiã. Et intuens eos intra semetipsuꝫ: ꝛ accipiens opera coꝝ scribebat in terrã ꝛ dicebat. Pambo biduo ieiunat: et duos patimates manducat putas in hoc erit monachus. Non. Iterũ dicebat. Pambo laborat in die duas siliquas ꝛ dat in elemosynas putas in hoc est monachus. Nec dum. ꝛ paululum reticens dixit ad eos. Bonum quideꝫ ẽ quod operaris sꝫ si custodias conscientiã tuã cũ ꝓximo tuo ita saluaberis. In his ergo sic edificati fratres cũ gaudio discesserunt. Frater quidam interrogauit abbatem pambo: dicens. Quare me ꝓhibent spiritus aliquod bonũ facere ꝓximis. Dixit ei senex. Non sic loquaris alioquin deũ mendacem facies: sꝫ dic magis oĩno miam nolo facere. Preueniẽs enĩ deus dixit: dedi vobis potestatem calcandi super serpentes ꝛ scorpiones et super oẽm virtutem inimici. Cur ergo tu ĩmundos spiritus non cõculcas. ¶ Dixit abbas palladius. Oportet aĩam secunduꝫ voluntatem xp̄i cõuersantẽ: ꝛ discere fideliter q̃ nescit: ꝛ docere manifeste que nouit. Si aũt vtrũq; cũ possit nõ vult: insanie morbo laborat. Initiũ enĩ recedendi a deo fastidiũ doctrine est: ꝛ cũ non appetit illud qđ semper aĩa esurit que diligit deũ. Frater quidam dixit abbati sysoy. Quare nõ recedunt a me passiones. ꝛ dixit ei senex. Quia vasa earũdeꝫ passionuꝫ intra te sunt: sed da eis pignus suum ꝛ discedũt. ¶ Uenit quidam frater ad abbatẽ siluanũ in mõtẽ syna: ꝛ vidit fratres laborantes ꝛ dixit seni. Nolite operari cibum qui perit: maria enĩ optimaꝫ partem elegit. ꝛ senex discipulo suo voca zachariã: ꝛ mittite fratrẽ istũ in cellã vbi nihil sit. et cũ facta fuisset hora nona intendebat ad ostium si mitterent ꝛ vocarent eũ ad manducandũ. ꝛ cũ nemo loqueretur ei surgens venit ad senẽ: et dixit ei. Abba hodie fratres nõ comederunt. et dixit ei senex: etiam comederũt. ꝛ dixit ei frater: ꝛ quare nõ vocastis. ꝛ respondit senex. Tu homo spiritalis es: ꝛ nõ ĩdiges hoc cibo: nos autem carnales sumus et volentes manducare propterea operamur manibus nostris. Tu vero bonã partẽ elegisti: legens tota die et no

lens sumere carnales cibus. Qui cū hec audis set. prostrauit se ad pniam. Ignosce mihi abba. ꝛ dixit ei senex. Puto opus habet oino mariamarthe: per martham em̄ maria laudatur.

¶ Dixit sancta syncletice. Qui sensibiles diuitias de labore ꝛ periculis maris colligunt: qñ multa lucrantur: tunc plura desiderant. ꝛ que habent velut nihil reputant: ad ea vero q̄ necdum habent omnem intentionem animi intendunt: nos autem ꝛ eoꝝ que querenda sunt nihil habemus: et nolumus possidere que necessaria sunt: ꝑpter timorē dei. ¶ Dixit iteꝝ que supra. Est quedam tristitia vtilis: ꝛ est tristitia que corrūpit. Tristitia ergo vtilis est: vt ꝓ peccatis nostris ingemiscamus: ꝛ pro ignorātia ꝓximoꝝ: ꝛ vt nō cadamus a proposito: vt ꝑfectionē bonitatis attinguamus. Hec est species vere tristitie. est em̄ ꝛ aduersarij nostri ad hoc quedam coniunctio: immittit enim tristitiam sine aliqua ratione: quā tedium appellauerunt. Oportet ergo talem spiritum sepius orando ꝛ psallendo magis depelli. ¶ Dixit iterum que supra. est enim ꝛ extensa et immissione dyaboli ꝛ dura abstinentia: nam et sequaces eius faciunt hoc. Quando ergo discernim⁹ diuinam et regalem abstinentiā a tyrannica atq̈ diabolica hec obseruanda sunt: id est vt in omni tempore conuersationis tue vna regula ieiunij sit tibi: nō subito quattuor aut quinq̈ dies continuos ieiunes: et iterum multitudine ciborum soluas virtutem: hoc enim letificat diabolum. Semper eī quod sine mensura est: corruptibile est: noli ergo subito arma tua expendere ne nudus inuentus in bello facile capiaris. Arma em̄ nostra corpus nostrum est anima vero nostra miles est. Utrisq̈ ergo diligentiam presta: vt paratus sis ad id quod necesse est. ¶ Uenerunt aliquādo duo senes magni de partibus pelusij ad abbatissam saram. Et cum ambularent dicebant adinuicē humiliemus vetulam istam. ꝛ dicunt ei. Uide ne extollatur animus tuus et dicas: quia ecce viri solitarij veniunt ad me que mulier sum. et dixit eis abbatissa sarra: sexu quidem mulier sū sed non animo. ¶ Iterum dixit abbatissa sarra Si poposcero a deo vt oēs homines edificentur et me: inuenior ante ianuas singuloꝝ ū penitentiam agens: sed magis oro vt cor meum cum omnibus parum sit. ¶ Dixit abbas iperltius. Iste est vere sapiens: qui facto suo alios docet: non qui verbis. ¶ Uenit aliquando quidam monach⁹ ab vrbe roma qui in palatio magnū nomē habuit: ꝛ habitabat in scithi in ciuitate ecclesie. Habebat autem secum vnum seruum: qui ministrabat ei: videns autem presbyter ecclesie infirmitatem eius: ꝛ cognoscens quia de delitijs esset vir ille: ex eo ꝙ ei deus donauit: vel ꝙ ecclesiam intrabat transmittebat ei. Qui cū fecisset viginti et q̄nq̈ ānos in scithi: factus est vir contēplator: preuidens ꝛ nominatus. Audiens autem quidam de magnis monachis egyptijs opinionem ei⁹ venit videre eum: sperans corporalem conuersationem apud eum plus arduā inueniri. Qui cum intrasset: salutauit eum: ꝛ facientes orationem sederunt. Uidens autem eum egyptius vestitum mollibus rebus: ꝛ mattā de papyro: ꝛ pellem stratam sub ipso ꝛ modicū capitale de cartica sub capite eius: sed ꝛ pedes mundos habentē cū caligulis: scandalizatus est intra se de eo: quia in illo loco non erat consuetudo taliter conuersandi: sed magis duram abstinentiam habere consueuerāt. Senex autē ille romanus habens contemplationem: siue ꝓuidētie gratiam intellexit: quia scandalizatus fuisset egyptius monachus in eo: ꝛ dixit ministro suo. Fac nobis hodie propter abbatem q̄ venit bonam diem. ꝛ coxit parua olera que habebat ꝛ surgentes hora competenti manducabant: habuit etiam et modicum vini ꝑpter infirmitatem suam: ꝛ illud biberunt. Et cum factum esset vespere: dixerunt duodecim psalmos ꝛ dormierunt: similiter autem et nocte. Surgens autem mane egyptius dixit ei. Ora pro me pater. ꝛ egressus est nō edificatus in eo. ꝛ cum paululum discessisset volens eum senex ille romanus sanare misit post eum ꝛ reuocauit ipsum. Qui cum venisset: cū gaudio iterum suscepit eum et interrogauit eum dicēs. et qua prouincia es: ꝛ ille dixit: egyptius sum Cuius ciuitatis: ꝛ respondit. ego omnino nō fui de ciuitate nec habui aliquādo in ciuitate. et dixit ei. Anteq̄ monachus esses quid operabaris in possessione qua manebas: ꝛ ille respondit. Custos eram agroꝝ: ꝛ dixit ei: vbi dormiebas. Respondit in agro. et dixit habebas aliquod stratum. Respondit. Ego in agro vbi haberem stramenta in quibus dormirem? et dixit. Quomodo dormiebas. respondit. In terra nuda. Et dixit. Quid manducabas in agro: aut quale vinum bibebas. Iterum respōdit. Que sunt esce: aut qualis potus in agro? et dixit: quomodo ergo viuebas? Respondit. Manducabā panem siccum ꝛ si inueniebam

quodcunq; de salsamentis. & bibedam aquam. et dixit senex. Grandis labor. et dixit: erat tibi vel balneū in possessione vbi lauareris. et ille dixit non. Sed in flumine lauabar: quādo volebam. Cum ergo hec omnia ab eo senex ex responsione ipsius exegisset: & cognouisset modū prioris vite eius atq; laboris volens eum proficere narrauit ei vitā suā p̄teritam quā habebat cū esset secularis dicens. Me miserum quem vides de magna illa ciuitate romona sū in palatio habens maximū locū apud imperatorem & cū audisset egyptius initia verborum eius cōpunctus est: & sollicite que dicebantur audiebat. & ille adiecit. Reliqui ergo romam et veni in solitudinem istam. et iterum dixit. Me quē vides habui domos magnas: & pecunias multas. & cōtēnens eas veni in istā paruācellam. Iterum dixit. Me quem vides lectos ex auro vestitos habui: habentes preciosissima stramenta & pro his dedit mihi de⁹ stramentū hoc de papyro: & hanc pellem. Sed et vestes mee inestimabili precio digne erāt: p illis vtor his vilibus rescellis: iterū dixit: in prandio meo multum auri expendebatur: & p illo dedit mihi deus modica olera hec: & puulum calicem vini. Erant autē & qui seruiebāt mihi plurimi serui: & ecce p illis huic vni de⁹ inspirauit vt ministraret mihi p balneo autē profundo modico aque pedes meos lauo: et calligulis vtor ppter infirmitatem meam. et rursum pro calamis & cythara vel alia musice opera qua delectabar in conuiuijs meis: dico mihi duodecim psalmos in die et duodecim similiter in nocte sed et pro peccatis meis que ante faciebam: modicam requiem exhibeo p uum et inutile ministeriū deo. Unde rogo te abba vt non scandalizeris ppter infirmitatē meā. et hec audiens egypti⁹ atq; in semetipsū reuersus dixit. Veh mihi quia ego de tribulatione & plurimo labore seculi magis ad repausandum in cōuersationem monachi veni: et quod non habebā tunc: modo habeo: tu autem ex multa delectatione seculi voluntate propria in tribulationem venisti: & ex magna gloria atq; delitijs venisti in humilitatem: & hāc paupertatem. ex quo egyptius multū proficiēs discessit et factus est ei amicus: et sepe veniebat ad eum sue vtilitatis causa. erat enim vir discernens et repletus bono odore spirit⁹ sancti. ¶ Dicebant quidam senes. Non necesse ē verborum tantū: sunt enim plurima verba in hominibus in tempore hoc: sed opera necessaria sunt. Hec est enim querere: nō verba que nō habent fructum: sed opera. ¶ Frater aliquis interrogauit quosdā patrū dicens. Si polluitur aliquis quando res sordidas cogitat. & cū de hoc inquisitio fieret apud eos: aliqui dicebant etiam polluitur. Alij dicebāt non quia si polluit nō possumus saluari nos qui idiote sumus: sed hoc pertinet ad salutem si ea que cogitamus: corporaliter nō fecerimus. Ille aūt frater qui interrogauerat non sibi sufficere iudicans variā responsionē patrū abijt ad senē probatiorē. & interrogauit eū de hoc. & respōdit senex. Secundū mensurā vniuscuiusq; requirit ab eo. Rogauit ergo ille frater senē dicēs. Peto ppter dominū absolue mihi verbū hoc et dixit ei senex. ecce forte iacet hic vas aliqd desiderabile. & adiecit dicens. & si intrauerint duo fratres et quibus vnus habens mēsuras magnas exercitate vite: alter vero paruas. Si ergo cogitatio illi⁹ pfecti motu fuerit ad aspectum vasis illius: & dixerit intra se volebā habere vas illud: & non permanserit in hoc: sz cito absciderit hmōi appetitum: non est pollutus. Si vero ille qui necdū ad mensuras maiores attigit cōcupierit vas illud exercitatus fuerit cū cogitatione sua desiderio compellente & tn̄ non tulerit illud: nō est inquinatus. Dixit quidam senex. Si quis manserit in aliquo loco et nō fecerit fructum loci illius: loc⁹ ipse expellit eum: vtpote qui nō fecerit opus loci. ¶ Dixit quidam senex. Si quis fecerit rem aliquā voluntatem suam querens non est secūdū deū si id tn̄ p ignorantiam fecerit: postea oportet eū reuerti ad viam dn̄i. Qui aūt voluntatē suā nō scd̄m deū: & neq; ab alijs vult audire: sz velut doctū se putat: q hmōi est: vix peruenit ad viam domini. ¶ Interrogatus est senex quidā quid esset quod legitur in euangelio: via āgusta est & arta: que ducit ad vitam. & respōdens dixit ei. Angusta & arta via hec est vt cogitationibus suis homo violentiā faciat & abscīdat ppter deū voluntates suas: hoc est etiā quod scriptū est de apostolis. Ecce nos relinquim⁹ omnia & secuti sumus te. ¶ Dixit quidā senex Sicut ordo monachorū honoratior est secularibus ita & peregrinus monachus speculū debet esse indigenis monachis p ōem modum. ¶ Dixit quidā patrū: si manserit operarius in loco vbi non sunt operarij nō pōt pficere: hec est enim virtus operarij certare vt ab opere nō minuatur. Nā et piger si māserit cū operario pficit: & si nō pficit: nō tn̄ descendit inferius

¶ Dixit quidā senex. Quia homo si verbū quidē habeat: opera autē nō habeat: assimilab᷑ arbori habēti folia: fructuʒ autē non habēti. ¶ Sicut enī arbor fructib⁹ plena: etiaʒ folijs viret: ita ꝛ sermo ꝯsequit᷑ hoīem: q̄ hʒ opa bona: dixit senex. Quia aliqñ q̄dā lapsus in graui peccato: ꝛ cōpūctus ad pniam abijt indicare seni cuidā: ꝛ nō dixerat ei quod fecerat: sed quasi interrogauit dicēs. Si alicui ascendit cogitatio talis: habet ne salutē? ille vero: quia nesciebat discretionē: respōdit ei: perdidisti animā tuā: hoc audiēs frater dixit. Ego si perij: vado ad seculum. Pergēs auteʒ frater ille deliberauit ire: ꝛ indicare cogitationes suas abbati siluano. Erat enī hic siluanus magnus discretor. Ueniens ergo ad eū frater non dixit ei quod fecerat: sed iterū eo modo quo et prius seni illi dixerat: hoc est si ascenderint alicui tales cogitatiōnes: habet ne salutē? Aperiēs aūt abbas siluanus os suū: cepit de scripturis dicere ei. Non oīno iudiciū est tm̄ cogitationib⁹ de peccato. Audiens autē frater et suscipiēs virtutē dictorū in animo supra speꝫ: indicauit ei etiā actū suū. Audiēs autē abbas siluanus q̄d egerat: tāquā bonus medicus posuit cathaplasma aīe eius: de diuinis scripturis assūptū: dicēdo esse pniaʒ his: q̄ ꝑ caritate vera conuertunt᷑ ad deū. Post aliquot autē annos: cōtigit abbatē memoratū ad illū seneʒ applicare: qui enī desperatiōeʒ fecerat: ꝛ narrauit ei ista: ꝛ dixit. ecce frater ille: q̄ de respōso tuo desperauerat: ꝛ ad seculum redibat: velut stella splēdida est in medio fratrū. Hec auteʒ ideo rettuli: vt sciamus quale periculū sit: qñ aliquis siue in cogitatione siue in actu aliq̄d indicat peccatuʒ his qui discernere nesciunt. ¶ Dixit quidā senex: non quia intrant cogitationes male condēnamur ex eis: sed si male vtimur cogitationibus. Fit enī vt per cogitationes naufragiuʒ patiamur: et iterū de cogitationibus coronemur. ¶ Dixit quidaʒ senex non des et non accipies cū secularibus hominibus: et non habeas notitiaʒ cū muliere: nec habeas diu fiduciā cuʒ puero. ¶ Frater quidam interrogauit senē: dicens. Quid faciam quia multe cogitationes sollicitant me: et nescio quomodo repugnē eis? dixit senex: nō repugnes cōtra oēs: sed contra vnā. Oēs enī cogitationes monachorū: vnū habent caput: necessariū ergo est considerare: que et qualis: ꝛ aduersus illaʒ reniti: ita enī et residue cogitationes humiliātur. ¶ Aduersus malas cogitatiōes dixit quidaʒ senex. Obsecro fratres vt sicut cōpressimus actus malos: cōprimamus etiā cogitationes malas. ¶ Dixit iterū quidaʒ senex. Qui vult heremū inhabitare debet esse doctor vt nō doceri egeat: ne detrimentum sustineat. ¶ Interrogatus est senex quodam fratre dicente. Quomodo inuenio deum: vtrum in ieiunijs vel laboribus vel in vigilijs: aut in misericordia? et respondit in his que enumerasti: et in discretione: dico enim tibi quia multi afflixerunt carnē suā: et quia sine discretiōe hoc faciebant: abierunt vacui nihil habentes Os nostruʒ pre ieiunio fetet: ꝛ scripturas omnes didicimus ex corde dauid cōsumauimus: et quod deus requirit: non habemus. s. caritatem et humilitatem. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Abba ecce ego rogo senes et dicunt mihi de salute anime mee: ꝛ nihil retineo et verbis eorum. Quid autem interrogo eos nisi proficiens: cum totus sim in immunditia. Erant autem ibi duo vasa vacua et dixit ei senex. Uade ꝛ affer vnum ex vasis illis: ꝛ mitte in eo oleum ꝛ accende intus stupaʒ ꝛ refunde oleum: ꝛ pone vas in locum suuʒ. ꝛ fecit sic: et dixit ei. Fac iterū sic. Et cū fecisset hoc sepius dixit ei senex. Affer modo vtrāq; vasa: et vide quod eorum mundius sit. Et respondit: illud in quo oleum misi. Cui senex dixit. Sic est ꝛ anima de his que interrogat: quamuis enim nihil retineat eorum que audit: tamen plus ipsa mundatur: quam illa que omnino nec interrogat quemquam. ¶ Frater quidam sedebat in cella sua quiescens: et volebant demones seducere eum sub specie angelorum. Excitabant enim eum vt iret ad collectam: et lumen ostendebant ei. Ille autem venit ad quēdam senē ꝛ dixit ei. Abba veniunt angeli cum lumine ꝛ excitant me ad collectā: ꝛ lumen ostēdūt mihi? ꝛ dixit ei senex. Non audias eos fili quoniam demones sunt: sed quando veniunt excitare te. tu dic. Ego quando volo surgo: vos autem non audio. Accipiens auteʒ frater preceptum senis: reuersus est ad cellam suam. et sequenti nocte iterum demones secunduʒ cōsuetudinem venientes excitabant eū. Ille vero sicut preceptum sibi fuerat: respondebat eis dicens. Ego quando volo surgo: vos autē non audio. Et illi dixerunt ei. Malus senex ille falsator seduxit te: ad quem frater venit: volens mutuare pecuniam: et cum haberet mentitus est dicens se nō habere: ꝛ nō dedit ei. Ex hoc ergo cognosce: quia falsator est.

Frater ergo surgens diluculo venit ad senē: ⁊
nunciauit ei hec ipsa. Senex vero dixit. Verū
est quia habebam ⁊ quia frater venit querens
mutuare ⁊ nō dedi ei: sed sciebam quia si darē
ei: dānū anime sue faceret. Cogitaui ergo po
tius vnum mandatum preterire: q̄ decē preua
ricari: ex quib⁹ in tribulationē venire potuisse
mus pro illo si a me pecuniam accepisset. Tu
autem demones qui te seducere volunt nō au/
dias. Et multum confortatus de verbis senis:
abijt in cellā suā. ¶ Venerunt aliquando tres
fratres ad quendā senē in scithi: ⁊ vnus ex his
interrogauit eum dicens. Abba cōmēdaui ve
tus et nouum testamentum memorie. et respō
dens senex dixit. Replesti verbis aerē. ⁊ secū
dus interrogauit eum dicens. Vetus ⁊ nouū
testamentum ego scripsi per meipsum. Dixit
autē et huic. Et tu replesti fenestras de cartis
Et tertius dixit. Mihi in foculari herbe ascē/
derunt. ⁊ respondens senex dixit ei: ⁊ tu expu
listi a te hospitalitatē. ¶ Narrauerunt quidā
patrum de quodam sene magno: quia si venie/
bat aliquis interrogare eū sermonem: ille cū
magna fiducia dicebat. Ecce ego suscipio per
sonam dei: ⁊ sedeo in sede iudicij. Quid ergo
vis vt faciam tibi? Si dixeris mihi miserere
mei: dicet tibi deus: si vis vt miserear tui mise
rere ⁊ tu fratrib⁹ tuis: ⁊ ego misereor tui. Si
autem vis vt ignoscam tibi: ignosce ⁊ tu proxi
mo tuo. Nūquid a deo est causa? Absit. Sʒ in
nobis est si voluerimus saluari. ¶ Dicebāt de
quodam sene in cellis: qui erat magnus labo/
rator: ⁊ semel cum faceret opus suum: cōtigit
alium quēdā sanctum virum venire ad cellam
eius: ⁊ audiuit eum de foris litigantē cū suis
cogitationibus: ⁊ dicētem. Vsquequo propter
vnum verbum omnia illa amitto? Ille autem
foris stans: putabat q̄ cū alio aliquo litigaret
⁊ pulsauit vt intraret: ⁊ pacificaret eos. Ingre
diens autem ⁊ videns quia nemo alius erat in
tro: habens etiā fiduciā apud senem dixit ei.
Cum quo litigabas abba? ⁊ ille respondit. cū
cogitationibus meis: quia quattuordecim li/
bros memorie commendaui: ⁊ vnū verbū mo
dicum audiui foris: ⁊ cū venissem facere opus
dei: omnia illa perdebam: ⁊ hoc solū qđ foris
audierā venit in memoriam meam: in hora mi
nisterij mei: ⁊ propterea litigabam cū cogita/
tionibus meis. ¶ Fratres quidē de congrega
tione venerunt in heremum: et applicuerunt
ad quēdā heremitā: ⁊ suscepit eos cū gaudio.
Et sicut est cōsuetudo heremitis: videns eos
de labore esse: posuit mensā extra horam: ⁊ qđ
habuit in cella apposuit eis: ⁊ repausauit eos
Et cum factum esset sero. Dixerunt duodecim
psalmos: similiter ⁊ in nocte. Cum autē senex
euigilasset: audiuit eos inter se dicentes. Qz
solitarij isti plus repausant in heremo: q̄ nos
in congregatione. Mane autem cum ambula
turi essent ad alium vicinum eius: dixit eis.
Salutate eum ex me: ⁊ dicite ei. Obserua ne
li irrigare olera. Ille autem cum hoc audisset
intellexit verbum et tenuit eos vsque ad vespe/
rum laborantes ieiunos. Cum autē sero factū
esset fecit prolixi⁹ opus dei. ⁊ postea dixit. Ces
semus modice propter vos: quia de labore estis
Et dixit iterum. Nos quidem quottidie nō so
lemus mānducare sed propter vos gustem⁹ mo
dicum. ⁊ apposuit eis panem siccum ⁊ sal ⁊ di/
xit. Ecce propter vos solēnitatem habem⁹ ho
die. Et misit parū aceti illis in sal: surgentes
ceperunt psallere vsque mane. et dixit eis. Pro
pter vos non possumus implere regulam no/
stram: sʒ modice pausate quia peregrini estis
Mane autem facto volebant fugere. Ille au/
tem rogabat eos dicens. Manete apud nos
aliquantulum temporis: sin alias: vel propter
mandatum tres dies sm̄ consuetudinem here
mi facite nobiscum. Illi autem videntes: quia
non relaxaret eos: fugerunt occulte. ¶ Frater
quidam interrogauit quendam patrum dicēs.
Si contigerit me somno grauari: ⁊ transierit
hora ministerij mei: aīa meā pre verecundia
non vult implere opus suū. ⁊ dixit senex. Si
te contigerit vsque mane dormire quando eui/
gilas surge ⁊ claude ostiū ⁊ fenestras tuas: ⁊
fac opus tuum. Scriptum est enim. Tuus est
dies et tua est nox. In omī enim tempore glo
rificatur deus. ¶ Dicebat aliquis senex. Quia
est homo comedens multū et adhuc esuriens:
et ē alter homo: qui parum comedit ⁊ satiatur:
maiorem tamen mercedem habet ille qui plus
comedit ⁊ esuriens permanet: illo qui parū co/
medit ⁊ satiatur. ¶ Dixit quidā senex. Si con/
tigerit inter te ⁊ alium sermo aliquis tristis: ⁊
negauerit ille dicens: non dixi sermonē hunc
nō certes cum eo vt dicas tu dixisti: q̄z exacer/
babit: vt dicat tibi etiā dixi. ¶ Frater aliquis
interrogauit senem quendam dicens. Soror
mea pauper est: si do ei elemosynam: nonne est
sicut vna de pauperibus? Et dixit senex. Non
Dixit autem frater. Quare abba? Et re/
spondit senex. Quia carnalis sanguis tra/
hit te modicum. ¶ Dixit quidam senex.

Quia oportet monachū neq; auditorem eē obtrectantium neq; obtrectare neq; scandalizari. ¶ Dixit quidā senex. Non oīa que dicūtur placeant tibi neq; omni sermoni consentias. Tardius crede ꝛ quod verū est citius dic. Dixit quidā senex si ascenderit verbū in cor fratris sedentis in cella ꝛ reuoluens illud in aīo non potuerit ad mensurā verbi ptingere: neq; tractus fuerit a deo: assistunt demones: ꝛ ostēdunt ei de verbo illo quod ipsi volunt. ¶ Dicebant quidam senum. Quādo congregabamur in initio adinuicem et loquebamur aliquid: quod vtile erat animabus nostris: efficiebamur seorsum et seorsum et ascendebam⁹ in celum: nunc autem quando congregamur in obtrectationibus occupamur et alterutrum trahimus in profundum. ¶ Dixit alter quidam senū. Siquidem interior homo noster sobrie agit potest etiam exteriorē custodire si vero nō est ita qua possumus virtute custodiamus linguam nostram. ¶ Item dixit qui supra. Opus spirituale necessarium est: quia in hoc venim⁹: magnus eñ labor est ore dicere: qđ nō fit opere corporali. ¶ Alter quidam fratrum dixit. Quia oportet omnino hominē hēre intra cellam opus quod laboret si enim opere dei occupatur: venit ad eum diabolus de die in diem: sed non inuenit locū ī quo maneat. Si aut rursum dominando ei inimicus in captiuitatē redegerit eum venit iterum spiritus dei frequēter: sed si nos ei non facimus locum ꝑpter maliciam nostram discedit. ¶ Descenderūt aliquādo monachi de egypto in scithin: vt viderēt seniores loci illius. Et cum vidissent eos extenuatos fame pre nimia abstinentia impatienter comedere scandalizati sunt in eis. Hoc autem presbyter agnoscens voluit sanare eos: ꝛ ita dimitti: ꝛ predicauit in ecclesia dicens. Ieiunate et extendite abstinentiam vestram fratres. Volebant aūt egyptij qui illuc venerant discedere: ꝛ retinuit eos. Cū aūt ieiunassent primo appoꝛiati sunt. Fecerūt aūt eos ieiunare biduo continuato. In scithi aūt habitantes ieiunauerūt hebdomada. et facto sabbato mādu cauerunt egyptij cū senibus. Turbantibus autē se ad manducandū egyptijs: vnus de senibus tenuit manus eoꝝ dicens. Cū disciplina manducate: quomō monachi. Unus vero ex egyptijs repulit manus eius dicēs. Dimitte me q: morior tota hebdomada nihil coctum comedens. et dixit ei senex. Si ergo vos biduo interuallo non manducantes impatienter tulistis quare scandalizati estis in fratrib⁹ qui semper eo ordine hebdomada leuando abstinētiā seruant. Illi aūt pniam coram eis egerunt ꝛ edificati in abstinētia eoꝝ abierūt cum gaudio. ¶ Frater quidam renuncians seculo et accipiēs habitū monachi: statim reclusit se dicens. Volo esse solitarius. Audientes autē vicini seniores venerunt ꝛ eiecerunt eū ꝛ fecerūt eū circuire cellas fratrū: ꝛ pniam corā singulis agere ꝛ dicere. Ignoscite mihi q: nō sū solitarius sed adhuc initium monachi nuper assumpsi. ¶ Dixerūt quidam senes: si videris iuuenē voluntate sua ascendentē in celū tene pedē eius ꝛ proijce eum in terrā: q: non ita expedit ei. ¶ Frater dixit seni cuidam magno. abba: volebā inuenire senē iuxta voluntatē meā et morari cū ipso. et dixit ei senex: bene querꝭ dñe meus ille aūt affirmabat hmōi eē desideriū suū: nō intelligens qđ locutus est senex ille. Sed cū videret eū senex existimantē quod bene sentiret dixit ei. Ergo si inuenis senē secundū voluntatē tuā vis manere cū illo. ꝛ ille dixit. etiam omnino hoc volo: si inuenio eum scđm meā voluntatē. Dixit ei senex. Nō vt tu sequaris voluntatem senis illius: sed vt ille voluntatē tuā sequatur ꝛ ita in eo repauses. sensit autē frater ille quod dicebat. ꝛ surgens prostrauit se ad pniam dicens. Ignosce mihi pater: quia valde gloriabar estimās me bene dicere cū nihil tenerem. ¶ Duo fratres carnales renunciauerūt seculo: quoꝝ vnus qui etate minor erat: primus ceperat cōuersari. et cum venisset ad eos quidā patrū ꝛ applicuisset apud eos posuerūt peluim: et venit qui minor etate erat vt lauaret pedes. Senex aūt tenēs man⁹ eius remouit eum: et eum qui maior erat etate: fecit implere opus quod primi in monasterio facere consueuerant. Dixerunt autem astātes fratres. Abba ille minor in congregatiōe primus est. Respondens eis senex: ego tollo primatum minoris et trado ei qui etate precedit. ¶ Dixit quidam senex. Prophete conscripserunt libros: patres autem nostri venerunt post eos et operati sunt in eis plurima ꝛ iterū successores illorum commendauerūt eos memorie. Venit autem generatio hec que nunc est: ꝛ scripsit eos in cartis et membranis: ꝛ posuit in fenestris ociosis. ¶ Dicebat quidam senex. Quia cuculla qua vtimur signum est innocentie sub armale quo humeros et ceruicem alligamus: signum est crucis: zona autē qua cingimur signū est fortitudinis. Conuersemur ex

go iuxta id quod habitus noster significat quia omnia cum desiderio facientes: nunquam deficiemus.

¶ Explicit liber de discretione.

¶ Incipit liber de eo quod oportet sobrie viuere.

FRater quidam rogauit abbatem Arsenium vt audiret ab eo sermonem. Dixit autem ei senex. Quantacunque tibi virtus est: conare vt interius opus tuum secundum deum fit: et vincat exterioris hominis passiones. Dicebat iterum. Si querimus deum apparebit nobis: et si tenebimus eum manebit nobiscum. ¶ Dixit abbas agathon. Non debet monachus permittere conscientie sue vt accuset eum in quacunque re. Cum autem moritur⁹ erat memoratus abbas Agathon tres dies mansit immobilis apertos tenens oculos. Pulsauerunt autem eum fratres dicentes. Abba vbi es. et ille respondit. In conspectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei. et tu times. et ille respondit. Interim laboraui virtute qua potui in custodiendis mandatis dei sed homo sum: et nescio vtrum placuerint opera mea coram deo. Dicunt ei fratres. et non confidis in operibus tuis: quia secundum deum sunt. et dixit senex. Non presumo nisi venero ante deum. Aliter enim sunt iudicia dei: et aliter hominum. Cum autem vellent adhuc interrogare eum alium sermonem dixit eis. Ostendite caritatem: et nolite mecum loqui: quia occupatus sum: quo dicto: statim emisit spiritum cum gaudio. Videbant autem eum colligentem spiritum quemadmodum si quis salutet amicos suos dilectos. Habuit autem custodiam magnam in omnibus: et dicebat. Quia sine custodia: ad nullam virtutem homo ascendet. ¶ Dicebant de abbate Ammonis quia quando ibat ad ecclesiam: non permittebat discipulum suum iuxta se ambulare: sed de longe sequi. Sed et si appropinquasset ad eum: vt interrogaret eum de quacunque re: mox dicebat ei: et statim repellebat eum retro dicens: ne forte cum loquimur aliquid de vtilitate anime incurrat etiam iam sermo: qui non pertinet ad rem: propterea non te permitto morari iuxta me. ¶ Dicebat abbas Ammonis abbati aseo. In initio quomodo me vides modo. Et ille dixit ei. Sicut angelum dei pater. et iterum dixit ei postea. Nunc quomodo me vides. et ille dixit. Quomodo sathanam. etenim si bonum sermonem mihi loqueris: velut gladius mihi est. ¶ Dicebat abbas Alones. Nisi dixerit homo in corde suo. ego solus et deus sumus in mundo isto requiem non habebit. Dixit iterum. Quia vult homo in vna die vsque ad vesperam peruenit mensuram diuinitatis. Abbas Bisarion moriens dicebat. Debet monachus totus oculus esse. sicut sunt cherubin et seraphin. ¶ Iter agebant aliquando simul abbas Daniel: et abbas Ammonis: dixit abbas Ammonis. Putas aliquando et nos sedebimus in cella pater: dixit ei abbas Daniel: quis enim a nobis aufert deum: nam et foris modo deus est: et iterum in cella deus est ¶ Dixit abbas Euagrius. Magnum quidem est sine impedimento orare: maius autem est psallere sine impedimento. ¶ Item dixit qui supra. Memor esto semper exitus tui: et non obliuiscaris eterni iudicij et non erit delictum in anima tua. ¶ Dixit abbas Theodorus de bennato: quia si nobis reputat deus negligentias temporis quo oramus: et captiuitates quas patimur: dum psallimus: non possumus salui fieri. Dixit abbas theonas. Quia impeditur mens nostra: et reuocatur a contemplatione dei: propterea captiui ducimur in carnalibus passionibus. ¶ Venerunt aliquando fratres quidam temptare Joannem breuem: quia non dimittebat mentem suam diffundi in cogitationibus secularibus: neque loquebatur causam huius mundi. et dicunt ei. Gratias agimus deo quia multum pluit isto anno: et rigantur competenter arbores palmarum: et bene incipiunt producere ramos et inuenit vnde laborent fratres qui solent manuum suarum operibus occupari. ¶ Dixit ergo ioannes abbas. Sic est quando spiritus sanctus descendit in corda sanctorum: virescunt quodammodo et innouantur. et proferunt folia in timore dei. Dicebant iterum de eodem Joanne: quia fecerit aliquando plectam et duas palmas: et expenderit eas in via sporta et non intellexerit donec iungeretur parieti. Erat enim mens eius occupata in contemplatione dei. Senex quidam erat in scithi habens quidem tolerantiam corporalem: sed non valde scrupulosus erat in retinendis que ante audierat. Abijt ergo iste ad abbatem Joannem breuem: vt interrogaret eum de obliuione: et audiens de eo sermonem: et rediens in cellam suam: oblitus est quod dixerat ei abbas Joannes Iterum abijt et interrogauit eum. Audiens autem ab eo similiter sermonem reuersus est. mox autem vt peruenit ad cellam suam. oblitus est quod audiuit atque ita multotiens vadens atque reuertens: dominabatur ei obliuio. Post hec vero rursus occurrens seni dixit. Nosti abba: quia oblitus sum quod dixisti mihi. Sed ne tibi

molestus essem. ideo non veni. Dixit ei abbas Joannes. Uade incende lucernam: et incendit. et dixit ei. Affer alias lucernas: et incende ex ea. Et fecit sic. et dixit abbas Johannes seni. Ne aliquid lesa est lucerna: quia ex ea alias incendisti. Et dixit non. et respondit Ita nec iohannes leditur si tota scithis veniat ad me: nec impediet me a caritate dei. Quando ergo vis veni nihil hesitans. Et ita per patientiam vtrorumque abstulit deus obliuionem a sene. Hoc enim erat opus habitantium in scithi: vt animarent eos qui impugnabantur a quacunque passione et extorquebant sibi laborem: vnde inuicem lucrarentur bona. ¶ Interrogauit frater quidam abbatem ioannem dicens. Quid faciam: quia frequenter venit quidam frater vt tollat me secum ad opus quod laborat et ego miser sum infirmus et deficio in tali opere. Quid ergo faciam de mandato domini? Respondens senex dixit ei. Caleph filius Jephone dixit Jesu filio Naue. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses seruus domini in terram istam et nunc octoginta annorum sum: et quemadmodum tunc eram fortis ita nunc valeo intrare: et exire ad bellum. Itaque et tu si potes vt sicut ingrediaris ita et egeredris vade cum illo si autem non potes id facere: sede in cella tua plorans peccata tua: et si te inuenerint lugentem: non te compellent exire. ¶ Dixit abbas isidorus qui erat presbyter in scithi. Ego quando eram iuuenis et sedebam in cella mea non habebam numerum psalmorum quos dicebam in ministerio dei: nox enim et dies in hoc mihi expendebantur. Narrauit abbas Cassianus de quodam sene in heremo sedente quia rogauerit deum vt donaret ei ne dormiret aliquando cum spiritalium rerum ratio fieret: si autem detractionis aut odij causa verba essent statim in somnum corrueret vt huiusmodi venenum aures non acciperent. Hic dicebat dyabolum studiosum esse: vt moneret homines ad verba ociosa impugnatorem autem totius doctrine spiritalis atque rei. Hoc autem vtebatur exemplo. Loquente me inquit aliquando de vtilitate animarum ad quosdam fratres tam profundo somno occupati sunt: vt nec palpebre oculorum moueri possent. Ego autem volens ostendere opus demoniacum esse: ociosa verba introduxi. Ad quod illi gaudentes statim a somno sunt relicti. Ego autem ingemiscens dixi. Usque nunc de celestibus loquebamur et omnium vestrum oculi somno grauissimo tenebantur: quando autem sermo ociosus inuentus est: omnes prompti audire cepistis. Propter quod rogo carissimi fratres cognoscentes opus maligni demonis esse: attendite vobismetipsis: custodientes vos a somno: quando aliquid spiritale facitis vel auditis. ¶ Abijt aliquando abbas pastor cum esset iuuenis ad quendam senem: vt interrogaret eum tres sermones. Cum peruenisset autem ad senem: oblitus est vnum ex tribus sermonibus: et reuersus est ad cellam suam. Et cum tetendisset manum: vt teneret clauem: recordatus est sermonis illius: quem fuerat ante oblitus: et retraxit manum a claue: et reuersus est ad senem. Senex autem dixit ei. Accelerasti venire frater. At ille dixit ei. Quia cum tetendissem manum tenere clauem: recordatus sum sermonis quem querebam: et aperui cellam: sed mox ad te sum reuersus. Erat autem longitudo vie multa nimis. Dicebat autem ei senex: vere gregum pastor: nominabitur enim nomen tuum in tota terra egypti. ¶ Uenit abbas Ammon ad abbatem pastorem: et dixit ei. Si vado ad cellam vicini: aut si ille ad me venerit propter aliquid: reueremur inuicem: ne incurrat aliqua fabula incompetens et aliena a proposito monachi. Et dixit ei senex. Benefacis: necessariam enim habet iuuentus custodiam. Dixit ei abbas Ammon. Senex ergo quid facturi sunt? Et dixit ei. Jam senex proficientes atque firmati: non habent in se aliud quidem aut peregrinum in ore suo: vt id loquantur. Et ille dixit. Si ergo fit necessitas cum vicino loqui: videtur tibi: vt de scripturis cum eo loquar: aut de verbis et sententijs seniorum? Et dixit ei senex. Si non potes tacere: bonum est magis: vt de verbis seniorum loquaris: quam de scriptura: periculum est enim non paruum. Interrogatus abbas pastor de inquinamentis: respondit. Quia si stabilimus actiuam vitam nostram in sobrietate: non inueniemus in nobis inquinamenta. Dicebant de abbate pastore. Quia cum exiturus erat ad opus dei faciendum: sedebat prius discernens cogitationes suas iugiter vna hora: et sic egrediebatur. ¶ Dixit abbas. Quia interrogauerit quidam abbatem Paysionem: dicens. Quid facio anime mee: quia insensibilis facta est: et non timet deum? Et dixit ei. Uade et iungere homini timenti deum. Et eius illi inheseris: doceberis et tu timere deum. ¶ Dixit iterum: quia principium et finis est timor domini. Sic enim scriptum est. Initium sapientie timor domini. ¶ Et iterum quando Abraham perfecit alta

re dixit ei domin⁹. Nunc scio: quia times deū ¶ Dixit iterum. Discede ab omni homine: qui in locutione incessanter contētiosus est. ¶ Dixit iterū. Interrogauit aliquando abbatē Petrum abbas Loth: dicens. Quando sum in cella in pace est anima mea: cum autem venit frater aliquis ad me: et retulerit mihi verba eorū que foris sunt turbatur anima mea. et dicit mihi abbas Petrus: quia dicebat abbas Loth. Clauis tua aperuit ostium meum et ego dixi ei Quid est verbum hoc? Et dixit. Si quis venit ad te et interrogas eū quomodo habes: vnde venis: qualiter agitur circa illos fratres susceperunt te an non? Et tūc aperis ianuā fratris tui: et audis que non vis: et ego dixi ei. Ita est Sed quid faciat homo cū venerit frater aliqs ad eū? Et dixit mihi senex. In luctu omnino doctrina est. Ubi autem oīno nō ē luctus: impossibile est custodire mentem: et dixi ei. Qn̄ in cella sum mecum est luct⁹: cū aūt aliquis ad me venerit: aut cū egredior de cella: non inuenio luctum: et dixit senex. Nec dum tibi subiectus est: sed velut ad vsum ꝓpter adhibet: et dixi ei. Quis ē hic sermo? Et dixit mihi. Si laborat homo pro re aliqua ſm virtutē suā inueniet eam. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem Sisoy dicens. Desidero cor meum custodire. Dixit ei senex. Et quomodo possumus custodire cor nostrū si lingua nr̄a ianuā apertā habuerit. ¶ Sedente aliquādo abbate Siluano in monte syna: discipulus suus volēs abire ad quoddā ministeriū suū: dixit seni. Dimitte aquā et riga hortū. Ille aūt egrediēs ad dimittēdam aquā: tegebat facieꝫ suā de cucullo suo tm̄ ad pedes suos intendens. Contigit autem vt ipsa hora quidam superueniret ad eū: et videns eū a lōge cōsiderauit quid fecisset: et cū ꝑuenisset ad eū dixit ei. Dic mihi abba: vt qd tegebas de cucullo faciem tuam: et sic adaquabas hortū. et dixit ei senex. Ne viderent oculi mei arbores: et occuparetur mens mea ab opere suo in cōtēplatiōe eaꝝ. Interrogauit abbas Moyses abbatem Siluanum dicens. Potest ne homo per omnem diē facere initiū cōuersationis sue? Respōdit ei abbas Siluanus. Si est homo operarius potest ꝑ diē et horā inchoare initium conuersationis sue. ¶ Interrogauerunt aliquando abbatem Siluanum quidā dicentes. In quali conuersatione operatus es vt acciperes prudentiam istā? Et ille respondens dixit. Nunꝙ̄ ꝑmisi in corde meo cogitationem morari qua et acerbabat deuꝫ. ¶ Dixit abbas serapium. Quia sicut milites imperatoris cū ante stant non debēt dextra aut sinistra respicere: ita et monachus assistat in cōspectu dei: et intētus sit omni hora in timore eius: nihilqꝫ sit qd̄ de aduersis malis euꝫ terrere possit. ¶ Dicit sancta sincletice. Filij omnes saluari volumus sed propter negligētiam nostram a salute deficimus. ¶ Dixit iterumqꝫ supra. Sobrie viuamus: quia per sensus corporis nostri: vel si non velimus fures ingrediuntur. Quomodo enim potest non fuscari domus: si fumus exterius ascendens fenestras apertas inuenerit? ¶ Dixit iterum que supra. Oportet nos aduersum demones vndiqꝫ armatos existere: qm̄ et exterius ingrediunt: et de intro mouētur: siquidem et anima nostra id patitur. Sicut em̄ nauis que aliqn̄ exterius fluctuꝫ mole opprimit: aliquādo vero interius crescēte sentina demergitur: sic et nos aliquādo operꝫ exterius cōmissoꝝ iniquitate dānamur: aliqn̄ vero interius nequitia cogitationū adijcimur. Un̄ oportet non solum exterius spirituuꝫ immundoꝝ nos impetus obseruare: veꝝ etiam interiorum cogitationum immunditias exhaurire. ¶ Dixit iterū que supra: nō habemus securitatem in hoc seculo: et enim apostolo dicente: qui stat videat ne cadat. In incerto quidem nauigamus: qꝛ sicut dauid psalmista dixit velut mare est vita nostra. sed tamē in mari quedam petrosa sunt: quedam vero bestijs plena: quedaꝫ autē et tranquilla. Nos quidem in tranquilla parte maris nauigare videmur: secl'ares vero homines in locis periculosis: et iterum nos in die nauigamus sole iustitie nobis prebēte ducatū: illi autē nocte ignorātie deportant: sed tn̄ plerūqꝫ cōtigit: vt seculares illi in tēpestate et in obscuro nauigātes ꝑ metu ꝑiculi ad deum clamando et vigilando saluent nauem suā: nos autē in trāquillitate: neglecto deo demergimur: dum ab ipso gubernaculo iusticie derelinquimur. ¶ Dixit abbas Ipericius. Cogitatio tua semp sit in regno celoꝝ: et cito in hereditate accipies illud. ¶ Dixit iterum. vita monachi iuxta imitationem angelorū fiat: cōburens atqꝫ cōsumens peccata. ¶ Dixit abbas arsesius. Puto quia nisi homo custodierit cor suum: oīa que audit et videt: obliuiscitur et negligit: deniqꝫ inimicus si inuenit in eo locum: supplātat euꝫ. Sicut enim lucerna oleo et lichino preparata lucet: si aūt ꝑ negligentiā non acceperit oleū paulatiꝫ extinguit: atqꝫ ita cōualescunt tenebre aduersus eam: sed et mus veni

ens ad eam: volens nitum eius comedere pri
usq perfecte extinguatur: non potest propter
calorem ignis. Si autem viderit: q nec lumē
habet nec calorem iā retinet ignis: tunc volēs
trahere nitum ei⁹: deijcit eā ipam lucernaȝ in
terram q̄ si testa fuerit minuatur si autē erea a
domino suo denuo reparatur. Ita etiaȝ si negle-
xerit anima paulatiȝ: recedit ab ea spiritus sā
ctus: donec pfecte extinguatur calor eius: atq
ita inimicus consumit ⁊ devorat propositū il-
lius: sed ⁊ corpus nequiter exterminat. Si au
tem quis per affectum quem habet in deo bo-
nus fuerit: simpliciter autem ad negligentiaȝ
raptus fuerit: deus qui misericors est: excitat
in eo mentē suā ⁊ memoriā penaȝ: que in futu
ro seculo peccatoribus preparantur: ⁊ curat vt
sobri⁹ sit: ⁊ custodiat se decetero cū magna cau
tela vsq ad tempus visitatiōis sue. Venit qui
dam senex ad alium senem: ⁊ cū loquerentur:
vnus ex eis dixit. Ego iam mortuus sum huic
seculo. Alter vero dixit. Ne confidas in temet
ipso: donec exeas de corpore. Nam si de te di-
cis: quia mortuus sis: sathanas mortuus non
est. ¶ Dixit quidam senex debet monach⁹ quo
tidie mane ⁊ sero cogitare in semetipso: quid
fecit eorum que vult deus: et quid non fecit: ⁊
ita tractans omnem vitam suam: penitentiam
agendo: monachus esse poterit. Sic enim ab
bas arsenius vixit. ¶ Dixit quidam senex. Qr
si quis aurum vel argentum pdiderit: pōt inue
nire: quod perdidit: q̄ aūt tpōs pdiderit nō pōt
inuenire: quia tempus inreparabiliter trāsijt.
¶ Dixit senex. Sicut miles ⁊ venator pficiscē
tes ad propositū sibi laborem: non cogitant vt
vulneretur aliquis: an illesus permaneat: sed
vnusquisq p se solo certat: ita oportet et mo-
nachuȝ esse. ¶ Dixit senex. Sicut nemo potest
ledere eum qui ad latus est imperatoris ita ne
q sathanas nobis aliquid potest nocere: si ani
ma nostra adheserit deo. Scriptum est enim
Appropinquate mihi: ⁊ ego appropinquabo
vobis. Sed quia frequēter extollimur: facile
rapit inimicus miseram animam nostram in
ignominiam passionis. Frater quidam dixit
seni cuidam: nihil pugne video in corde meo.
Et dixit ei senex. Tu sic es velut quadrigemia
porta: vt quicunq voluerit intret: et quicun-
q voluerit exeat ⁊ non intelligis que agantur
Nam si haberes ianuam: ⁊ clauderes eam nec
permitteres intrare per eaȝ cogitationes ma-
las: tunc videres stantes foris: et pugnantes
aduersum te. Dicebant de quodam sene: quia
qn̄ ei cogitatiōes sue dicebāt: dimitte hodie:
et crastino penitere: contradicebat eis ille di-
cēs: nō: sed hodie penitentiā agā: crastino au
tem fiat voluntas dn̄i. ¶ Dixit senex. Nisi exte
rior hō noster sobrie incesserit: impossibile est
custodiri interiorem. ¶ Dicebat senex: qr tres
sunt virtutes sathane: q̄ pcedūt vniuersa pec-
cata. Prima est obliuio petōrū. Secūda negli
gentia. Tertia cōcupiscētia. ecēm si obliuio ve
nerit: generat negligentiā: de negligētia con
cupiscētia nascitur: de concupiscētia vero cor
ruet homo. Si eēm ita est sobria mēs: vt obliui
onē fugiat: ad negligētiā nō venit: et si negle
xerit ⁊ concupiscentiā non receperit nunquā
cadet opitulante gratia christi. ¶ Dixit quidā
senex. Taciturnitati operāda: ⁊ nihil cogites
vane: ⁊ meditationi tue intēde: siue quiescēs:
siue surgens cū timore dei: et hec faciens nō
timebis malignorū impet⁹. ¶ Dixit senex cui-
dam fratri: diabolus est inimicus: ⁊ tu dom⁹.
Inimicus ergo non cessat iactare super te qc
quid sordiduȝ inuenerit: effundens in te vni-
uersas immundicias: tuuȝ est autē non negli-
gere: vt proijcias foras q̄ ille iactauerit. Nam
si neglexeris: replebitur tibi tua domus sor-
dibus: et nequaq valebis intrare in eā. Sed
ab initio q̄ ille iactauerit: tu ejce paulatiȝ: et
manebit domus tua munda per gratiam xp̄i.
¶ Dixit quidā senū. Quando cooperiūtur o-
culi animalis: tunc circuit ad molendū: sin au
tem discoopertos habuerit oculos non ambu
lat in circuitu mole. Sic et diabolus si occur-
rerit aperire oculos hominis: in omni pecca-
to humiliat eū: q si vo fuerint oculi eius aper
ti: facilius potest fugere ab eo. ¶ Dicebant se-
nes. Quia in monte abbatis Antonij sedebāt
septeȝ custodes tēpore dactilorū: ex quibus v-
nus abigebat ab eis volucres. Erat autem ibi
senex: qui in die qua eū dactilorū custodia cō-
tingebat: clamabat dicens: discedite de intro
male cogitationes: deforis aues. ¶ Frater q̄-
dam in cellis infundebat palmulas suas. Et
cum sedisset facere plectas: dixit ei cogitatio
sua: vt ires ad quēdam senem visitare euȝ. Et
iterum cogitans in semetipso: dicebat. Post
paucos dies vadā. Et rursus dicebat ei cogi-
tatus suus. Si inter hec morietur: quid faci-
es? Sed vadaȝ modo: vt loquar ei propter e-
stiuuȝ tempus. Iteruȝ autē cogitauit: dicēs.
Sed cū incido scriptū ad mattas fit tempus.
Et rursus dixit. Extendo palmulas istas: et
tūc vado. Rursus dixit in semetipso. Sed ho

die bonum aerem facit. et surgens reliquit palmas infusas ⁊ tollens melotem suaꝫ ibat. erat autem senex quidam vicinus ei vir preuidus: qui cum vidisset eum in impetu ambulantem clamauit dicens. Captiue captiue: vbi curris Ueni huc ad me. Qui cum venisset: dixit ei senex. Reuertere in cellam tuam. Ille autē frater narrauit ei fluctus quos pertulerat in cogitationibus suis: ⁊ reuersus est in cellam suam. Et cum ingressus fuisset in eam: prostrauit se et penitentiam egit. Hoc autem facto: voce magna subito demones exclamauerunt dicentes: vicisti nos monache: vicisti nos. Et facta est matta eius super quam iacebat velut ab igne vstulata: demones autem euanuerunt velut fumus: ⁊ exterminati sunt: sicqꝫ frater ille didicit versutias eorū. ¶ Dicebant de quodam sene: qui moriebatur in scithi ⁊ circundederunt fratres lectulum eius: ⁊ vestierunt eū: ⁊ ceperunt flere. Ille autē aperuit oculos suos ⁊ risit: ⁊ adiecit iterum ridere: hoc autē factum est tertio: quod cum viderent fratres: interrogauerunt eum dicentes. Dic nobis abba quare nobis flentibus tu rides? Et dixit eis. Primo risi: quia vos timetis mortem. Secundo risi: quia non estis parati. Tertio autem risi: quia ex labore ad requiem vado: ⁊ vos ploratis. Hoc autem cum dixisset: statim vtpote mortuꝰ reclusit oculos senex. ¶ Uenit aliquā do frater manēs in cella ad vnum de patribus ⁊ dixit ei. Quia a cogitatione sua affligeretur. Et respondit ei senex. Tu proiecisti in terra ferramentum magnum: quod est timor dei: ⁊ accepisti in manu tenere arundineā virgā qđ sūt cogitatōes male. accipe ḡ tibi magis ignē qđ ē timor dei: ⁊ qñ appropiquat tibi cogitatō mala velut calamus igne timoris dei cōburetur neqꝫ eñi preualet malitia aduersus eos qui habent timorem dei. Dixit quidam patrum. Nisi prius odio habueris: non potes diligere. Nisi ergo oderis peccatum: non facies iusticiam: sicut scriptum est. Declina a malo ⁊ fac bonuꝫ. Uerūtamen in omnibus his propositū animi vbiqꝫ requiritur. Adam enim in paradiso consistens preuaricatus est mādatum dei. Job autem in stercore sedens custodiuit. Unde constat: quia propositum bonum querit deꝰ ab homine: vt semper timeat eum.

¶ Explicit liber de eo: quia oportet sobrie viuere.

¶ Incipit liber de eo vt sine intermissione oretur.

Dicebāt de abbate arsenio: q: a vespere sabbati lucescēte dominica relinquebat: post se solem et extendebat manus suas ad celum orans donec mane dominico sol illustraret ascendens faciem eiꝰ: ⁊ sic residebat. ¶ Interrogauerunt fratres abbatem agathoneꝫ dicentes. Pater que virtutum in conuersatione plus habet laboris? et dixit eis. Ignoscite mihi: q: puto non esse aliū laborē talem: ꝙ orare deum. Dum enim voluerit homo orare deū suum: semper inimici demones festināt interrūpere orationē eiꝰ: scientes q: ex nulla re impediuntur: nisi per orationem fusam ad deum: si quidē omnem alium laborem quē homo in cōuersatione religiosa positus assumpserit: quāuis instanter ⁊ toleranter agat: habet tamen ⁊ possidet aliquem requiem: oratio autem vsqꝫ ad vltimam exalationē: opus est vt habeat magnum certamen. ¶ Narrauit abbas dulas qui fuit discipulus abbatis Bisarionis dicens. Ueni aliquādo in cellam abbatis mei: ⁊ inuenit eum stantē ad orationē: ⁊ manus eius erāt extense in celum. Permansit autem hoc faciēs iugiter quattuordeciꝫ dies: ⁊ post hec vocauit me ⁊ dixit. Sequere me. Et exeuntes pretimꝰ in heremū: ⁊ cum sitirē dixi ei. Abba sitio. Ille autem tollens melotē discessit a me ꝙtus ē iactus lapidis: et facta oratione attulit eam plenā aqua ⁊ bibi. Tunc perreximus in ciuitatem Lyco: ⁊ venimus ad abbatem iohannē: ⁊ salutantes eum fecimus orationeꝫ. Deinde sedentes cepit loqui abbas Bisarion de visione quam viderat: q: exiuit inquit preceptū a dño vt destruantur templa ⁊ factū ē sic: ⁊ destructa sunt. ¶ Dixit abbas euagrius. Si deficis animo: ora. Scriptum ē enim: ora cū timore ⁊ tremore ⁊ labore. sobrie ⁊ vigilāter. Itaqꝫ oporꝫ nos semper orare: maxime propter malignos ⁊ nequitias vagantes: ⁊ inuisibiles inimicos nostros: qui nos precipue in hoc impedire nituntur. ¶ Dixit iterum. Quando cogitatio contraria in cor venerit: noli alia pro aliis in oratione querere: sed aduersus eam qui te impugnat: gladiū lachrymarum exacue. ¶ Mandatum ē sancte memorie Epyphanio epō cyprio ab abbate monasterii sui: qđ habuit in palestina: quia orationibus tuis non neglerimus regulā: sꝫ cum sollicitudine tertiā: sextā: ⁊ nonā atqꝫ vesperam celebramus. Ille autē reprehēdēs eū mādauit ei. Constat vos vacare ab ora

tione ceteris horis: cum autem qui vere e monachus: oportet sine intermissione orare: aut certe psallere in corde suo. ¶ Dixit abbas Esaias. Quia presbyter pelusij cum fierent agape atque fratres in ecclesia comederent et loquerentur sibijnuicem: increpans eos dixerit. Tacete fratres. Ego enim scio fratrem manducantem vobiscum: et oratio eius ascēdit in conspectu dei velut ignis. ¶ Venit abbas Loth ad abbatem ioseph: et dixit ei. Abba secundum virtutem meam facio modicam regulam: et paruum ieiunium: et orationem: meditationem et quietē: et secundum virtutē meam studeo purgare cogitationes meas. Quid ergo debeo de cetero facere? Surgens ergo senex expandit manus suas in celum: et facti sunt digiti eius velut decem lampades ignis. Et dixit ei. Si vis effici totus: sicut ignis sic age. ¶ Venerunt aliquando ad abbatem Lucium in hennato monachi quidam: qui dicebantur euscitbi. Hoc est orantes: et interrogauit eos senex dicens. Quod est opus manuum vestrarum? et illi dixerunt. Non contingimus aliquid opus manuū: sed sicut ait apostolus: sine intermissione oramus. Dixit ei senex. Et non manducatis? Illi autem dixerunt ei. etiam manducamus. et dicit eis. Et quando manducatis: quis pro vobis orat. Et iterum interrogauit eos dicens. Non dormitis? At illi dixerunt. Dormimus. et dixit senex. Et cum dormitis quis pro vobis orat: et non inuenerunt: quid ad hec responderent ei. et dicit eis. Ignoscite mihi fratres: quia ecce non facitis sicut dicitis. Ego autē ostendam vobis: quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuante deo infūdēs mihi paucas palmulas: et facio ex eis plectā et dico. Miserere mei deus secundum magnā misericordiā tuā. et secundum multitudinē miserationum tuarū dele iniquitatē meam: et dicit eis. Oratio est an non? Et dixerunt ei: etiam. Et ille dixit. Quando permansero tota die laborās et orās corde vel ore: facio plus minus sedecim nummos: et pono ex eis ad hostium duos: et residuos māduco: et qui acceperit illos duos denarios: orat pro me tempore quo ego manduco vel dormio: atque ita per gratiam dei impletur in me quod scriptū est: sine intermissione orate. ¶ Interrogauerunt quidam abbatem Macharium dicētes. Quomō debemus orare. et dixit ei senex. Non opus est multum loqui in oratione sed extendi manus frequenter: et dixi. Domine sicut tu vis: et sicut tu scis miserere mei. Si autē instat bellum in animo dicite. domine adiuua me: et quia ipse scit que expediūt: facit misericordiam nobiscum: dicebant de abbate Sisoy: quia nisi cito deponeret manus suas quando stabat ad orationem: rapiebatur mens eius in superiora. Si ergo contigebat cū eo aliquē fratrem orare. Festinabat cito deponere manus ne raperetur mens eius vt moreretur. ¶ Dicebat aliquis senex. Quia assidua oratio corrigit mentem. ¶ Dicebat quidam patrum: quia sicut impossibile est: vt videat quis ī aqua turbida faciē suam: sic et anima: nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis: contemplatiue non potest orare deum. ¶ Venit quidam senex aliquando in montem Syna. Et cum exiret inde occurrit ei frater in via: et igemiscens: dicebat seni illi. Affligimur abba propter siccitatem: Quia nobis non pluit. Et dicit ei senex Quare non oratis et rogatis deum. At ille dixit. Et orationem facimus et deprecamus assidue deum: et non pluit. Et ait senex. Credo: quia non oratis attentius: vis autē scire: quia ita est. Veni stemus pariter ad orationem. Et extendens in celū manus orauit: et statim pluuia descendit. Quod cum vidisset frater ille timuit: et procidens adorauit eum. Statim aūt senex fugit illinc. ¶ Narrauerunt fratres dicētes. Quia venimus aliquando ad quosdam senes: et cū ex more facta esset oratio: salutantes inuicem sedimus. Et postque locuti sumus: cum discederemus: poposcimus vt rursus fieret oratio: dixit autem vnus illorum seniorum ad nos quid enim. Nonne orastis? Et nos diximus etiam. Sed quando intrauimus pater: tūc est facta oratio: et ex illa hora vsque modo locuti sumus. Et ille dixit. Ignoscite mihi fratres: quia vobiscum sedens quidam senex: et loquens centum et tres orationes fecit. Hoc cum dixisset facta oratione dimiserunt nos.

¶ Explicit liber de eo quod sine intermissione debeat orari.

¶ Incipit liber de hospitalitate et misericordia.

Derrexerūt aliquando quidam patrum ad abbatem ioseph in panepho: vt interrogarent eum de susceptione fratrum: qui superueniunt ad eos si deberent sibi relaxare abstinentiā cum ipsis et congaudere cum eis. Et priusque interrogarent eum: dixit senex discipulo suo. Considera quod facio hodie et expe

let gustare dicens: ego ieiunium non violabo contristatus senex dixit ei. Ne pretereas puerum tuum obsecro neqꝫ despicias: sed veni oremus: ecce enim arbor est hic: que cui nostrum oranti ꝛ genu curuanti inclinata fuerit: ipsam sequamur. Curuauit ille solitari⁹ genu in oratione: ꝛ nihil factum est. Flexit autem senex ille qui eum susceperat genu: ꝛ statim curuata ē etiam arbor illa cum ipso. Quod cum vidissent gauisi sunt: ꝛ gratias egerunt deo semper mirabilia facienti. Uenerunt aliquando duo fratres ad quendam senem. consuetudo autē erat seni nō manducare quotidie. Qui cuꝫ vidisset fratres gaudens suscepit eos: ꝛ dixit. Ieiunium suam mercedem habet. ¶ Et iterum. Qui manducat propter charitatem: duo mandata implet: quoniam voluntatem propriam dereliquit: ꝛ mandatum implebit reficiens fratres.
¶ Erat quidam senum in egypto habitans in deserto loco. Erat etiam alter longe ab eo Manicheus: ꝛ hic erat presbyter et his quos ipsi vocāt presbyteros: qui cum vellet pergere ad eiusdem erroris hominem: comprehendit eū non in loco illo quo erat vir ille sanctus ꝛ orthodoxus: et anxiebatur volens pulsare vt maneret apud euꝫ. Sciebat enim quia cognosceret ꝙ esset manicheus: ꝛ reuocabatur a cogitatiōe sua: ne forte nō acquiesceret suscipere eū Compulsus autem necessitate pulsauit: ꝛ aperiens ei senex: ꝛ cognoscens eum: suscepit eū hylaritate: ꝛ coegit eum orare: ꝛ reficiens euꝫ collocauit vbi dormiret. Manicheus autē cogitans in se nocte mirabatur dicēs: quomodo nullam suspitionē habuit de me? Uere iste seruus dei est. Et surgens mane cecidit ad pedes eius dicens. Ab hodie orthodoxus suꝫ: ꝛ non recedam a te. Et deinceps permansit cum eo.
¶ Monachus quidam thebeus accepit gratiam ministerij a deo: vt singulis indigentibus ministraret quod necessarium esset. Contigit autem aliquando in quodā vico vt faceret agapem: et ecce mulier quedam venit ad eum vt acciperet: et hec erat vestita vetustissimis rebus. Quam cum vidisset ita vetustis rebus indutā: impleuit manū vt daret ei multum. Clausa est autē manus eius: ꝛ leuauit parum. Alia vero venit ad eum vestita bene: ꝛ vidēs vestes eius: misit manum vt daret ei parū: ꝛ aperta ē manus eius: ꝛ leuauit multū. Et requisiuit de vtrisqꝫ mulieribus illis: ꝛ cognouit qꝛ illa que bonis vestibus vtebatur de honestis mulierib⁹ ad paupertatē venerat: ꝛ qꝛ pro opinione naturaliū suorū bonis fuerit rebus induta: illa vero alia accipiēdi causa vestierat se vetustis.
¶ Monachus quidā erat qui habuit fratrem secularem pauperculū: ꝛ quicquid laborabat: prestabat ei: sed ꝙtum ille pstabat tm̄ ille pauperior fiebat. Pergēs autē monachus ille: indicauit hec seni cuidā. Senex aūt dixit ei. Si me vis audire: vltra nihil prebe ei: sed dic illi. Frater quando habui: dedi tibi: tu ergo modo labora: et ex eo qđ laboraueris: prebe mihi: et quicquid tibi attulerit: accipe ab eo: ꝛ vbi scis peregrinū aut senem pauperē da illud: ꝛ roga eos: vt orent pro eo. Ille autē frater hec audiens: fecit ita: et venienti ad se fratri illi seculari locutus est quemadmodum dixerat senex: ꝛ discessit tristis. ꝛ ecce prima die tollēs de horto minuta olera: attulit ei. Accipiens autem frater eius dedit senibus: ꝛ rogauit eos vt orarent pro eo. Qui cū accepisset benedictionēꝫ: reuersus est in domuꝫ suā. Postea vero iterū attulit olera et tres panes: ꝛ accipiens frater eius: fecit sicut prius: ꝛ consecuta benedictione: iteruꝫ discessit. Tertio veniēs attulit multas expensas: et vinū et pisces. Quod cuꝫ vidisset frater eius: miratus est: ꝛ vocauit pauperes et refecit eos. Dixit autem illi seculari fratri suo. Ne opus habeas aliquantos panes? Et ille dixit. Non domine: quoniā quando accipiebam aliquid a te: velut ignis intrauit in domum meam: ꝛ consumebat illud: nunc autem quando a te nihil accipio: superabundo: et deus benedixit mihi. Pergens autem frater indicauit hec omnia que facta fuerant vni seni. Et dixit ei senex. Nescis quia res monachorum ignis est: et vbicumqꝫ ingreditur: consumit. Hoc auteꝫ vtile est fratri tuo: vt de labore suo misereatur: ꝛ orationē a sanctis viris accipiat: et ita bn̄dictionē consequēs multiplicabitur labor ei⁹. ¶ Dicebat quidā senū. Quia quidā faciebat multa bona frequenter: et dyabolus immittebat ei scrupulositateꝫ in animum de paruis rebus: vt aliorꝫ omnium que faciebat mercedem amitteret. Sedente eīn me aliquando in oxirinco: iuxta quendam presbyterum: qui faciebat multas elemosynas: venit mulier quedā vidua postulans ab eo modicum tritici: ꝛ dixit ei. Uade et affer modiuꝫ et mensura tibi. Ille auteꝫ mensurās modiū ipsum ad maius: dixit ei. Maius est. Et fecit verecūdiā vidue illi. Cuꝫ vero discessisset vidua illa: dixi ego ad presbyterū. Mutuasti vidue isti hoc triticum: aut quid? Et ille

xit. Non. Sed donaui ei. Ego autem dixi. Ergo si totum gratis dedisti: quomodo in modico sic scrupulosus esse voluisti: et verecundiam fecisti mulieri? ¶ Senex quidam cum alio vno fratre habebat communem vitam. erat autem ille senex misericors. Contigit autem vt fieret fames: et ceperunt quidam venire ad hospitium eius vt acciperent agapem. Senex vero omnibus venientibus ministrabat panem. Videns autem frater quod fiebat: dicit seni. Da mihi partem meã de panibus: et qđ vis de parte tua fac. Senex autez diuisit panes: et faciebat more solito elemosynam de parte sua. Multi autem concurrebant ad senem audientes ꝙ omnibus daret. Vidẽs autem deus propositum voluntatis eius: benedixit panes. frater autẽ ille qui acceperat partem suam: et nulli dabat: consumpsit panes suos: et dixit seni. Quoniam modicum est quod adhuc habeo de panibus meis abba: suscipe me ad communez vitam. Et dixit ei senex. Quomodo vis facio. Et ceperunt iterum simul esse et communiter viuere. Facta autem iterum abundantia victualium: veniebant iterum indigentes vt acciperent agapem. Contigit autem vna die vt intraret frater ille: et videret quomodo deficerent panes. Venit autem et pauper postulans agapem. Senex autem dixit fratri illi: da ei panẽ et dixit. Jam non habeo pater. et dixit senex. Intra et quere. Ingressus autem frater: attẽdit et vidit repositiones in quibus panes haberi solent repletas panibus. Quod cuz vidisset timuit: et tollens dedit pauperi: atq; ita agnoscẽs fidẽ et virtutẽ senis glorificauit deũ.

¶ Explicit de hospitalitate et misericordia.

¶ Incipit liber de obedientia.

Beate memorie abbas arsenius dixit aliquãdo abbati alexandro. Quando perextẽderis palmulas tuas: tunc veni vt gustemus. Si autem aliqui peregrini superuenerint comedem cum eis. Abbas ergo Alexander leuius et modestius operabatur. Et cum facta fuisset hora manducandi superat ei adhuc de palmulis suis. Volens autem custodire sermonẽ senis: sustinuit: donec explicaret palmulas. Abbas autem arsenius cũ videret: quia tardaret gustauit extistimãs: quia forte peregrini ei superuenerint: et cum eis gustauerit. Abbas autem Alexander postea ꝙ explicuit vespere perrexit ad abbatem Arseniũ: et dixit ei abbas Arsenius. Peregrinos aliquos habuisti. et dixit Non. et ille dixit. Quare ergo non venisti? Et respondit. quia dixisti mihi quando defecerint palme tunc veni: ego autẽ habui sermonẽ tuũ in animo et non veni: quia vsq; ad hanc horam nõ est consummatum opus. et admiratus est senex scrupulositatez obedientie eius: et dixit ei. Citius disiungere ab opere tuo: vt et ministerium psallãdi facias. et aquã tibi aduehere concurras alioquin citius periclitabitur corpus tuum. ¶ Venit abbas Abraã ad abbatem Arem: et dum sederent simul superuenit quidam frater et dixit Abbati Areni. Dic mihi qđ faciã: vt saluari possim? Et dixit ei senex. Vade et toto anno isto vespere manduca panem et salem: et veni et iterum loquar tibi: qui pergẽs fecit ita. Completo autem anno: venit iterum frater ille ad abbatem Arem. Contigit autem vt rursus apud eum inueniretur abbas Abraam. Et dixit iterum senex illi fratri. Vade et ieiuna isto anno: et post biduum manduca: cũ vero discessisset: dixit abbas abraam ad abbatem Arem: quare omnibus fratribus leue iugum imponis: istum vero fratrem graui sarcina onerasti? Et dixit ei senex. Alij fratres quomodo veniunt querere: ita et discedũt: hic vero quia propter deum venit audire verbum: operarius autem magnus est: et quicquid ei dixero: cum omni sollicitudine facit: propterea et ego loquor ei verbum dei. ¶ Narrauerunt de abbate Johanne breuis stature: quia perrexit aliquando ad quendam senem thebeum genere commorantem in scithi: qui sedebat in heremo. Tollens autem aliquando abbas eius lignum siccum plantauit: et dixit ei. Per singulos dies mitte ei ad pedem eius lagenam aque donec fructum faciat. Erat enim lõge ab eis aqua: vt a sero pergeret: et mane rediret. Post tres ãt annos vixit lignũ illud: et fecit fructum. Sumens autez ex fructu eius senex attulit ad ecclesiam et dixit fratribus. Accipite et manducate de obedientie fructu. ¶ Dicebant de Johanne qui fuit abbatis Pauli discipulus: quia magne obedientie fuerit. Erat autem in quodam loco nemoroso: et habitauit in eo leena pessima. Videns autem circa ipsum locum senex stercora leene ipsius. dixit iohanni. Vade et affer stercora illa. et ille dixit ei. Et quid facio abba propter leenam illam? Senex autem subridens dixit ei. Si venerit contra te liga eam et affer huc: perrexit ergo fra-

ter illuc vespere: et ecce venit leena super ipsum. Ille autem secundum verbum senis impetum fecit super eam: vt teneret eam. Fugit autem leena: & sequebatur eam ille dicens. expecta: quia abbas meus dixit vt ligem te. et tenens eam alligauit. Senex autem expectādo eum diutius sedebat & tribulatione affligebatur magna. Et ecce tarde venit: & habebat leenam illam ligatam. Quod cum vidisset senex admiratus est. Volens autem humiliare illū: cecidit eum & dicit. Stulte: canem fatuum ad duxisti mihi. Soluit autem eam statim senex & dimisit redire ad locum suū. ¶ Dicebant de abbate Siluano: quia habuerit in scithi discipulum nomine Marcum: & hic fuerit magne obedientie: quiqꝫ etiā scriptor antiquarius erat Diligebat autem eum senex propter obedientiam suam: habebat etiam alios vndecim discipulos: qui contristabantur ꝙ diligeret eū plus eis. Quod cū audissent vicini senes: quia plus eum ceteris discipulis suis diligeret: moleste tulerunt. Una autem dierum venerunt ad eū. Quos assumens secum abbas siluanus egressus est de cella sua: & cepit singulorum suorum cellas pulsare dicens. Frater veni: quia opus te habeo. Et vnus ex eis non est mox secutus eum. Venit autem ad cellam marci: & pulsauit dicens. Marce. Ille autem cum audisset vocem eius: statim exiuit foras: et misit eum ad quoddam ministerium. Abbas ergo Siluanus dixit senibus. Ubi sunt ceteri fratres? Et ingressus ē in cellā Marci: & inuenit quaternionem quem eadem hora inchoauerat: in quo litteram o faciebat: et audita voce senis non fixit nec girauit calamum vltra: vt impleret & cōcluderet litteram quam in manu habebat. Et dixerunt senes. Vere abba: quem tu diligis & nos diligimus: quoniam et deus diligit eum. ¶ Venit aliquando supradicti marci mater vt videret eum: & habebat secum plurimum obsequium. Ad quem cum exisset senex dixit ei illa. Abba dic filio meo vt exeat ad me: vt videā eum. Ingrediens autem senex dixit Marco. Egredere: vt videat te mater tua. Ille autem vestitus erat conciso & reconsuto panno: & caput & facies eius tincta fumo & fuligine coquine erat. Qui propter abbatis obedientiā egressus est quidam: sed clausit oculos suos & ita salutauit matrem suam: et eos qui venerant cū ea dicēs. Sani estote. Et nemo ex eis nec mater sua eum cognouit: quia ipse esset: que iterum misit ad senem dicens. Abba mitte filium meum: vt videam eum. Et dixit Marco. Nonne tibi dixi: egredere vt videat te mater tua? Et dixit ei Marcus. Egressus sum iuxta verbum tuum pater. Veruntamen rogo te: ne mihi vltra dicas vt exeam: ne inobediens tibi videar esse. Egressus autem senex dixit matri eius. Ipse est qui exiuit ad vos: & salutauit vos: dicens. Sani estote: et consolatas est eam senex et eam discedere fecit. ¶ Venerunt aliquando quattuor fratres de scithi ad abbatē Pambo: vestiti pelliceis tunicis: et indicauit vnusquisqꝫ eorum virtutem alterius. Non presente eo de quo loquebatur. Unus namqꝫ ex eis ieiunauit multum alter vero nihil possidebat: tertius autem habebat plurimam charitatem: de quarto vero dicebant: quia vigintiduos annos haberet in obedientiam permanens senioris. Respōdit autem eis abbas Pambo dicens. Dico vobis quia istius virtus maior ē ꝙ ceterorum: quia vnusquisqꝫ vestrum virtutem quā possidet voluntate ꝓpria retinuit. Hic autē voluntatē suā abscindens aliene se voluntatis fuū fecit. Tales enim viri confessores sunt si vsqꝫ ad finem ita ꝑmāserint. ¶ Venit quidā ad abbatem Sisoy thebeus volens fieri monachus. Et interrogauit eum senex. Si quid haberet in seculo: et ille dixit: habeo vnum filium Et dixit ei senex. Vade iacta eum in flumen: & tūc eris bonus monachus. Qui cum abisset ꝓijcere eū in flumen. misit senex vnum de fratribus qui prohiberet eum. Qui cum vellet iactare puerum: dixit ei frater. Quiesce. Quid facis Et ille respondit. Abbas mihi dixit: vt ꝓijciā eū: & dixit ei frater. Sed iterum abbas dixit. Non proijcias eum. Ille autem relinquēs filiū suū venit ad senem: & factus ē probatissimus monachus. ¶ Dicit sctā sincletice. Nos in congregatione cuius cōuersanti: magis obedientiā ꝙ cōtinentiā ꝓponimus: quā cōtinentia arrogātiā hꝫ: obedientia aūt hūilitatē cōgruā pollicetur. Dixit iterum q̄ supra. Oportꝫ nos cū discretione aīam gubernare: & in cōgregatiōe manētes: nō q̄ nostra sunt querere: necqꝫ seruire proprie voluntati: quā velut exilio relegati nostra dedimus vni sm fidem patri: a rebus secularibus alienati. Unde ergo egressi sumus: nihil vlterius requiramus. Illic enim gloriā habuimus illic abundantiam ciborum: hic aūt ē etiam panis ipsius inopia. ¶ Dixit abbas Iperitius. Quia ministeriū monachi est obedientia: quā qui possidet quicqd poposcerit a deo inpetrabit: et cum fiducia crucifixo astabit. Etenim

dñs sic venit ad crucē: factus sez obediēs vsqꝫ ad mortez. ¶ Dicebant senes. Quia si hꝫ quis in aliquo fidez: ꝛ tradiderit se ei ad subiectio⸗nez nō debet intendere in mandata dei sed pa tri suo spūali oēm voluntatem suaz cōmittere qꝛ illi per oīa obediens nō incurrit peccatum apud deū. ¶ Dicebāt senes: qꝛ ista querit deus a xp̄ianis: vt obediat quis diuinis scripturis: qm̄ inde accipiet loquendoꝝ ꝛ agendoꝝ formā et consentiat prepositis ꝛ patribꝰ orthodoxis. ¶ Frater quidam de scithi vadens ad messem applicuit ad quendam senez magnum: ꝛ dixit ei. Dic mihi abba quid faciam pergens ad me tendum. respōdit ei senex. Et si tibi dixero ac quiesces mihi. Respondit ei frater. Etiā obe⸗dio tibi. Dixit ei senex. Si mihi acquiescis surgens vade ꝛ renuncia messui huic: et veni: dicam tibi quid facias. Ille autez frater renū ciauit messioni: ꝛ venit ad senem. Dixit autez ei senex. Intra cellam tuā: ꝛ fac quinquagin⸗ta dies continuos: semel comedens in die pa⸗nem cuz sale ꝛ iterū indicabo tibi aliam rem. Et fecit sic: ꝛ rursus venit ad senez. Senex au tē videns qꝛ vir operarius esset dixit ei. Quo modo oporteret euz esse in cella sua. et disce⸗dens frater in cellam suam prostrauit se p̄nus in terram tres dies ꝛ tres noctes plorās in cō spectu dñi. Post hoc vero cum dicerent ei co⸗gitationes sue exaltatus es: magnus factus es: ipse temperans vitia cogitationum suaruz humiliter reuocabat culpas suas in cōspectu suo dicens. ꝛ vbi sunt oīa illa peccata mea que feci. Si autem iterꝫ in cogitatione eius ascen debat: qꝛ multū neglexerit de mandatis dei di cebat ꝛ ipse intra se. Sed exhibeo paruuz ser⸗uitium deo meo: ꝛ credo quia faciet mecuz mi sericordiaz. Hoc igitur modo cum deuicisset spūs malaꝝ cogitationū. apparuerunt ei mali gni spiritus visibiliter dicentes. Turbati su⸗mus a te ꝛ dixit eis. Quare: et dixerūt. Quia si te exaltamus recurris ad humilitatem: si vero nos te humiliamus: tu te erigis in altum. Di⸗cebant quidaz senes. Quia nihil sic querit deꝰ ab his qui primitias habent conuersationis: q̄ꝫ obedientie laborem. ¶ Senex quidam soli⸗tarius: habuit quendam ministrum manentez in possessione. Contigit autem semel vt tardā te ministro deficerent necessaria seni. et cuz tē pus intercessisset: et non veniret minister il le defecerunt etiam que necessaria habebat se nex ad victum: et quod operaretur manibus suis. Qui cum affligeretur non habēdo quod laboraret neqꝫ vnde viueret: dixit discipulo suo: vis ire ad possessionem illam ꝛ vocare no bis ministrū qui solet afferre que opus sūt no bis. ꝛ ille respondit. Quod iubes facio. Diffe⸗rebat autē adhuc senex non presumens dimit tere fratrem. ꝛ cū diu sustinerent ꝛ tribularen tur non veniente ministro dixit iterū senex ad discipulum suū. Uis ire vsqꝫ ad possessionem et adducere eum. ꝛ ille respōdit. Quod vis fa cio. Timebat etiaz discipulus ille descendere ad possessionem: ne scandalizaretur aliunde sed ne inobediēs esset patri suo acquieuit ab ire. Dixit autem ei senex. Credo in deum pa⸗trum meoꝝ: quia proteget te ab omni tenta tione. Et facta oratione dixerit eum. Ueniēs autem frater in possessione m reqsiuit vbi ma neret minister ille: ꝛ inuenit hospitium eius. Contigerat autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum extra possessio⸗nem inueniri: excepta vna filia eius. quo pul⸗sante ianuam: filia audiuit: ꝛ venit ad ostiuz ꝛ aperuit ei. Et cum interrogaret eam de patre suo illa hortata est eum vt intraret hospitium simul etiam trahebat eum. Ille vero non ac⸗quiescebat intrare. Sed cum diu euz cogeret preualuit eum introducere ad se: ꝛ complexa⸗ta est eum: ꝛ cepit illicitare ad committionem corporis sui. Ille autem videns se trahi ad lu xuriam ꝛ cogitatiōibus confundi ingemiscēs clamabat ad dominuz dicens. Domine p̄pter orationes patris mei libera me in hora ista. Hoc cum dixisset: subito inuentus est ad flu⸗men pergens ad monasterium: ꝛ restitutus est illesus ad abbatem suuz. ¶ Duo fratres carna les venerunt habitare in monasterium quod⸗dam et quibus vnus erat preclare cōtinētie alter obedientie magne. Cui dicebat pater. Fac hoc ꝛ faciebat: manduca mane ꝛ mandu⸗cabat. De qua re magnam opinionem in mona sterio habebat: quia ita obediens existebat. Punctus est autē inuidie mucrone frater eiꝰ ille continens aduersus eum et dixit in semet ipso. Ego probabo eum si habet obedientiaz Et accedens ad patrem monasterij: dixit ei. Mitte mecum fratrem meum vt eamus ali⸗cubi. et dimisit eos abire. ꝛ assumens eum fra ter ille abstinens: voluit eum tentare. Et cum venissent ad flumen: vbi erat multitudo coco⸗drilorum: dixit ei. Descende in flumen ꝛ trāsi Et ille mox descendit. Uenerunt autem coco drilli et lingebāt corpus eis: in nullo ledētes eum. Quod cum vidisset frater eius dixit ei

Ascende de flumine. et cum iter agerent inuenerunt corpus humanum mortuum iacens in via. Tunc dixit abstinens frater ad fratrem suum. Si habuissemus aliquid vetustum tractaremus super corpus illud. et respondens frater ille obediens dixit. Magis oremus: et forsitan resurget. Et stantibus ad orationem atque orantibus surrexit mortu9 ille. Quo facto gloriatus est ille abstinens frater: et dixit. Pro continentia mea surrexit mortuus hic. Omnia autem hec reuelauit deus abbati monasterij eorum: et qualiter tentauerit fratrem suum de cocodrillis: et quō suscitatus fuerit mortu9 Et cum venissent in monasterium: dixit abbas abstinenti illi. Quare ita fecisti fratri tuo. ecce tantum propter obedientiā eius surrexit mortuus ille. ¶ Alter quidam secularis vite hn̄s tres filios renunciauit seculo: et venit ad monasterium: relinquens filios suos in ciuitate Et cum fecisset tres annos in monasterio: ceperunt ei cogitationes sue filios ad memoriā frequenter adducere. et contristabatur pro eis valde. Neque enim dixerat abbati filios se habere. Uidens autem abbas eum tristem dixit ei. Quid habes quod tristis es. et narrauit ei quia tres filios haberet in ciuitate: et q: vellet eos ad monasterium eius adducere. Precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cum perrexisset ad ciuitatem inuenit duos ex eis iam fuisse defunctos: vnum vero solummodo remansisse. Quem assumens venit ad monasterium: et requirens abbatem non eum inuenit illic. Interrogauit autem fratres vbi esset abbas. et illi dixerunt. Usque ad pistrinum preriit. Ille vero tollens filium suum quē adduxerat: abijt in pistrinum. et videns eum abbas venientem salutauit et tenens infantem quem adduxerat amplexatus est eum: et osculabat. Et dixit patri eius. Amas eū. et ille dixit. Etiam et rursus dixit ei. Omnino diligis eum. et respondit. etiam. Hec audiēs abbas dixit ei. tolle ergo si amas eum: et mitte eum in furnum: sic modo dum ardet furnus: et tenens pater filium suum iactauit eum in furnum ardentem statimque factus est furnus velut ros. et quare acquisiuit gloriam in tempore illo: quēadmodum Abraham patriarcha. ¶ Dixit quidam abbas senex. Quia frater qui ad obedientiam patris spiritualis animū dederit: maiorem mercedem habet: q̄ ille qui in heremo solus recesserit. ¶ Dicebat autem. Quia narrauerit aliqs patrum vidisse se quattuor ordines in celo: quorum primus ordo erat hominū infirmorum et gratias agentium deo: secundus ordo hospitalitatem sectantium: et instanter ministrantium in his: tertius ordo in solitudine conuersantium: et nonvidentium homines. quartus ordo eorum qui ad obediendum spirituali bus patribus se subijciunt propter dominum deum. Utebatur autem ordo obedientium torque aurea et corona: et maiorem q̄ alij glorias habebat. Ego autem dixi ei. Qui mihi ostēdebat omnia hec: Quomodo iste ordo qui paru9 est: maiorem q̄ alij gloriam habet. Et respondens dixit mihi. Quia qui hospitalitatem sectantur: secundum propriam voluntatem id ipm faciunt: similiter et qui in heremo se obligant arbitrio suo de seculo recesserunt: hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit: omnes voluntates suas abijciens pendet ad deum et ad iussionem spiritualis patris: propterea et maiorem gloriam pre alijs habet. Quapropter o filij bona est obedientia: que propter deum fit. Intendite ergo filij virtutis huius aliqđ ex parte vestigium. Obedientia est salus oim fidelium et omnium virtutum. Obedientia est regni celorum inuentrix. Obedientia celos aperiens est et hominem de terra eleuans. obedientia cohabitatrix est angelorum. Obedientia sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim multi ablactati sunt: et per hanc ad perfectionem peruenerunt.

¶ Explicit liber de obedientia.

¶ Incipit liber de humilitate.

Abbas Antonius deficiēs in consideratione profunditatis iudiciorum dei postulauit dicēs Dn̄e: quomodo aliqui paruo tēpore viuentes moriuntur: et alij vltra decrepitam veniunt senectutem: et quare quidam egeni sunt et alij facultatibus ditantur: et quomodo iniusti opulenti sunt iusti vero paupertate p̄mūtur. Et venit ei vox dicens. Antoni ad teipsum intende hec enim iudicia dei sunt: et te scire ea non conuenit. ¶ Dixit abbas Antonius abbati Pastori. Hoc est magnum opus hominis: vt culpā suam sup se vnusquisque ponat coram domino et expectet tentationem vsque ad vltimū vite sue tempus. Dixit iterum abbas Antonius. vidi omnes laqueos inimici tensos in terra: et ingemiscens dixi: quis putas transiet istos et audiui vocem dicentem. Humilitas. Uenerunt aliquando senes ad abbatem Antoniū: et erat

cũ eis etiã abbas Joseph. Uolens autem ab-
bas Antonius probare eos mouit sermonẽ de
scripturis sanctis: et cepit interrogare a iunio
ribus quid esset hoc: aut illud verbũ. et singuli
ei dicebant prout poterant. Ille autem dixit.
Nec dum inuenistis. Post omnes vero dixit
abbati Joseph. Tu quomodo dicis esse verbum
hoc: ille rñdit. nescio. et ait Antoni⁹. Tu solus
inquit inuenisti humilitatis ianuã. Astiterũt
aliquando abbati Arsenio demones in cella
sedenti: et tribulabant eum. Superuenerunt aũt
et fratres: qui ei ministrare soliti erant: et stan
tes extra cellam audiebant eũ clamantẽ ad do
minũ et dicentẽ. domine non me derelinquas:
q2 nihil boni feci coram te: sed presta mihi se-
cũdũ benignitatem tuam saltē modo habere
bene viuendi principia. Dicebant de eo q̃ su
pra. Quia sicut dum in palatio esset: nemo me
lioribus vestimentis eo vsus est: ita et dum in
conuersatione moraretur nemo eo vilioribus
vtebatur. Cum interrogaret aliquando ab-
bas Arsenius quendam senem egyptium de
cogitationibus suis: alius videns eum dixit
abbas Arseni. quomodo tu qui tante eruditio
nis es in latina lingua et greca: rusticum istū
de cogitatiõibus tuis interrogas. et ille respõ
dit. Latinam quidem et grecam eruditionem
q̃tum ad seculum apprehendi: sed alphabetũ
rustici illius necdum discere potui. Dicebãt
senes: quia dederint quidam fratribus aliq̃i
in scithi paucas caricas et pro hoc q̃ pauce e-
rant nõ transmiserunt et eis abbati Arsenio:
ne velut iniuriã pateretur: ille autem cũ hoc
audisset non est egressus iuxta morem ad op⁹
dei cum fratribus celebrandum dicens: excõ-
municastis me vt nõ mihi daretis eulogiam
quam transmisit dominus fratribus: et q̃ ego
non fui dignus accipere. Quod cum audissent
omnes edificati sunt in humilitate senis et va
dens presbyter portauit ei de caricis istis: et ad
duxit eum in congregatione gaudentem. Di
cebant autem de eo quia nemo potuerit cõpre
hendere modum conuersationis eius. Sedẽ-
te autem eodem abbate Arsenio aliquando in
inferioribus partibus egypti: cũ illic impor-
tunitates pateretur visum est ei derelinquere
cellam illam: Et nihil ex ea tollens dixit disci
pulis suis Alexãdro et Zoylo. Tu alexander
ascende nauem: et tu Zoyle veni mecum vsq̃
ad flumen: et quere mihi nauiculam in alexan-
driam euntẽ et ita nauigabis et tu ad fratrem
tuũ. Zoylus autem turbatus est in verbo suo
et tacuit atq̃ ita diuisi sunt abinuicem. Descẽ
dit aũt senex circa partes alexandrie et egrota
uit egritudine magna. Discipuli aũt eius dice
bant adinuicẽ. Putasne aliquis nostri cõtrista
uit eum: et propterea diuisus est a nobis. et non
inueniebat in se ingratitudinis causam: neq̃
q̃ inobedientes ei aliquando fuissent. Cum
vero sanus factus fuisset senex: dixit ad se-
metipsum. Uadam ad patres meos: et ita naui
gans venit in locum qui dicitur petra vbi erãt
supradicti ministri eius. Cum vero esset iuxta
flumen puella quedam ethyopissa veniens te
tigit melotem eius. Senex autem increpauit
eam. Illa vero dixit. Si monachus es vade in
montem. Compunctus autem in hoc verbo se
nex: dicebat ad semetipsum. Arseni: si mona-
chus es: vade in montẽ. et inter hec occurre-
runt ei Alexander et Zoylus discipuli eius.
Et cum cecidissent ad pedes eius: proiecit se
etiam et ipse in terram et flebãt simul. Dixit au
tem senex. Non audistis quia egrotaui. et dixe
runt ei. etiam audiuimus. et ille dixit. Et qua-
re non venistis videre me. et dixit Alexander.
Quia diuisio tua a nobis non fuit tollerabi-
lis: quoniam multi ex ea contristati sunt: dicen
tes. Nisi inobediẽtes fuissemus seni: nequa-
q̃ se separasset a nobis. Et dixit ei senex. Et
ego cognoui: quia hoc diceretur: sed tamẽ ite
rum dicturi sunt homines: quia non inueniẽs
columba requiem pedibus suis reuersa est ad
Noe in archam. In hoc ergo verbo curati sũt
animi discipulorum eius: et permanserunt cum
eo vsq̃ ad vltimũ vite sue tempus. Quo morti
appropinquante turbati sunt: et dixit eis. Non
dum venit hora cum autem venerit indicabo
vobis. Judicari autem habeo vobiscum ante
tribunal xpi: si permiseritis quemq̃ de corpore
meo aliquid facere. et illi dixerunt. Quid ergo
faciemus q2 nescimus mortuum vestire vel se
pelire. et dixit senex. Nescitis mittere funẽ in
pedem meum: et trahere in montem. Cum au
tem traditurus esset spiritum viderũt fratres
eum flentem: et dicunt ei. In veritate tu times
mortem pater: et dixit eis. In veritate enim ti
mor qui in hac hora mihi est semper fuit ĩ me
ex quo factus sum monachus: et timeo valde.
Atq̃ ita in pace obdormiuit. Ille autem ser-
mo semper in ore illius erat. Arseni propter
quid existi? Loqui me semper penituit: tacere
nunq̃. Audiens autem abbas Pastor: quia ab
hac vita discesserit Arsenius: lachrymatus ẽ
et dixit. Beatus es abba Arseni: qui a fleuisti

temetipm in seculo isto. Qui enim se in hoc mū do nō fleuerit: sēpiterne plorabit illic siue igi tur volūtarie hic: siue illic tormētis cogentib⁹ īpossibile est nō flere. Narrauit abbas daniel abbate Arsenio: quia nunquam voluit loqui de questione aliqua scripturarum: cum posset ma gnifice loqui si vellet: sed neqꝫ epistolam cito scripsit ad aliquem. Quando autem ad cōuē tum post aliquantum temporis veniebat post columnam sedebat: ne quis videret faciē eius et ne ipse attenderet alium. Erat autem visio eius angelica sicut iacob: canis ornatus crini bus elegans corpore siccus tamen. Habebat aūt barbam ꝓlixam oīno attingentem vsqꝫ ad ventrem eius. Pili oculorum eius pre nimio fletu ceciderant: longus autem erat: sed senio longinquo curuatus. Mortuus est autē anno rum nonagintaquinqꝫ. Hic fecit in palatio di ue memorie theodosij maioris: qui fuit pater archadij ꝛ honorij annos quadraginta: ꝛ decē annos in loco qui dicitur throben supra baby loniam contra ciuitatem memphis: ꝛ tres an nos in canopo alexandrie: et alios duos an nos reuertens iterum in throben fecit: et ita dormiuit consummans in pace ꝛ in timore dei cursum suum vir bonus ꝛ plenus spiritu san cto et fide. ¶ Narrauit abbas Joannes: quia abbas anub et abbas pastor et residui fratres eorum ex vno vtero nati: monachi fuerunt in scithi: et quando venit illuc gens mazicorum: et desolauerunt locum ipsum: primo discesse runt illinc. et venerunt in locum qui dicit̄ the remithym donec deliberarent ibi habitare de berēt ꝛ manserunt illic in templo quodam an tiquo: paucos dies. Dixit autem abbas Anub abbati pastori. Ostēde charitatem tu ꝛ fratres tui: et singuli seorsum habitemus: et non veni amus ad nos inuicem hebdomada hac. Et re spondit abbas pastor. Faciamus qualiter vis Et fecerunt sic. Erat autem ibi in templo sta tua lapidea ꝛ surgebat quottidie abbas anub: et faciem statue illius lapidabat: vespere autē dicebat. ignosce mihi: et tota hebdomada ita fecit. Die autem sabbato occurrerunt sibi inui cem: et dixit abbas pastor abbati anub. Uidi te abba hebdomeda ista lapidantem faciem sta tue huius: et iterum penitentiam agentem a pud eam: fidelis autem homo hec non facit. et respondit senex. Hanc rem ego ꝓpter vos fe ci. Quando me vidistis lapidantem faciem sta tue istius: an locuta est aliquid: an furuit? Et dixit abbas Pastor. Non. Iterū quando apud eam penitentiā egi: an turbata est: aut dixit: ignosco? Et respōdit abbas pastor. Non. Et il le dixit. Ergo ꝛ nos qui sumus septē fratres: si vultis vt maneamus simul: efficiamur velut statua hec: q̄ contumelijs affecta nō conturba tur: si autē non vultis ita fieri: ecce quatuor in gressus sunt tēpli huius: vnusquisqꝫ qua vult: exeat et quo vult: vadat. Illi autem hec audi entes prostrauerunt se in terram: et dixerunt anub. Quomodo iubes pater ita fiat: obedie mus tibi in omnibus q̄ dixeris nobis. Postea autē retulit abbas pastor: dicens. Quia mādu camus simul omni tēpore vite nostre: operan tes et facientes omnia secundū verbum senis: quodcūqꝫ dixerit nobis. Constituit autē vnū ex nobis dispensatorē: qui quodcumqꝫ nobis apposuisset: manducabamus: ꝛ impossibile e rat vt diceret aliquis ex nobis: affer aliud ali quid: aut diceret: nolo illud manducare: et sic transiuimus omne tempus vite nostre cū quie te et pace. ¶ Dicebant de abbate ammone. Qr venerunt quidā ad eum petentes vt iudicaret inter eos. Senex autem dissimulabat. Et ecce quedam mulier ad aliam mulierē iuxta se stan tem dicebat. Senex iste fatuus est. Audiuit autem eam senex: et vocans illam ad se: dixit ei: quantos labores putas sustinui in solitudi nibus diuersis: vt acquirerem fatuitatem istā: et propter te hodie perditus sum? ¶ Narraue runt de episcopo ciuitatis que vocatur oxirin cus nomine abbas affusus: quia cum esset mo nachus: nimis dure tractauerit vitam suam: et cum factus esset episcopus voluit ipsa duri tia vti in ciuitate. quam in heremo habuerat: et non preualuit. Idcirco prostrauit se in con spectu domini dicēs. Putasne domine ꝓpter episcopatum discessit a me gratia tua? Et re uelatū est ei q: nō: sed q: tunc solitudo erat: et cum non esset homo: deus tuus susceptor erat: nunc aūt hic in seculo es vbi hoīes auxiliant̄ tibi. ¶ Dixit abbas Daniel. Quia erat in ba bylonia filia cuiusdam primarij demonium ha bens. Pater autē eius diligebat monachum quendā. Dixit autem ei monach⁹ ipse. Nemo potest curare filiā tuā: nisi quos scio solitari os: ꝛ si petieris ab eos: non acquiescent h̄ facere ꝓpter hūilitatē. Sed hoc faciamus: vt qñ veniunt afferentes venalia que operātur: dicatis vos emere velle qđ vendunt: et dum venerint ad domum precium accepturi: dice m⁹ eis vt faciant orationem: et credo quia sal uabitur filia tua. Exeuntes ergo in plateam:

inuenerunt vnum discipulū senem sedentē vt
venderet sportellas suas: ⁊ tulerūt eū secū in
domum: vt quasi preciū sportarū acciperet. et
cū intrasset mōachꝰ ille in domū: venit puella
illa que a demonio vexabat. ⁊ dedit alapā mo
nacho illi. Ille autem conuertit ei et alteram
maxillam secundum diuinum peceptū. Demū
autem coactus clamare cepit. O violentia mā
datorum iesu xpi expellit me hinc. ⁊ statim mū
data est puella illa. Cum autem venissent ad se
nes indicauerunt eis quod fuerat factū: ⁊ glo
rificabant deum et dixerunt. Consuetudo est
diabolice superbie: humilitate mandatorum ie
su xpi corruere. Dixit abbas euagrius. Prin
cipium salutis est: si teipsum redarguis. ¶ Dixit
abbas Serapion: quia multos labores corpo
rales feci: plusꝗ filius meus Zacharias: ⁊ nō
perueni ad mensuram humilitatis ⁊ taciturni
tatis eius. ¶ Abbas Moyses dixit fratri Za
charie. Dic mihi quid faciam. Ille autem hoc
audiens: iactauit se pronꝰ in terram ad pedes
eius: dicēs. Tu me interrogas pater. Dixit ei
senex. Crede mihi fili zacharia: quia vidi spiri
tum sanctum descendentem in te: ⁊ propterea
compellor interrogare te. Tunc tollens zacha
rias cucullam suam de capite suo: misit illam
sub pedibus suis: ⁊ conculcans eam dixit: nisi
ita conculcatus fuerit homo: nō potest monachꝰ
esse. Dixit abbas pastor. Quia interrogauerat
abbas moyses fratrē zachariam: tempore quo
moriebatur dicens. Quid vides? et ille dixit.
Nihil melius ꝗ tacere pater. ⁊ dixit ei. Fili ve
rum est: quia tacere bonū est: hora autem mor
tis eius sedens abbas Isidorus respexit in ce
lum ⁊ dixit. Letare letare fili mi Zacharia: qꝛ
aperte sunt tibi ianue regni celorum. ¶ San
cte memorie Theophilus episcopus alexādri
nus: venit aliquando ad montem Nytrie: ⁊ ve
nit ad eū abbas mōtis illius: ⁊ dixit ad eū epi
scopus. Quid amplius inuenisti in via ista pa
ter? Et respondit ei senex. Culpare ⁊ reprehē
dere meipsum: sine cessatione. ⁊ dixit ei episco
pus. Non est alia via sequenda nisi hec. Quan
do abbas Theodorus cum fratribus manducā
bat: accipiebant calices cum reuerentia ⁊ taci
turnitate: nec dicebant: sicut mos est ignosce.
Dixit autem abbas Theodorus. Perdiderunt
monachi ingenuitatē suam: et non dicūt igno
sce. ¶ Dicebant de eodem abbate Theodoro:
quia cum factus esset dyaconus: ⁊ in scithi nō
acquiescebat ministrare ⁊ huc atqꝫ illuc fugie
bat: ⁊ iterum senes adducebant eum dicentes

Non derelinquas ministerium tuū. Dixit au
tem abbas Theodorus. Dimittite me ⁊ depre
cor deum: ⁊ si ostēderit mihi: quia si debeo sta
re in loco ministerij huius faciam. Et dum de
precaretur deum dicebat. Si voluntas tua est
domine vt stem in hoc ministerio demōstra mi
hi. Et ostensa est ei columna ignis de terra vs
qꝫ ad celum. ⁊ vox sonuit dicens. Si potes fie
ri sicut columna hec: vade ministra. Ille autē
audiens statuit apud se nullatenus acquiesce
re ministrare. Qui cum venissent ad ecclesiā
penitentiam apud eum egerunt fratres dicen
tes. Si non vis ministrare vel saltim calicem
tene. Et non acquieuit dicens. Si me non di
mittitis discedam de loco isto. Et ita discesse
runt ab eo. ¶ Dicebat abbas Johannes bre
uis. Quia ianua dei est humilitas: et patres
nostri per multas contumelias gaudentes in
trauerunt ciuitatem dei. ¶ Dixit iterum qui
supra. Quia humilitas et timor dei: superant
vniuersas virtutes. Dixit abbas iohannes the
beus: quia debet monachus ante omnia humi
litatem habere: hoc ē enim primum saluatoris
mandatum dicētis: discite a me: qꝛ mitis sum
⁊ humilis corde. ⁊ alibi. Beati pauperes spi
ritu: qm̄ ipsorum est regnum celorū. ¶ Collecti sūt
aliquādo fratres qui habitabāt in scithi: ⁊ ce
perunt intra se querere de melchisedech sacer
dote. Obliti sunt autem vocare abbatē coprē.
Postea autem vocantes eū: interrogabant eū
de eadem questione. Ille autem tundens ter
tio os suum dixit. Veh tibi copres: quia que ti
bi mandauit deus vt faceres: dereliquisti: ⁊ q
a te non requirit: illa scrutari presumis. Hec
audientes fratres fugerūt singuli in cellas su
as. ¶ Narrauit aliquando de seipso abbas ma
charius dicens. Quando eram iuuenis: ⁊ sede
bam in cella mea: tenuerunt me ⁊ fecerunt me
clericum inuitum. Et cum nollem acquiescere
ad ministrandum: fugi ad alium locum: ⁊ ve
nit ad me quidam secularis quidem homo sed
vita religiosus: ⁊ tollebat a me opꝰ quod facie
bam manibus meis ⁊ ministrabat mihi que ne
cessaria erant. Contigit autem temptāte dia
bolo: vt virgo quedam in vico suo viciata lap
sum incurreret: ⁊ cum in vtero habere cepisset
interrogabatur quis esset de quo in vtero ha
beret. Illa autem dixit: quia hic solitarius est
ꝗ mecum dormiuit. Exeuntes autem de vico
illo comprehenderunt me: et adduxerunt ad
vicum: ⁊ appenderunt in collo meo cacaba
tas ollas: ⁊ ansas vasorum: ⁊ miserunt me cir

euire per vicum illum: et per viã ducebant dicentes. Hic monachus corrupit filiam noſtrã tollite tollite eum. Et ceciderunt me pene ad mortem. Superueniens aũt quidam ſenum dixit. Quãdiu monachum iſtum ceditis peregrinũ. Ille autem qui mihi ſolebat miniſtrare neceſſaria: ſequebatur retro cum verecũdia. etenĩ et ipſum contumelijs multis affecerunt: dicentes. Ecce ſolitarius monachus cui tu teſtificabaris: quid fecit. Et dixerunt parentes puelle illius. Quia nõ dimittemus eũ: donec fideiuſſorem prebeat: qui paſcat eam. et dixi illi q̃ mihi miniſtrare ſolebat et fidem dedit. Et reuerſus ſum in cellam meã: et dedi ei quãtas habui ſportellas: dicens. Uende eas: et da illi mulieri mee manducare. Dicebam aũt in aĩmo meo Machari ecce inueniſti tibi mulierem: opus habes modo amplius laborare: vt paſcas eam Et operabar non ſolum in die: ſed etiam in nocte et trãſmittebã ei. Cum aũt veniſſet tempus infelici illi vt pareret: artabatur per plurimos dies: et nõ pariebat. Dicunt ergo ei. Quid eſt hoc. At illa dixit. Ego ſcio quare iſta patiar. Et interrogata a parentib' ſuis quare: reſpondit. Quia monacho illi crimen illud impoſui: et fallens implicaui eum cum iſte non habeat culpam: ſed iuuenis ille talis hoc fecerit. Audiẽs autem hec verba miniſter meus gaudẽs venit ad me. et dixit. Quia non potuit parere puella illa: donec confiteretur: quia tu nullum crimen in ea habuiſſes: ſed quia mẽtita ſit aduerſum te. et ecce omnes habitatores vici illius volunt venire huc ad te: glorificaturi deum et penitentiam apud te acturi. Ego autem audiẽs iſta a miniſtro meo: ne affligerent me homiẽs ſurrexi: et fugi huc in ſcithi: et hoc eſt principium cauſe: propter quam hic habitare cepi. ¶ Preteriens aliquando abbas macharius a palude ad cellam ſuam: et reuertens portabat palmulas et ecce occurrit ei diabolus in via cũm falce meſſoria. Uoluit autem percutere eum de falce illa: et nõ potuit. et dixit ei. Multam violentiam patior a te machari. quia non poſſum preualere aduerſum te. ecce enim quicquid tu facis: et ego facio. ieiunas tu: ego penitus non comedo: vigilas tu: ego omnino non dormio. Unum eſt autem ſolum in quo me ſuperas. et dixit ei abbas Machari'. Quid eſt illud. et reſpondit diabolus. Humilitas tua: propter quam non preualeo aduerſum te. ¶ Perrexit aliquando abbas Mathois de raythu in ptibus gebalen. erat autem cum eo frater eius. et venit eps loci illius ad memoratũ ſenẽ: et fecit eũ preſbiterum. et dum guſtarent ſimul dixit eps. Ignoſce mihi abba quia ſcio quod nolueris hãc rẽ ſeã vt benedictionẽ tuã acciperem: preſumpſi hoc facere. Dixit ei ſenex cũ humilitate. et animus meus modicum volebat hoc. Uerumtñ in hoc grauiter fero: quia cõpellor ſeparari a fratre meo qui mecũ eſt: neque enĩ ſufficio oẽs orationes quas ſimul faciebamus implere. Et dixit eps. Si ſcis quia dignus eſt: ego ipſum ordino: et dixit ei abbas Mathois. equidem ſi dignus eſt neſcio: vnum aũt ſcio: quia melior me ẽ Ordinauit aũt et ipſum eps: et ita vtrique receſſerunt de hac vita vt nunquam ſe ad ſacrificandum oblationẽ altario ꝓximarẽt. Dicebat autem ſenex. Credo in deum quia forſitan nõ ſuſtineã graue iudiciũ: ꝓpter ordinationẽ quam ſuſcepi: dum oblationem nõ audeã conſecrare. hoc enĩ officiũ illorum eſt: qui ſine querela viuũt. Dixit autem abbas Mathois. Quãtum ſe homo approximat ad deum: tantum ſe peccatorẽ videt. eſaias enim propheta videns dominum miſerũ ſe et ĩmundum dicebat: nam vir labijs pollutus ſum. ¶ Dicebant de abbate Moyſe. Quia cum factus eſſet clericus: impoſuerunt ei humerale: et dixit ei archiepiſcop': ecce factus es cãdidatus abba Moyſes. et ille reſpõdit. Putas deforis domine papa: aut int'. Uolens aũt eps eum probare dixit clericis. Quãdo intrat abbas moyſes ad altare. expellite eũ et ſequimini eum vt audiatis quid dicat. Cum autem cepiſſent eum mittere foras dicebãt ei exi foras ethiops. Ille vero egrediens dicebat. Bene tibi fecerunt cinerente et cacabate quia cum homo non ſis quare te in medio hominũ dare preſumpſiſti. ¶ Cum abbas paſtor in congregatione eſſet: audiens de abbate neſterone. deſiderauit eum videre: et mandauit abbati eius vt mitteret eum ad ipſum. Qui cũ nollet eum ſolum dimittere: non direxit eum. Poſt paucos autem dies diſpenſator monaſterij rogauit abbatem vt permitteret eum ire ad abbatem paſtorem: et diceret ei cogitationes ſuas. Abbas autem cum eum dimitteret dixit ei. Tolle et fratrem iſtum tecum: quia mandauit mihi de ip ſo ſenex et nõ pñumens eũ ſolum dimittere diſtuli vſque modo. Cũ ꝯueniſſet diſpenſator ad ſenem locutus eſt ei de cogitationibus ſuis: et ille ſanauit eum reſponſione ſua Poſt hec autem interrogabat ſenex fratrem illum dicẽs. Abba neſteron: quõ acquiſiuiſti virtutem hanc: vt quando ĩmergit tribulatio ali-

go iuxta id q̄d habitus noster significat q2 oīa
cū desiderio faciētes: nunq̄ deficiemus.
¶ Explicit liber de discretione.
¶ Incipit liber de eo q̄ oportet sobrie viuere.

FRater quidaʒ rogauit
abbatē Arseniū vt audiret ab eo ser
monē. Dixit autē ei senex. Quātacū
q̄ tibi virtus est: conare vt interius
opus tuū scđm deū fit: ⁊ vincat exterioris ho
minis passiones. Dicebat iterū. Si querimus
deū apparebit nobis: ⁊ si tenebimus eum ma
nebit nobiscū. ¶ Dixit abbas agathon. Nō de
bet monachus ꝑmittere conscientie sue vt ac
cuset eum in quacunq̄ re. Cum aūt moritur⁹
erat memoratus abbas Agathō tres dies mā
sit immobilis apertos tenēs oculos. Pulsaue
runt autē eū fratres dicentes. Abba vbi es. et
ille respondit. In conspectu diuini iudicij assi
sto. Dicunt ei. ⁊ tu times. ⁊ ille respondit. In
terim laboraui virtute qua potui in custodien
dis mandatis dei sed homo sum: ⁊ nescio vtrū
placuerint opera mea corā deo. Dicunt ei fra
tres. ⁊ non confidis in operibus tuis: quia se
cundum deum sunt. ⁊ dixit senex. Non presu
mo nisi venero ante deum. Aliter enim sunt
iudicia dei: et aliter hominū. Cum autem vel
lent adhuc interrogare eū aliū sermonem di
cit eis. Ostendite caritatem: et nolite mecum
loqui: quia occupatus sum: quo dicto: statim
emisit spiritum cum gaudio. Videbant auteʒ
eum colligentem spiritum quemadmodum si
quis salutet amicos suos dilectos. Habuit au
tem custodiam magnam in omnibus: ⁊ dice
bat. Quia sine cūstodia: ad nullam virtuteʒ ho
mo ascendet. ¶ Dicebant de abbate Ammōis
quia quando ibat ad ecclesiam: non permitte
bat discipulum suum iuxta se ambulare: sʒ de
longe sequi. Sʒ ⁊ si appropinquasset ad eum:
vt interrogaret eum de quacunq̄ re: mox dice
bat ei: ⁊ statim repellebat eum retro dicens:
ne forte cum loquimur aliquid de vtilitate ani
me incurrat etiam iam sermo: qui nō pertinet
ad rem: propterea non te ꝑmitto morari iuxta
me. ¶ Dicebat abbas Ammonis abbati aseo.
In initio quomodo me vides modo. Et ille di
xit ei. Sicut angelum dei pater. et iterum di
xit ei postea. Nunc quomodo me vides. ⁊ il
le dixit. Quomodo sathanam. etenim si bonuʒ
sermonem mihi loqueris: velut gladius mihi
est. ¶ Dicebat abbas Alones. Nisi dixerit ho
mo in corde suo. ego solus ⁊ deus sum⁹ in mū
do isto requieʒ non habebit. Dixit iterū. Quia
vult homo in vna die vsq̄ ad vesperaʒ puenit
mensurā diuinitatis. Abbas Bisarion mori
ens dicebat. Debet monachus tot⁹ oculus eē.
sicut sunt cherubin ⁊ seraphin. ¶ Iter agebāt
aliquando simul abbas Daniel: et abbas Am
monis: dixit abbas Ammonis. Putas aliquā
do et nos sedebimus in cella pater: dixit ei ab
bas Daniel: quis eīn a nobis aufert deum: nā
et foris modo deus est: ⁊ iterū in cella deus est
¶ Dixit abbas Euagrius. Magnum quidem
est sine impedimento orare: maius autem est
psallere sine impedimento. ¶ Itē dixit qui su
pra. Memor esto semper exitus tui: ⁊ nō obli
uiscaris eterni iudicij ⁊ non erit delictuʒ in a
nima tua. ¶ Dixit abbas Theodorus de hen
nato: quia si nobis reputat deus negligenti
as temporis quo oramus: et captiuitates
quas patimur: dum psallimus: non possumus
salui fieri. Dixit abbas theonas. Quia inpedi
tur mens nostra: ⁊ reuocatur a contemplatiōe
dei: ꝓpterea captiui ducimur in carnalib⁹ pas
sionibus. ¶ Venerunt aliquando fratres qui
dam temptare Joannē breuē: q2 non dimitte
bat mētē suā diffundi in cogitationibus secu
li: nec loquebatur causam huius mundi. ⁊ di
cunt ei. Gratias agimus deo q2 multum pluit
isto anno: et rigantur competenter arbores
palmarum: ⁊ bene incipiūt producere ramos
et inuenit vnde laborēt fratres qui solent ma
nuū suarū operibus occupari. ¶ Dixit ergo Io
annes abbas. Sic est quando spiritus sanct⁹
descēdit in corda sanctorū: virescunt quodam
mō ⁊ innouant. ⁊ ꝓferunt folia in timore dei.
Dicebant iterum de eodē Joanne: q2 fecerit
aliquando plectā ⁊ duas palmas: et expēderit
eas in vna sporta ⁊ nō intellexerit donec iūgerē
tur parieti. Erat enim mens eius occupata in
contemplatione dei. Senex quidam erat i sci
thi habens quidem tolerantiam corporalē: sʒ
non valde scrupulosus erat in retinēdis q̄ an
te audierat. Abijt ergo iste ad abbatem Joan
nem breuem: vt interrogaret euʒ de obliuiōe:
et audiēs de eo sermonē: ⁊ rediens in cellā su
am: oblitus est quod dixerat ei abbas Joānes
Iterum abijt et interrogauit eum. Audiēs au
tem ab eo similiter sermonē reuersus est. mox
autem vt peruenit ad cellam suam. oblitus est
quod audiuit atq̄ ita multotiens vadens atq̄
reuertens: dominabatur ei obliuio. Post hec
vero rursus occurrens seni dixit. Nosti abba:
q2 oblitus sum quod dixisti mihi. Sed ne tibi

molestus essem. ideo non veni. Dixit ei abbas Joannes. Vade incende lucernam: et incendit. et dixit ei. Affer alias lucernas: et incende ex ea. Et fecit sic. et dixit abbas Johannes seni. Ne aliquid lesa est lucerna: quia ex ea alias incendisti. Et dixit non. et respondit Ita nec iohannes ledit si tota scithis veniat ad me: nec impediet me a caritate dei. Quando ergo vis veni nihil hesitans. Et ita per patientiam vtrorumque abstulit deus obliuionē a sene. Hoc enim erat opus habitantiū in scithi: vt animarēt eos qui impugnabāt a quacūque passione et extorquebāt sibi laborem: vnde inuicē lucrarentur bona. ¶ Interrogauit frater quidam abbatem ioannem dicens. Quid faciam: quia frequenter venit quidam frater vt tollat me secum ad opus quod laborat et ego miser sum infirm⁹ et deficio in tali opere. Quid ergo faciam de mandato dñi? Respondens senex dixit ei. Caleph filius Jephone dixit Jesu filio Naue. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses seruus domini in terrā istā et nunc octoginta annorum sum: et quemadmodum tunc eram fortis ita nunc valeo intrare: et exire ad bellum. Itaque et tu si potes vt sicut ingrediaris ita et egrederis vade cum illo si autem non potes id facere: sede in cella tua plorās peccata tua: et si te inuenerint lugētem: non te compellent exire. ¶ Dixit abbas Isidorus qui erat presbyter in scithi. Ego quādo erām iuuenis et sedebam in cella mea non habebam numerum psalmorum quos dicebam in ministerio dei: nox enim et dies in hoc mihi expendebantur. Narrauit abbas Cassianus de quodam sene in heremo sedente quia rogauerit deum vt donaret ei ne dormiret aliquando cum spiritalium rerum ratio fieret: si autē detractionis aut odij causa verba essent statim in somnum corrueret vt huiusmodi venenum aures non acciperent. Hic dicebat dyabolum studiosum esse: vt moneret homīes ad verba ociosa impugnatorem autem totius doctrine spiritalis atque rei. Hoc autem vtebatur exemplo. Loquente me inquit aliquando de vtilitate animarum ad quosdam fratres tam profundo somno occupati sunt: vt nec palpebre oculorum moueri possent. Ego autem volens ostendere opus demoniacum esse: ociosa verba introduxi. Ad quod illi gaudentes statim a somno sunt relicti. Ego autem ingemiscens dixi. Usque nunc de celestibus loquebamur et omnium vestrum oculi somno grauissimo tenebātur: quando autem sermo ociosus inuentus est: omnes prompti audire cepistis. Propter quod rogo carissimi fratres cognoscentes opus maligni demonis esse: attendite vobismetipsis: custodientes vos a somno: quando aliqd spiritale facitis vel auditis. ¶ Abijt aliquando abbas pastor cum esset iuuenis ad quendā senem: vt interrogaret eū tres sermones. Cū peruenisset autem ad senē: oblitus est vnū ex tribus sermonibus: et reuersus est ad cellam suam. Et cum extendisset manum: vt teneret clauem: recordatus est sermonis illius: quem fuerat ante oblitus: et retraxit manum a claue: et reuersus est ad senem. Senex autem dixit ei. Accelerasti venire frater. Et ille dixit ei. Quia cum extendissem manum tenere clauem: recordatus sum sermonis quem querebam: et aperui cellam: sed mox ad te sum reuersus. Erat autem longitudo vie multa nimis. Dicebat autem ei senex: vere gregum pastor: nominabitur enī nomen tuum in tota terra egypti. ¶ Venit abbas Ammō ad abbatem pastorem: et dixit ei. Si vado ad cellam vicini: aut si ille ad me venerit propter aliquid: reuereamur inuicem: ne incurrat aliqua fabula incompetens et aliena a proposito monachi. Et dixit ei senex. Benefacis: necessariam enī habet iuuentus custodiam. Dixit ei abbas Ammon. Senex ergo quid facturi sunt? Et dixit ei. Jam senex proficientes atque firmati: non habent in se aliud quid: aut peregrinum in ore suo: vt id loquantur. Et ille dixit. Si ergo sit necessitas cū vicino loqui: videtur tibi: vt de scripturis cū eo loquar: aut de verbis et sententijs seniorum? Et dixit ei senex. Si nō potes tacere: bonū est magis: vt de verbis seniorum loquaris: quam de scriptura: periculū est enī non paruū. Interrogat⁹ abbas pastor de inquinamentis: rñdit. Quia si stabilim⁹ actiuam vitam nostrā in sobrietate: non inueniem⁹ in nobis inquinamēta. Dicebāt de abbate pastore. Quia cum exitur⁹ erat ad opus dei faciendū: sedebat prius discernēs cogitatiōnes suas iugiter vna hora: et sic egrediebatur. ¶ Dixit abbas. Quia interrogauerit quidā abbatē Paysionem: dicens. Quid facio anime mee: quia insensibilis facta est: et non timet deum? Et dixit ei. Vade et iungere homini timenti deū. Et cum illi inheseris: doceberis et tu timere deum. ¶ Dixit iterū: quia principium et finis est timor dñi. Sic enī scriptum est. Initiū sapientie timor dñi. ¶ Et iterū quando Abraham perfecit alta

re dixit ei domin⁹. Nunc scio: quia times deū
¶ Dixit iterum. Discede ab omni homine: qui
in locutione incessanter cōtētiosus est. ¶ Di-
xit iterū. Interrogauit aliquando abbatē Pe-
trum abbas Loth: dicens. Quando sum in cel
la in pace est anima mea: cum autem venit fra
ter aliquis ad me: ⁊ retulerit mihi verba eorū
que foris sunt turbatur anima mea. et dicit mi
hi abbas Petrus: quia dicebat abbas Loth.
Clauis tua aperuit ostium meum ⁊ ego dixi ei
Quid est verbum hoc? Et dixit. Si quis venit
ad te ⁊ interrogas euʒ quomodo habes: vnde
venis: qualiter agitur circa illos fratres susce
perunt te an non? Et tūc aperis ianuā fratris
tui: ⁊ audis que non vis: ⁊ ego dixi ei. Ita est
Sed quid faciat homo cū venerit frater aliqs
ad eū? Et dixit mihi senex. In luctu omnino
doctrina est. Ubi autem oīno nō ē luctus: im-
possibile est custodire mentem: et dixi ei. Qn̄
in cella sum mecum est luct⁹: cū aūt aliquis ad
me venerit: aut cū egredior de cella: non inue
nio luctum: et dixit senex. Nec dum tibi subie
ctus est: sed velut ad vsum ꝓpter adhibet̄: ⁊ di
xi ei. Quis ē hic sermo? Et dixit mihi. Si la-
borat homo pro re aliqua ſm virtutē suā inue
niet eam. ¶ Frater quidam interrogauit abba
tem Sisoy dicens. Desidero cor meum custodi
re. Dixit ei senex. Et quomodo possumus cu-
stodire cor nostruʒ si lingua nr̄a ianuā apertā
habuerit. ¶ Sedente aliquādo abbate Silua
no in monte syna: discipulus suus volēs abire
ad quoddā ministeriū suū: dixit seni. Dimitte
aquā ⁊ riga hortū. Ille aūt egrediēs ad dimit
tēdam aquā: tegebat facieʒ suā de cucullo suo
tm̄ ad pedes suos intendens. Contigit autem
vt ipsa hora quidam superueniret ad eū: et vi
dens eū a lōge cōsiderauit quid fecisset: et cū
ꝑuenisset ad euʒ dixit ei. Dic mihi abba: vt qd
tegebas de cucullo faciem tuam: et sic adaqua
bas hortū. et dixit ei senex. Ne viderent oculi
mei arbores: ⁊ occuparetur mens mea ab ope
re suo in cōtēplatiōe eaꝝ. Interrogauit abbas
Moyses abbatem Siluanum dicens. Potest
ne homo per omnem diē facere initiū cōuersa
tionis sue? Respōdit ei abbas Siluanus. Si
est homo operarius potest ꝑ diē ⁊ horā incho-
are initium conuersationis sue. ¶ Interroga-
uerunt aliquando abbatem Siluanum quidā
dicentes. In quali conuersatione operatus es
vt acciperes prudentiam istā? Et ille respon-
dens dixit. Nunꝙ ꝑmisi in corde meo cogita-
tionem morari qua et acerbabat deuʒ. ¶ Dixit
abbas serapium. Quia sicut milites imperato
ris cū ante stant non debēt dextra aut sinistra
respicere: ita ⁊ monachus assistat in cōspectu
dei: ⁊ intētus sit omni hora in timore eius: ni-
hilqꝫ sit qd̄ de aduersis malis euʒ terrere pos-
sit. ¶ Dicit sancta sincletice. Filij omnes salua
ri volumus sed propter negligētiam nostram
a salute deficimus. ¶ Dixit iterumqꝫ supra.
Sobrie viuamus: quia per sensus corporis no
stri: vel si non velimus fures ingrediuntur.
Quomodo enim potest non fuscari domus: si
fumus exterius ascendens fenestras apertas
inuenerit? ¶ Dixit iterum que supra. Oportet
nos aduersum demones vndiqꝫ armatos exi-
stere: qm̄ ⁊ exterius ingrediunt̄: ⁊ de intro mo
uētur: siquidem ⁊ anima nostra id patitur. Si
cut em̄ nauis que aliqn̄ exterius fluctuʒ mole
opprimit̄: aliquādo vero interius crescēte sen
tina demergitur: sic ⁊ nos aliquādo opeꝝ exte
rius cōmissoꝝ iniquitate dānamur: aliqn̄ vero
interius nequitia cogitationū adijcimur. Un̄
oportet non solum exterius spirituuʒ immun-
doꝝ nos impetus obseruare: veꝝ etiam interi-
orum cogitationum immunditias exhaurire.
¶ Dixit iterū que supra: nō habemus securita
tem in hoc seculo: ⁊ enim apostolo dicente: qui
stat videat ne cadat. In incerto quidem naui-
gamus: qr sicut dauid psalmista dixit velut ma
re est vita nostra. sed tamē in mari quedam pe-
trosa sunt: quedam vero bestijs plena: quedaʒ
autē et tranquilla. Nos quidem in tranquilla
parte maris nauigare videmur: seculares vero
homines in locis periculosis: ⁊ iterum nos in
die nauigamus sole iustitie nobis prebēte du-
catū: illi autē nocte ignorātie deportant̄: sed
tm̄ plerūqꝫ cōtigit: vt seculares illi in tēpestā-
te ⁊ in obscuro nauigātes ꝓ metu ꝑiculi ad de
um clamando ⁊ vigilando saluent nauem suā:
nos autē in trāquillitate: neglecto deo demer
gimur: dum ab ipso gubernaculo iusticie dere
linquimur. ¶ Dixit abbas Ipericius. Cogita-
tio tua semꝑ sit in regno celoꝝ: ⁊ cito in here-
ditate accipies illud. ¶ Dixit iterum. vita mō-
nachi iuxta imitationem angelorū fiat: cōbu-
rens atqꝫ cōsumens peccata. ¶ Dixit abbas ar
sesius. Puto quia nisi homo custodierit cor su
um: oīa que audit ⁊ videt: obliuiscitur ⁊ negli
git: deniqꝫ inimicus si īuenit in eo locum: sup
plātat euʒ. Sicut enim lucerna oleo ⁊ lichino
preparata lucet: si aūt ꝑ negligentiā non acce-
perit oleū paulatiʒ extinguit̄: atqꝫ ita cōuale-
scunt tenebre aduersus eam: sed et mus veni-

ens ad eam:volens nitum eius comedere pri usq perfecte extinguatur: non potest propter calorem ignis. Si autem viderit: q nec lumē habet nec calorem iā retinet ignis: tunc volēs trahere nitum ei⁹: deijcit eā ipam lucernā in terram q̄ si testa fuerit minuat̃ si autē erea a domino suo denuo reparat̃. Ita etiā si neglexerit anima paulatī: recedit ab ea spiritus sāctus: donec pfecte extinguat̃ calor eius: atq ita inimicus consumit ⁊ devorat propositū illius: sed ⁊ corpus nequiter exterminat. Si autem quis per affectum quem habet in deo bonus fuerit: simpliciter autem ad negligentiā raptus fuerit: deus qui misericors est: excitat in eo mentē suā ⁊ memoriā penaꝝ: que in futuro seculo peccatoribus preparantur: ⁊ curat vt sobri⁹ sit: ⁊ custodiat se decetero cū magna cautela vsq ad tempus visitatiōis sue. Venit quidam senex ad alium senem: ⁊ cū loquerentur: vnus ex eis dixit. Ego iam mortuus sum huic seculo. Alter vero dixit. Ne confidas in temet ipso: donec exeas de corpore. Nam si de te dicis: quia mortuus sis: sathanas mortuus non est. ¶ Dixit quidam senex debet monach⁹ quotidie mane ⁊ sero cogitare in semetipso: quid fecit eorum que vult deus: et quid non fecit: ⁊ ita tractans omnem vitam suam: penitentiam agendo: monachus esse poterit. Sic enim abbas arsenius vixit. ¶ Dixit quidam senex. Qr si quis aurum vel argentum pdiderit: pōt inuenire: quod perdidit: q̄ aūt tp̄s pdiderit nō pōt inuenire: quia tempus inreparabiliter trāsit. ¶ Dixit senex. Sicut miles ⁊ venator pficiscētes ad propositū sibi laborem: non cogitant vt vulneretur aliquis: an illesus permaneat: sed vnusquisq p se solo certat: ita oportet et monachū esse. ¶ Dixit senex. Sicut nemo potest ledere eum qui ad latus est imperatoris ita nec sathanas nobis aliquid potest nocere: si anima nostra adheserit deo. Scriptum est enim Appropinquate mihi: ⁊ ego appropinquabo vobis. Sed quia frequēter extollimur: facile rapit inimicus miseram animam nostram in ignominiam passionis. Frater quidam dixit seni cuidam: nihil pugne video in corde meo. Et dixit ei senex. Tu sic es velut quadrigemia porta: vt quicunq voluerit intret: et quicunq voluerit exeat ⁊ non intelligis que agantur Nam si haberes ianuam: ⁊ clauderes eam nec permitteres intrare per eā cogitationes malas: tunc videres stantes foris: et pugnantes aduersum te. Dicebant de quodam sene: quia qñ ei cogitatiōes sue dicebāt: dimitte hodie: et crastino penitere: contradicebat eis ille dicēs: nō: sed hodie penitentiā agā: crastino autem fiat voluntas dñi. ¶ Dixit senex. Nisi exterior hō noster sobrie incesserit: impossibl'e est custodiri interiorem. ¶ Dicebat senex: q: tres sunt virtutes sathane: q̄ p̄cedūt vniuersa peccata. Prima est obliuio pctōꝝ. Secūda negligentia. Tertia cōcupiscētia. etenī si obliuio venerit: generat negligentiā: de negligētia concupiscētia nascitur: de concupiscētia vero corruet homo. Si enī ita est sobria mēs: vt obliuionē fugiat: ad negligētiā nō venit: et si neglexerit ⁊ concupiscentiā non receperit nunquā cadet opitulante gratia christi. ¶ Dixit quidā senex. Taciturnitati operā da: ⁊ nihil cogites vane: ⁊ meditationi tue intēde: siue quiescēs: siue surgens cū timore dei: et hec faciens nō timebis malignorū impet⁹. ¶ Dixit senex cuidam fratri: diabolus est inimicus: ⁊ tu dom⁹. Inimicus ergo non cessat iactare super te q̄cquid sordidū inuenerit: effundens in te vniuersas immundicias: tuū est autē non negligere: vt proijcias foras q̄ ille iactauerit. Nam si neglexeris: replebitur tibi tua domus sordibus: et nequaq valebis intrare in eā. Sed ab initio q̄ ille iactauerit: tu eijce paulatī: et manebit domus tua munda per gratiam xp̄i. ¶ Dixit quidā senū. Quando cooperiūtur oculi animalis: tunc circuit ad molendū: sin autem discoopertos habuerit oculos non ambulat in circuitu mole. Sic et diabolus si occurrerit aperire oculos hominis: in omni peccato humiliat eū: q si vo fuerint oculi eius aperti: facilius potest fugere ab eo. ¶ Dicebant senes. Quia in monte abbatis Antonij sedebāt septē custodes tēpore dactiloꝝ: ex quibus vnus abigebat ab eis volucres. Erat autem ibi senex: qui in die qua eū dactiloꝝ custodia cōtingebat: clamabat dicens: discedite deintro male cogitationes: deforis aues. ¶ Frater q̄dam in cellis infundebat palmulas suas. Et cum sedisset facere plectas: dixit ei cogitatio sua: vt ires ad quēdam senem visitare eū. Et iterum cogitans in semetipso: dicebat. Post paucos dies vadā. Et rursus dicebat ei cogitatus suus. Si inter hec morietur: quid facies: Sed vadā modo: vt loquar ei propter estiuū tempus. Iterū autē cogitauit: dicēs. Sed cū incido scriptū ad mattas fit tempus. Et rursus dixit. Extendo palmulas istas: et tūc vado. Rursus dixit in semetipso. Sed ho

die bonum aerem facit. et surgens reliquit pal mas infusas ꝛ tollens melotem suaꝫ ibat. erat autem senex quidam vicinus ei vir prouidus: qui cum vidisset eum in impetu ambulantem clamauit dicens. Captiue captiue: vbi curris Ueni huc ad me. Qui cum venisset: dixit ei se nex. Reuertere in cellam tuam. Ille autē fra ter narrauit ei fluctus quos pertulerat in co gitationibus suis: ꝛ reuersus est in cellam su am. Et cum ingressus fuisset in eam: prostra uit se et penitentiam egit. Hoc autem facto: voce magna subito demones exclamauerunt dicentes: vicisti nos monache: vicisti nos. Et facta est matta eius super quam iacebat velut ab igne vstulata: demones autem euanuerunt velut fumus: ꝛ exterminati sunt: sicqꝫ frater il le didicit versutias eorꝫ. ¶ Dicebant de quo dam sene: qui moriebatur in scithi ꝛ circunde derunt fratres lectulum eius: ꝛ vestierunt eū: ꝛ ceperunt flere. Ille autē aperuit oculos su os ꝛ risit: ꝛ adiecit iterum ridere: hoc autē fa ctum est tertio: quod cum viderent fratres: in terrogauerunt eum dicentes. Dic nobis abba quare nobis flentibus tu rides? Et dixit eis. Primo risi: quia vos timetis mortem. Secun do risi: quia non estis parati. Tertio autem ri si: quia ex labore ad requiem vado: ꝛ vos plo ratis. Hoc autem cum dixisset: statim vtpote mortu⁹ reclusit oculos senex. ¶ Uenit aliquā do frater manēs in cella ad vnum de patribus ꝛ dixit ei. Quia a cogitatione sua affligeret. Et respondit ei senex. Tu proiecisti in terra ferramentum magnum: quod est timor dei: ꝛ accepisti in manu tenere arundineā virgā qꝺ sūt cogitatōes male. accipe ꝙ tibi magis ignē qꝺ ē timor dei: ꝛ qn̄ appropiquat tibi cogitatō mala velut calamus igne timoris dei cōburet neqꝫ eīn preualet malitia aduersus eos qui ha bent timorem dei. Dixit quidam patrum. Nisi prius odio habueris: non potes diligere. Nisi ergo oderis peccatum: non facies iusticiam: sicut scriptum est. Declina a malo ꝛ fac bonuꝫ. Uerūtamen in omnibus his propositū animi vbiqꝫ requiritur. Adam enim in paradiso con sistens preuaricatus est mādatum dei. Iob au tem in stercore sedens custodiuit. Unde con stat: quia propositum bonum querit de⁹ ab ho mine: vt semper timeat eum.

¶ Explicit liber de eo: quia opor tet sobrie viuere.

¶ Incipit liber de eo vt sine inter missione oretur.

Dicebāt de abbate ar senio: q: a vespere sabbati lucescē te dominica relinquebat: post se so lem et extendebat manus suas ad celum orans donec mane dominico sol illustra ret ascendens faciem ei⁹: ꝛ sic residebat. ¶ In terrogauerunt fratres abbatem agathoneꝫ di centes. Pater que virtutum in conuersatione plus habet laboris? et dicit eis. Ignoscite mi hi: q: puto non esse aliū laborē talem: ꝙ orare deum. Dum enim voluerit homo orare deū su um: semper inimici demones festināt interrū pere oratione ei⁹: scientes q: et nulla re impe diuntur: nisi per orationem fusam ad deum: si quidē omnem alium laborem quē homo in cō uersatione religiosa positus assumpserit: quā uis instanter ꝛ toleranter agat: habet tamen ꝛ possidet aliquem requiem: oratio autem vsqꝫ ad vltimam exalationē: opus est vt habeat ma gnum certamen. ¶ Narrauit abbas dulas qui fuit discipulus abbatis Bisarionis dicens. Ueni aliquādo in cellam abbatis mei: ꝛ inue nit eum stantē ad orationē: ꝛ manus eius erāt extense in celum. Permansit autem hoc faciēs iugiter, quattuordeciꝫ dies: ꝛ post hec vocauit me ꝛ dixit. Sequere me. Et exeuntes pretim⁹ in heremū: ꝛ cum sitirē dixi ei. Abba sitio. Il le autem tollens melotē discessit a me ꝙtus ē iactus lapidis: et facta oratione attulit eam plenā aqua ꝛ bibi. Tunc perreximus in ciuita tem Lyco: ꝛ venimus ad abbatem iohannē: ꝛ salutantes eum fecimus orationeꝫ. Deinde se dentes cepit loqui abbas Bisarion de visione quam viderat: q: exiuit inquit preceptū a dn̄o vt destruantur templa ꝛ factū ē sic: ꝛ destructa sunt. ¶ Dixit abbas euagrius. Si deficis ani mo: ora. Scriptum ē enim: ora cū timore ꝛ tre more ꝛ labore. sobrie ꝛ vigilāter. Itaqꝫ oporꝫ nos semper orare: maxime propter malignos ꝛ nequitias vagantes: ꝛ inuisibiles inimicos nostros: qui nos precipue in hoc impedire ni tuntur. ¶ Dixit iterum. Quando cogitatio con traria in cor venerit: noli alia pro alijs in ora tione querere: sed aduersus eam qui te impu gnat: gladiū lachrymarum exacue. ¶ Manda tum ē sancte memorie Epyphanio epo cyprio ab abbate monasterij sui: qꝺ habuit in palesti na: quia orationibus tuis non neglexímus re gulā: sꝫ cum sollicitudine tertiā: sextā: ꝛ nonā atqꝫ vesperam celebramus. Ille autē reprehē dēs eū mādauit ei. Constat vos vacare ab ora

tione ceteris horis: cum autem qui vere e monachus: oportet sine intermissione orare: aut certe psallere in corde suo. ¶ Dixit abbas Esaias. Quia presbyter pelusii cum fierent agape atque fratres in ecclesia comederent et loquerentur sibiinuicem: increpans eos dixerit. Tacete fratres. Ego enim scio fratrem manducantem vobiscum: et oratio eius ascedit in conspectu dei velut ignis. ¶ Uenit abbas Loth ad abbatem ioseph: et dixit ei. Abba secundum virtutem meam facio modicam regulam: et paruum ieiunium: et orationem: meditationem et quietē: et secundum virtutē meam studeo purgare cogitationes meas. Quid ergo debeo de cetero facere? Surgens ergo senex expandit manus suas in celum: et facti sunt digiti eius velut decem lampades ignis. Et dixit ei. Si vis effici totus: sicut ignis sic age. ¶ Uenerunt aliquando ad abbatem Lucium in hennato monachi quidam: qui dicebantur euscithi. Hoc est orantes: et interrogauit eos senex dicens. Quod est opus manuum vestrarum? et illi dixerunt. Non contingimus aliquid opus manuū: sed sicut ait apostolus: sine intermissione oramus. Dixit ei senex. Et non manducatis? Illi autem dixerunt ei. etiam manducamus. et dicit eis. Et quando manducatis: quis pro vobis orat. Et iterum interrogauit eos dicens. Non dormitis? At illi dixerunt. Dormimus. et dixit senex. Et cum dormitis quis pro vobis orat: et non inuenerunt: quid ad hec responderent ei. et dicit eis. Ignoscite mihi fratres: quia ecce non facitis sicut dicitis. Ego autē ostendam vobis: quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuante deo infūdēs mihi paucas palmulas: et facio ex eis plectā et dico. Miserere mei deus secundum magnā misericordiā tuā. et secundum multitudinē miserationum tuarū dele iniquitatē meam: et dicit eis. Oratio est an non? Et dixerunt ei: etiam. Et ille dixit. Quando permansero tota die laborās et orās corde vel ore: facio plus minus sedecim nummos: et pono ex eis ad hostium duos: et residuos māduco: et qui acceperit illos duos denarios: orat pro me tempore quo ego manduco vel dormio: atque ita per gratiam dei impletur in me quod scriptū est: sine intermissione orate. ¶ Interrogauerunt quidam abbatem Macharium dicētes. Quomō debemus orare. et dixit ei senex. Non opus est multum loqui in oratione sed extendi manus frequenter: et dixi. Domine sicut tu vis: et sicut tu scis miserere mei. Si autē instat bellum in animo dicite. domine adiuua me: et quia ipse scit que expediūt: facit misericordiam nobiscum: dicebant de abbate Sisoy: quia nisi cito deponeret manus suas quando stabat ad orationem: rapiebatur mens eius in superiora. Si ergo contigebat cū eo aliquē fratrem orare. festinabat cito deponere man⁹ ne raperetur mens eius vt moreretur. ¶ Dicebat aliquis senex. Quia assidua oratio corrigit mentem. ¶ Dicebat quidam patrum: quia sicut impossibile est: vt videat quis ī aqua turbida faciē suam: sic et anima: nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis: contemplatiue non potest orare deum. ¶ Uenit quidam senex aliquando in montem Syna. Et cum exiret inde occurrit ei frater in via: et ingemiscens: dicebat seni illi. Affligimur abba propter siccitatem: Quia nobis non pluit. Et dicit ei senex Quare non oratis et rogatis deum. At ille dixit. Et orationem facimus et deprecamus assidue deum: et non pluit. Et ait senex. Credo: quia non oratis attentius: vis autē scire: quia ita est. Ueni stemus pariter ad orationem. Et extendens in celū manus orauit: et statim pluuia descendit. Quod cum vidisset frater ille timuit: et procidens adorauit eum. Statim aūt senex fugit illinc. ¶ Narrauerunt fratres dicētes. Quia venimus aliquando ad quosdam senes: et cū ex more facta esset oratio: salutantes inuicem cedimus. Et postquam locuti sumus: cum discederemus: poposcim⁹ vt rursus fieret oratio: dixit autem vnus illorum seniorum ad nos quid enim. Nonne orastis? Et nos diximus etiam. Sed quando intrauimus pater: tūc est facta oratio: et ex illa hora vsque modo locuti sumus. Et ille dixit. Ignoscite mihi fratres: quia vobiscum sedens quidam senex: et loquens centum et tres orationes fecit. Hoc cum dixisset facta oratione dimiserunt nos.

¶ Explicit liber de eo quod sine intermissione debeat orari.

¶ Incipit liber de hospitalitate et misericordia.

Perrexerūt aliquando quidam patrum ad abbatem ioseph in panepho: vt interrogarent eum de susceptione fratrum: qui superueniunt ad eos si deberent sibi relaxare abstinentiā cum ipsis et congaudere cum eis. Et priusquam interrogarent eum: dixit senex discipulo suo. Considera quod facio hodie et expe-

let gustare dicens: ego ieiunium non violabo contristatus senex dixit ei. Ne preteream puerum tuum obsecro neque despicias: sed veni oremus: ecce enim arbor est hic: que cui nostrum oranti et genu curvanti inclinata fuerit: ipsam sequamur. Curvauit ille solitari⁹ genu in oratione: et nihil factum est. Flexit autem senex ille qui eum susceperat genu: et statim curuata e etiam arbor illa cum ipso. Quod cum vidissent gauisi sunt: et gratias egerunt deo semper mirabilia facienti. Venerunt aliquando duo fratres ad quendam senem. consuetudo autē erat seni nō manducare quotidie. Qui cum vidisset fratres gaudens suscepit eos: et dixit. Ieiunium suam mercedem habet. ¶ Et iterum. Qui manducat propter charitatem: duo mandata implet: quoniam voluntatem propriam dereliquit: et mandatum implebit reficiens fratres. ¶ Erat quidam senum in egypto habitans in deserto loco. Erat etiam alter longe ab eo Manicheus: et hic erat presbyter et his quos ipsi vocāt presbyteros: qui cum vellet pergere ad eiusdem erroris hominem: comprehendit eū non in loco illo quo erat vir ille sanctus et orthodoxus: et anxiebatur volens pulsare vt maneret apud eum. Sciebat enim quia cognosceret q̄ esset manicheus: et reuocabatur a cogitatiōe sua: ne forte nō acquiesceret suscipere eū Compulsus autem necessitate pulsauit: et aperiens ei senex: et cognoscens eum: suscepit cū hylaritate: et coegit eum orare: et reficiens eum collocauit vbi dormiret. Manicheus autē cogitans in se nocte mirabatur dicēs: quomodo nullam suspitionē habuit de me? Vere iste seruus dei est. Et surgens mane cecidit ad pedes eius dicens. Ab hodie orthodoxus sum: et non recedam a te. Et deinceps permansit cum eo. ¶ Monachus quidam thebeus accepit gratiam ministerij a deo: vt singulis indigentibus ministraret quod necessarium esset. Contigit autem aliquando in quodā vico vt faceret agapem: et ecce mulier quedam venit ad eum vt acciperet: et hec erat vestita vetustissimis rebus. Quam cum vidisset ita vetustis rebus indutā: impleuit manū vt daret ei multum. Clausa est autē manus eius: et leuauit parum. Alia vero venit ad eum vestita bene: et vidēs vestes eius: misit manum vt daret ei parū: et aperta ē manus eius: et leuauit multū. Et requisiuit de vtrisque mulieribus illis: et cognouit q: illa que bonis vestibus vtebatur de honestis mulierib⁹ ad paupertatē venerat: et q: pro opinione naturaliū suorū bonis fuerit rebus induta: illa vero alia accipiēdi causa vestierat se vetustis.

¶ Monachus quidā erat qui habuit fratrem secularem pauperculū: et quicquid laborabat: prestabat ei: sed q̄tum ille p̄stabat tm̄ ille pauperior fiebat. Pergēs autē monachus ille: indicauit hec seni cuidā. Senex aūt dixit ei. Si me vis audire: vltra nihil prebe ei: sed dic illi. Frater quando habui: dedi tibi: tu ergo modo labora: et ex eo qd̄ laboraueris: prebe mihi: et quicquid tibi attulerit: accipe ab eo: et vbi scis peregrinū aut senem pauperē da illud: et roga eos: vt orent pro eo. Ille autē frater hec audiens: fecit ita: et venienti ad se fratri illi seculari locutus est quemadmodum dixerat senex: et discessit tristis. et ecce prima die tollēs de horto minuta olera: attulit ei. Accipiens autem frater eius dedit senibus: et rogauit eos vt orarent pro eo. Qui cū accepisset benedictionē: reuersus est in domum suā. Postea vero iterū attulit olera et tres panes: et accipiens frater eius: fecit sicut prius: et consecuta benedictione: iterum discessit. Tertio veniēs attulit multas expensas: et vinū et pisces. Quod cum vidisset frater eius: miratus est: et vocauit pauperes et refecit eos. Dixit autem illi seculari fratri suo. Ne opus habeas aliquantos panes? Et ille dixit. Non domine: quoniā quando accipiebam aliquid a te: velut ignis intrauit in domum meam: et consumebat illud: nunc autem quando a te nihil accipio: superabundo: et deus benedixit mihi. Pergens autem frater indicauit hec omnia que facta fuerant vni seni. Et dixit ei senex. Nescis quia res monachorum ignis est: et vbicunque ingreditur: consumit. Hoc autem vtile est fratri tuo: vt de labore suo misereatur: et orationē a sanctis viris accipiat: et ita bn̄dictionē consequēs multiplicabitur labor ei⁹. ¶ Dicebat quidā senū. Quia quidā faciebat multa bona frequenter: et dyabolus immittebat ei scrupulositatem in animum de paruis rebus: vt aliorum omnium que faciebat mercedem amitteret. Sedente em̄ me aliquando in oxirinco: iuxta quendam presbyterum: qui faciebat multas elemosynas: venit mulier quedā vidua postulans ab eo modicum tritici: et dixit ei. Vade et affer modium et mensura tibi. Ille autem mensurās modiū ipsum ad maius: dixit ei. Maius est. Et fecit verecūdiā vidue illi. Cum vero discessisset vidua illa: dixi ego ad presbyterū. Mutuasti vidue isti hoc triticum: aut quid? Et ille

ter illuc vespere: et ecce venit leena super ipsum. Ille autem secundum verbum senis impetum fecit super eam: vt teneret eam. Fugit autem leena: et sequebatur eam ille dicens. expecta: quia abbas meus dixit vt ligem te. et tenens eam alligauit. Senex autem expectãdo eum diutius sedebat et tribulatione affligebatur magna. Et ecce tarde venit: et habebat leenam illam ligatam. Quod cum vidisset senex admiratus est. Volens autem humiliare illũ: cecidit eum et dicit. Stulte: canem fatuum ad duxisti mihi. Soluit autem eam statim senex et dimisit redire ad locum suũ. ¶ Dicebant de abbate Siluano: quia habuerit in scithi discipulum nomine Marcum: et hic fuerit magne obedientie: quiqȝ etiã scriptor antiquari⁹ erat. Diligebat autem eum senex propter obedientiam suam: habebat etiam alios vndecim discipulos: qui contristabantur qꝫ diligeret eũ pl⁹ eis. Quod cũ audissent vicini senes: quia pl⁹ eum ceteris discipulis suis diligeret: moleste tulerunt. Una autem dierum venerunt ad eũ. Quos assumens secum abbas siluanus egressus est de cella sua: et cepit singulorum suorum cellas pulsare dicens. Frater veni: quia opus te habeo. Et vnus ex eis non est mox secutus eum. Venit autem ad cellam marci: et pulsauit dicens. Marce. Ille autem cum audisset vocem eius: statim exiuit foras: et misit eum ad quoddam ministerium. Abbas ergo Siluan⁹ dixit senibus. Ubi sunt ceteri fratres? Et ingressus ẽ in cellã Marci: et inuenit quaternionem quem eadem hora incohauerat: in quo litteram o faciebat: et audita voce senis non fixit nec girauit calamum vltra: vt impleret et cõcluderet litteram quam in manu habebat. Et dixerunt senes. Vere abba: quem tu diligis et nos diligimus: quoniam et deus diligit eum. ¶ Venit aliquando supradicti marci mater vt videret eum: et habebat secum plurimum obsequium. Ad quem cum exisset senex dixit ei illa. Abba dic filio meo vt exeat ad me: vt videã eum. Ingrediens autem senex dixit Marco. Egredere: vt videat te mater tua. Ille autem vestitus erat conciso et reconsuto panno: et caput et facies eius tincta fumo et fuligine coquine erat. Qui propter abbatis obediẽtiã egressus est quidam: sed clausit oculos suos et ita salutauit matrem suam: et eos qui venerant cũ ea dicẽs. Sani estote. Et nemo ex eis nec mater sua eum cognouit: quia ipse esset: que iterum misit ad senem dicens. Abba mitte filium meum: vt videam eum. Et dixit Marco. Nonne tibi dixi: egredere vt videat te mater tua? Et dixit ei Marcus. Egressus sum iuxta verbum tuum pater. Veruntamen rogo te: ne mihi vltra dicas vt exeam: ne inobediens tibi videar esse. Egressus autem senex dixit matri eius. Ipse est qui exiuit ad vos: et salutauit vos: dicens. Sani estote: et consolatus est eam senex et eam discedere fecit. ¶ Venerunt aliquando quattuor fratres de scithi ad abbatẽ Pambo: vestiti pelliceis tunicis: et indicauit vnusquisqȝ eorum virtutem alterius. Non presente eo de quo loquebatur. Unus namqȝ ex eis ieiunauit multum alter vero nihil possidebat: tertius autem habebat plurimam charitatem: de quarto vero dicebant: quia vigintiduos annos haberet in obedientiam permanens senioris. Respõdit autem eis abbas Pambo dicens. Dico vobis quia istius virtus maior ẽ qꝫ ceterorum: quia vnusquisqȝ vestrum virtutem quã possidet voluntate ꝓpria retinuit. Hic autẽ voluntatẽ suã abscindens aliene se voluntatis fuũ fecit. Tales enim viri confessores sunt si vsqȝ ad finem ita pmãserint. ¶ Venit quidã ad abbatem Sisoy thebeũ volens fieri monachus. Et interrogauit eum senex. Si quid haberet in seculo: et ille dixit: habeo vnum filiũ Et dixit ei senex. Uade iacta eum in flumen: et tũc eris bonus monachus. Qui cum abisset ꝓijcere eũ in flumen. misit senex vnum de fratribus qui prohiberet eum. Qui cum vellet iactare puerũ: dixit ei frater. Quiesce. Quid facis Et ille respondit. Abbas mihi dixit: vt ꝓijciã eũ: et dixit ei frater. Sed iterum abbas dixit. Non proijcias eum. Ille autem relinquẽs filiũ suũ venit ad senem: et factus ẽ probatissim⁹ monach⁹. ¶ Dicit sctã sincletice. Qui in congregatione cuiꝰ cõuersanti: magis obedientiã qꝫ cõtinentiã ꝓponimus: quia cõtinentia arrogãtiã hꝫ: obedientia aũt hũilitatẽ cõgruã pollicetur. Dixit iterum q̃ supra. Oportꝫ nos cũ discretione aĩam gubernare: et in cõgregatiõe manẽtes: nõ q̃ nostra sunt querere: neqȝ seruire proprie voluntati: quia velut exilio relegati nostra dedimus vnĩ sm̃ fidem patri: a rebus secularibus alienati. Unde ergo egressi sumus: nihil vlterius requiramus. Illic enim gloriã habuimus illic abundantiam ciborum: hic aũt ẽ etiam panis ipsius inopia. ¶ Dixit abbas Iperitius. Quia ministeriũ monachi est obedientia: quã qui possidet quicq̃d poposcerit a deo inpetrabit: et cum fiducia crucifixo astabit. Etenim

Aſcende de flumine.ꝛ cum iter agerent inuenerunt corpus humanū mortuum iacens in via. Tunc dixit abſtinens frater ad fratrem ſuum. Si habuiſſemus aliquid vetuſtum tractaremus ſuper corpus illud.ꝛ reſpondens frater ille obediens dixit. Magis oremus:ꝛ forſitan reſurget. Et ſtantibus ad orationem atq; orantibus ſurrexit mortuꝰ ille. Quo facto gloriatus eſt ille abſtinens frater: et dixit. Pro continentia mea ſurrexit mortuus hic. Omnia autem hec reuelauit deus abbati monaſterij eorum: et qualiter tentauerit fratrem ſuum de cocodrillis:ꝛ quō ſuſcitatus fuerit mortuꝰ Et cum veniſſent in monaſterium: dixit abbas abſtinenti illi. Quare ita feciſti fratri tuo. ecce tantum propter obedientiā eius ſurrexit mortuus ille. ¶ Alter quidam ſecularis vite hñs tres filios renunciauit ſeculo: et venit ad monaſterium: relinquens filios ſuos in ciuitate Et cum feciſſet tres annos in monaſterio: ceperunt ei cogitationes ſue filios ad memoriā frequenter adducere.ꝛ contriſtabatur pro eis valde. Nec enim dixerat abbati filios ſe habere. Uidens autem abbas eum triſtem dixit ei. Quid habes quod triſtis es. et narrauit ei quia tres filios haberet in ciuitate: et q: vellet eos ad monaſterium eius adducere. Precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cum perrexiſſet ad ciuitatem inuenit duos ex eis iam fuiſſe defunctos: vnum vero ſolummodo remanſiſſe. Quem aſſumens venit ad monaſterium:ꝛ requirens abbatem non eum inuenit illic. Interrogauit autem fratres vbi eſſet abbas.ꝛ illi dixerunt. Uſq; ad piſtinum prexit. Ille vero tollens filium ſuum quē adduxerat: abijt in piſtinum.ꝛ videns eum abbas venientem ſalutauit ꝛ tenens infantem quem adduxerat amplexatus eſt eum:ꝛ oſculabat. Et dixit patri eius. Amas eū. et ille dixit. Etiam et rurſus dixit ei. Omnino diligis eum. et reſpondit. etiam. Hec audiēs abbas dixit ei. tolle ergo ſi amas eum: et mitte eum in furnum: ſic modo dum ardet furnus: et tenens pater filium ſuum iactauit eum in furnum ardentem ſtatimq; factus eſt furnus velut ros. et quare acquiſiuit gloriam in tempore illo: quēadmodum Abraham patriarcha. ¶ Dixit quidā abbas ſenex. Quia frater qui ad obedientiam patris ſpiritualis animū dederit: maiorem mercedem habet: q̄ ille qui in heremo ſolus receſſerit. ¶ Dicebat autem. Quia narrauerit aliq̄s patrum vidiſſe ſe quattuor ordines in celo: quorum primus ordo erat hominū infirmorum et gratias agentium deo: ſecundus ordo hoſpitalitatem ſectantium: et inſtanter miniſtrantium in his: tertius ordo in ſolitudine conuerſantium:ꝛ non videntium homines. quartus ordo eorum qui ad obediendum ſpiritualibus patribus ſe ſubijciunt propter dominum deum. Utebatur autem ordo obedientium torque aurea ꝛ corona: et maiorem q̄ alij gloriā habebat. Ego autem dixi ei. Qui mihi oſtēdebat omnia hec: Quomodo iſte ordo qui paruꝰ eſt: maiorem q̄ alij gloriam habet. Et reſpondens dixit mihi. Quia qui hoſpitalitatem ſectantur: ſecundum propriam voluntatem id ipm faciunt: ſimiliter et qui in heremo ſe obligant arbitrio ſuo de ſeculo receſſerunt: hic autem ordo qui ſe ad obedientiam dedit: omnes voluntates ſuas abijciens pendet ad deum et ad iuſſionem ſpiritualis patris: propterea et maiorem gloriā pre alijs habet. Quapropter o filij bona eſt obedientia: que propter deum fit. Intendite ergo filij virtutis huius aliq̄d ex parte veſtigium. Obedientia eſt ſalus oim fidelium ꝛ omnium virtutum. Obedientia eſt regni celorum inuentrix. Obedientia celos aperiens eſt et hominem de terra eleuans. obedientia cohabitatrix eſt angelorum. Obedientia ſanctorum omniū cibus eſt. Ex hac enim multi ablactati ſunt: et per hanc ad perfectionem peruenerunt.

¶ Explicit liber de obedientia.

¶ Incipit liber de humilitate.

Abbas Antonius deficiēs in conſideratione profunditatis iudiciorū dei poſtulauit dicēs Dñe: quomodo aliqui paruo tēpore viteue moriuntur: ꝛ alij vltra decrepitam veniunt ſenectutem: et quare quidam egeni ſunt ꝛ alij facultatibus ditantur: ꝛ quomodo iniuſti opulenti ſunt iuſti vero paupertate pmūtur. Et venit ei vox dicens. Antoni ad teipſum intende hec enim iudicia dei ſunt: ꝛ te ſcire ea non conuenit. ¶ Dixit abbas Antonius abbati Paſtori. Hoc eſt magnum opus hominis: vt culpā ſuā ſup ſe vnuſquiſq; ponat corā domino ꝛ expectet tentationem vſq; ad vltimū vite ſue tempus. Dixit iterū abbas Antonius. vidi omnes laqueos inimici tenſos in terra: ꝛ ingemiſcens dixi: quis putas tranſiet iſtos ꝛ audiui vocem dicentem. Humilitas. Uenerunt aliquando ſenes ad abbatem Antoniū: ꝛ erat

cū eis etiā abbas Joseph. Uolens autem abbas Antonius probare eos mouit sermonē de scripturis sanctis: et cepit interrogare a iunioribus quid esset hoc: aut illud verbū. et singuli ei dicebant prout poterant. Ille autem dixit. Nec dum inuenistis. Post omnes vero dixit abbati Joseph. Tu quomodo dicis esse verbum hoc: ille rn̄dit. nescio. et ait Antoni⁹. Tu solus inquit inuenisti humilitatis ianuā. Astiterūt aliquando abbati Arsenio demones in cella sedenti: et tribulabant eum. Superuenerunt aūt et fratres: qui ei ministrare soliti erant: et stantes extra cellam audiebant eū clamantē ad dominū et dicentē. domine non me derelinquas: quia nihil boni feci coram te: sed presta mihi secūdū benignitatem tuam saltem modo habere bene viuendi principia. Dicebant de eo q̄ supra. Quia sicut dum in palatio esset: nemo melioribus vestimentis eo vsus est: ita et dum in conuersatione moraretur nemo eo vilioribus vtebatur. Cum interrogaret aliquando abbas Arsenius quendam senem egyptium de cogitationibus suis: alius videns eum dixit obbas Arseni. quomodo tu qui tante eruditionis es in latina lingua et greca: rusticum istum de cogitatiōibus tuis interrogas. et ille respōdit. Latinam quidem et grecam eruditionem q̄tum ad seculum apprehendi: sed alphabetū rustici illius necdum discere potui. Dicebāt senes: quia dederint quidam fratribus aliqn̄ in scithi paucas caricas et pro hoc q̄ paucae erant nō transmiserunt et eis abbati Arsenio: ne velut iniuriā pateretur: ille autem cū hoc audisset non est egressus iuxta morem ad op⁹ dei cum fratribus celebrandum dicens: excōmunicastis me vt nō mihi daretis eulogiam quam transmisit dominus fratribus: et q̄ ego non fui dignus accipere. Quod cum audisset omnes edificati sunt in humilitate senis et vadens presbyter portauit ei de caricis istis: et adduxit eum in congregatione gaudentem. Dicebant autem de eo quia nemo potuerit cōprehendere modum conuersationis eius. Sedēte autem eodem abbate Arsenio aliquando in inferioribus partibus egypti: cū illic importunitates pateretur visum est ei derelinquere cellam illam: Et nihil ex ea tollens dixit discipulis suis Alexādro et Zoylo. Tu alexander ascende nauem: et tu Zoyle veni mecum vsq̄ ad flumen: et quere mihi nauiculam in alexandriam euntē et ita nauigabis et tu ad fratrem tuū. Zoylus autem turbatus est in verbo suo et tacuit atq̄ ita diuisi sunt abinuicem. Descēdit aūt senex circa partes alexandrie et egrotauit egritudine magna. Discipuli aūt eius dicebant adinuicē. Putasne aliquis nostri cōtristauit eum: et ꝓpterea diuisus est a nobis. et non inueniebat in se ingratitudinis causam: neq̄ q̄ inobedientes ei aliquando fuissent. Cum vero sanus factus fuisset senex: dixit ad semetipsum. Uadam ad patres meos: et ita nauigans venit in locum qui dicitur petra vbi erāt supradicti ministri eius. Cum vero esset iuxta flumen puella quedam ethyopissa veniens tetigit melotem eius. Senex autem increpauit eam. Illa vero dixit. Si monachus es vade in montem. Compunctus autem in hoc verbo senex: dicebat ad semetipsum. Arseni: si monachus es: vade in montē. et inter hec occurrerunt ei Alexander et Zoylus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius: proiecit se etiam et ipse in terram et flebāt simul. Dixit autem senex. Non audistis quia egrotaui. et dixeruut ei. etiam audiuimus. et ille dixit. Et quare non venistis videre me. et dixit Alexander. Quia diuisio tua a nobis non fuit tollerabilis: quoniam multi ex ea contristati sunt: dicentes. Nisi inobediētes fuissemus seni: nequaq̄ se separasset a nobis. Et dixit ei senex. Et ego cognoui: quia hoc diceretur: sed tamē iterum dicturi sunt homines: quia non inueniēs columba requiem pedibus suis reuersa est ad Noe in archam. In hoc ergo verbo curati sūt animi discipulorum eius: et ꝑmanserunt cum eo vsq̄ ad vltimū vite sue tempus. Quo morti appropinquante turbati sunt: et dixit eis. Nondum venit hora cum autem venerit indicabo vobis. Iudicari autem habeo vobiscum ante tribunal xp̄i: si ꝑmiseritis quemq̄ de corpore meo aliquid facere. et illi dixerunt. Quid ergo faciemus quia nescimus mortuum vestire vel sepelire. et dixit senex. Nescitis mittere funē in pedem meum: et trahere in montem. Cum autem traditurus esset spiritum viderūt fratres eum flentem: et dicunt ei. In veritate tu times mortem pater: et dixit eis. In veritate enim timor qui in hac hora mihi est semper fuit ī me ex quo factus sum monachus: et timeo valde. Atq̄ ita in pace obdormiuit. Ille autem sermo semper in ore illius erat. Arseni propter quid existi? Loqui me semper penituit: tacere nunq̄. Audiens autem abbas Pastor: quia ab hac vita discesserit Arsenius: lachrymatus ē et dixit. Beatus es abba Arseni: qui a fleuisti

temetipm in seculo isto. Qui eni se in hoc mū
do nō fleuerit: sēpiterne plorabit illic. siue igi
tur voluntarie hic: siue illic tormētis cogentib⁹
īpossibile est nō flere. Narrauit abbas daniel
abbate Arsenio: quia nunquā voluit loqui de
questione aliqua scripturarum: cum posset ma
gnifice loqui si vellet: sed neqȝ epistolam cito
scripsit ad aliquem. Quando autem ad conuē
tum post aliquantum temporis veniebat post
columnam sedebat: ne quis videret faciē eius
et ne ipse attenderet alium. Erat autem visio
eius angelica sicut iacob: canis ornatus crini
bus elegans corpore siccus tamen. Habebat
aūt barbam ꝓlixam oīno attingentem vsqȝ ad
ventrem eius. Pili oculorum eius pre nimio
fletu ceciderant: longus autem erat: sed senio
longinquo curuatus. Mortuus est autē anno
rum nonagintaquinqȝ. Hic fecit in palatio di
ue memorie theodosii maioris: qui fuit pater
archadii ⁊ honorii annos quadraginta: ⁊ decē
annos in loco qui dicitur throben supra baby
loniam contra ciuitatem memphis: ⁊ tres an-
nos in canopo alexandrie: et alios duos an-
nos reuertens iterum in throben fecit: et ita
dormiuit consumans in pace ⁊ in timore dei
cursum suum vir bonus ⁊ plenus spiritu san-
cto et fide. ¶ Narrauit abbas Joannes: quia
abbas anub et abbas pastor et residui fratres
eorum ex vno vtero nati: monachi fuerunt in
scithi: et quando venit illuc gens mazicorum:
et desolauerunt locum ipsum: primo discesse-
runt illinc. et venerunt in locum qui dicit̄ the
renithym donec deliberarent ibi habitare de
berēt ⁊ manserunt illic in templo quodam an
tiquo: paucos dies. Dixit autem abbas Anub
abbati pastori. Ostēde charitatem tu ⁊ fratres
tui: et singuli seorsum habitemus: et non veni
amus ad nos inuicem hebdomada hac. Et re-
spondit abbas pastor. Faciamus qualiter vis
Et fecerunt sic. Erat autem ibi in templo sta-
tua lapidea ⁊ surgebat quottidie abbas anub:
et faciem statue illius lapidabat: vespere autē
dicebat. ignosce mihi: et tota hebdomada ita
fecit. Die autem sabbato occurrerunt sibi inui
cem: et dixit abbas pastor abbati anub. Uidi te
abba hebdomeda ista lapidantem faciem sta-
tue huius: et iterum penitentiam agentem a-
pud eam: fidelis autem homo hec non facit. et
respondit senex. Hanc rem ego ꝓpter vos fe-
ci. Quando me vidistis lapidantem faciem sta
tue istius: an locuta est aliquid: an furuit? Et
dixit abbas Pastor. Non. Iterū quando apud
eam penitentiā egi: an turbata est: aut dixit:
ignosco? Et respōdit abbas pastor. Non. Et il
le dixit. Ergo ⁊ nos qui sumus septē fratres:
si vultis vt maneamus simul: efficiamur velut
statua hec: q̄ contumeliis affecta nō conturba-
tur: si autē non vultis ita fieri: ecce quatuor in
gressus sunt tēpli huius: vnusquisqȝ qua vult:
exeat et quo vult: vadat. Illi autem hec audi-
entes prostrauerunt se in terram: et dixerunt
anub. Quomodo iubes pater ita fiat: obedie-
mus tibi in omnibus q̄ dixeris nobis. Postea
autē retulit abbas pastor: dicens. Quia mādu
camus simul omni tēpore vite nostre: operan-
tes et facientes omnia secundū verbū senis:
quodcūqȝ dixerit nobis. Constituit autē vnū
ex nobis dispensatorē: qui quodcunqȝ nobis
apposuisset: manducabamus: ⁊ impossibile e-
rat vt diceret aliquis ex nobis: affer aliud ali-
quid: aut diceret: nolo illud manducare: et sic
transiuimus omne tempus vite nostre cū quie
te et pace. ¶ Dicebant de abbate ammone. Qꝛ
venerunt quidā ad eū petentes vt iudicaret
inter eos. Senex autē dissimulabat. Et ecce
quedam mulier ad aliā mulierē iuxta se stan-
tem dicebat. Senex iste fatuus est. Audiuit
autem eam senex: et vocans illam ad se: dixit
ei: quantos labores putas sustinui in solitudi
nibus diuersis: vt acquirerem fatuitatē istā:
et propter te hodie perditus sum? ¶ Narraue
runt de episcopo ciuitatis que vocatur oxirin
cus nomine abbas affusus: quia cum esset mo
nachus: nimis dure tractauerit vitam suam:
et cum factus esset episcopus voluit ipsa duri
tia vti in ciuitate. quam in heremo habuerat:
et non preualuit. Idcirco prostrauit se in con
spectu domini dicēs. Putasne domine ꝓpter
episcopatum discessit a me gratia tua? Et re-
uelatū est ei q: nō: sed q: tunc solitudo erat: et
cū non esset homo: deus tuus susceptor erat:
nunc aūt hic in seculo es vbi hoīes auxiliant̄
tibi. ¶ Dixit abbas Daniel. Quia erat in ba-
bylonia filia cuiusdā primarii demonium ha
bens. Pater autē eius diligebat monachum
quendā. Dixit autē ei monach⁹ ipse. Nemo
potest curare filiā tuā: nisi quos scio solitari-
os: ⁊ si perrexeris ad eos: non acquiescent h̄
facere ꝓpter humilitatē. Sed hoc faciamus: vt
q̄n veniunt afferentes venalia que operātur:
dicatis vos emere velle qd̄ vendunt: et dum
venerint ad domum precium accepturi: dice-
m⁹ eis vt faciant orationem: et credo quia sal
uabitur filia tua. Exeuntes ergo in plateam:

inuenerunt vnum discipulū senem sedentē vt venderet sportellas suas: τ tulerūt eū secū in domum: vt quasi preciū sportarū acciperet. et cū intrasset mōach⁹ ille in domū: venit puella illa que a demonio vexabat. τ dedit alapā monacho illi. Ille autem conuertit ei et alteram maxillam secundum diuinum peceptū. Demū autem coactus clamare cepit. O violentia mādatorum iesu xpi expellit me hinc. τ statī mūdata est puella illa. Cum autem venissent ad senes indicauerunt eis quod fuerat factū: τ glorificabant deum et dixerunt. Consuetudo est diabolice superbie: humilitate mandatorū iesu xpi corruere. Dixit abbas euagrius. Principium salutis est: si teipm redarguis. ¶ Dixit abbas Serapion: quia multos labores corporales feci: plusq̄ filius meus Zacharias: τ nō perueni ad mensuram humilitatis τ taciturnitatis eius. ¶ Abbas Moyses dixit fratri Zacharie. Dic mihi quid faciam. Ille autem hoc audiens: iactauit se pron⁹ in terram ad pedes eius: dicēs. Tu me interrogas pater. Dixit ei senex. Crede mihi fili zacharia: quia vidi spiritum sanctum descendentem in te: τ propterea compellor interrogare te. Tunc tollens zacharias cucullam suam de capite suo: misit illam sub pedibus suis: τ conculcans eam dixit: nisi ita ꝯculcatus fuerit homo: nō potest monach⁹ esse. Dixit abbas pastor. Quia interrogauerat abbas moyses fratrē zachariam: tempore quo moriebatur dicens. Quid vides? et ille dixit. Nihil melius q̄ tacere pater. τ dixit ei. Fili verum est: quia tacere bonū est: hora autem mortis eius sedens abbas Ysidorus respexit in celum τ dixit. Letare letare fili mi Zacharia: quia aperte sunt tibi ianue regni celorum. ¶ Sancte memorie Theophilus episcopus alexādrinus: venit aliquando ad montem Nytrie: τ venit ad eū abbas mōtis illius: τ dixit ad eū episcopus. Quid amplius inuenisti in via ista pater? Et respondit ei senex. Culpare τ reprehēdere meipsū: sine cessatione. τ dixit ei episcopus. Non est alia via sequenda nisi hec. Quando abbas Theodorus cum fratribus manducabat: accipiebant calices cum reuerentia τ taciturnitate: nec dicebant: sicut mos est ignosce. Dixit autem abbas Theodorus. Perdiderunt monachi ingenuitatē suam: et non dicūt ignosce. ¶ Dicebant de eodem abbate Theodoro: quia cum factus esset dyaconus: τ in scithi nō acquiescebat ministrare τ huc atq̄ illuc fugiebat: τ iterum senes adducebant eum dicentes

Non derelinquas ministerium tuū. Dixit autem abbas Theodorus. Dimittite me τ deprecor deum: τ si ostēderit mihi: quia si debeo stare in loco ministerij huius faciam. Et dum deprecaretur deum dicebat. Si voluntas tua est domine vt stem in hoc ministerio demōstra mihi. Et ostensa est ei columna ignis de terra vsq̄ ad celum. τ vox sonuit dicens. Si potes fieri sicut columna hec: vade ministra. Ille autem audiens statuit apud se nullatenus acquiescere ministrare. Qui cum venissent ad ecclesiam penitentiam apud eum egerunt fratres dicentes. Si non vis ministrare vel saltim calicem tene. Et non acquieuit dicens. Si me non dimittitis discedam de loco isto. Et ita discesserunt ab eo. ¶ Dicebat abbas Johannes breuis. Quia ianua dei est humilitas: et patres nostri per multas contumelias gaudentes intrauerunt ciuitatem dei. ¶ Dixit iterum qui supra. Quia humilitas et timor dei: superant vniuersas virtutes. Dixit abbas iohannes thebeus: quia debet monachus ante omnia humilitatem habere: hoc ē enim primū saluatoris mandatum dicētis: discite a me: quia mitis sum τ humilis corde. τ alibi. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnū celorū. ¶ Collecti sūt aliquādo fratres qui habitabāt in scithi: τ ceperunt intra se querere de melchisedech sacerdote. Obliti sunt autem vocare abbatē coprē. Postea autem vocantes eū: interrogabant eū de eadem questione. Ille autem tundens tertio os suum dixit. Veh tibi copres: quia que tibi mandauit deus vt faceres: dereliquisti: τ q̄ a te non requirit: illa scrutari presumis. Hec audientes fratres fugerūt singuli in cellas suas. ¶ Narrauit aliquando de seipso abbas macharius dicens. Quando eram iuuenis: τ sedebam in cella mea: tenuerunt me τ fecerunt me clericum inuitū. Et cum nollem acquiescere ad ministrandum: fugi ad alium locum: τ venit ad me quidam secularis quidem homo sed vita religiosus: τ tollebat a me op⁹ quod faciebam manibus meis τ ministrabat mihi que necessaria erant. Contigit autem temptāte diabolo: vt virgo quedam in vico suo viciata lapsum incurreret: τ cum in vtero habere cepisset interrogabatur quis esset de quo in vtero haberet. Illa autem dixit: quia hic solitarius est q̄ mecum dormiuit. Exeuntes autem de vico illo comprehenderunt me: et adduxerunt ad vicum: τ appenderunt in collo meo cacabatas ollas: τ ansas vasorum: τ miserunt me cir-

cuire per vicum illum: et per viā ducebant dicentes. Hic monachus corrupit filiam nostrā tollite tollite eum. Et cederunt me pene ad mortem. Superueniens aūt quidam senu3 dixit. Quādiu monachum istum ceditis peregrinū. Ille autem qui mihi solebat ministrare necessaria: sequebatur retro cu3 verecūdia. etenī et ipsum contumelijs multis affecerunt: dicentes. Ecce solitarius monachus cui tu testificabaris: quid fecit. Et dixerunt parentes puelle illius. Quia nō dimittemus eū: donec fideiussorem prebeat: qui pascat ea3. et dixi illi q mihi ministrare solebat et fidem dedit. Et reuersus sum in cellam meā: et dedi ei quātas habui sportellas: dicens. Uende eas: et da illi mulieri mee manducare. Dicebam aūt in aīmo meo Machari ecce inuenisti tibi mulierem: opus habes modo amplius laborare: vt pascas eam Et operabar non solum in die: sed etiam in nocte et trāsmittebā ei. Cu3 aūt venisset tempus infelici illi vt pareret: artabatur per plurimos dies: et nō pariebat. Dicunt ergo ei. Quid est hoc. At illa dixit. Ego scio quare ista patiar. Et interrogata a parentib⁹ suis quare: respondit. Quia monacho illi crimen illud imposui: et fallens implicaui eum cum iste non habeat culpam: sed iuuenis ille talis hoc fecerit. Audiēs autem hec verba minister meus gaudēs venit ad me. et dixit. Quia non potuit parere puella illa: donec confiteretur: quia tu nullu3 crimen in ea habuisses: sed quia mētita fit aduersum te. et ecce omnes habitatores vici illius volunt venire huc ad te: glorificaturi deum et penitentiam apud te acturi. Ego autem audiēs ista a ministro meo: ne affligerent me homīes surrexi: et fugi huc in scithi: et hoc est principium cause: propter quam hic habitare cepi. ¶ Preteriens aliquando abbas macharius a palude ad cellam suam: et reuertens portabat palmulas et ecce occurrit ei diabolus in via cum falce messoria. Uoluit autem percutere eum de falce illa: et nō potuit. et dixit ei. Multam violentiam patior a te machari. qr non possum preualere aduersum te. ecce enim quicquid tu facis: et ego facio. ieiunas tu: ego penitus non comedo: vigilas tu: ego omnino non dormio. Unum est autem solu3 in quo me superas. et dixit ei abbas Machari⁹. Quid est illud. et respondit diabolus. Humilitas tua: ꝑ quam non preualeo aduersum te. ¶ Perrexit aliquando abbas Mathois de raythu in ptibus gebalen. erat autem cum eo frater eius. et venit eps loci illius ad memoratū senē: et fecit eū presbiterū. et dum gustarent simul dixit eps. Ignosce mihi abba qr scio ꝙ nolueris hāc rē seā vt benedictionē tuā acciperem: presumpsi hoc facere. Dixit ei senex cū humilitate. et animus meus modicum volebat hoc. Uerumtn̄ in hoc grauiter fero: qr cōpellor separari a fratre meo qui mecū est: neqꝫ enī sufficio oēs orationes quas simul faciebamus implere. Et dixit eps. Si scis qr dignus est: ego ipsum ordino: et dixit ei abbas Mathois. equidem si dignus est nescio: vnum aūt scio: qr melior me ē Ordinauit aūt et ipsu3 eps: et ita vterqꝫ recesserunt de hac vita vt nunꝙ se ad sacrificandum oblationē altario ꝓximarēt. Dicebat aute3 senex. Credo in deum quia forsitan nō sustineā graue iudiciū: ꝓpter ordinationē qua3 suscepi: dum oblationem nō audeā consecrare. hoc enī officiū illorum est: qui sine querela viuūt. Dixit autem abbas Mathois. Quātum se homo approximat ad deum: tantum se peccatorē videt. esaias enim propheta videns dominu3 miserū se et īmundum dicebat: nam vir labijs pollutus sum. ¶ Dicebant de abbate Moyse. Quia cum factus esset clericus: imposuerunt ei humerale: et dixit ei archiepiscop⁹: ecce factus es cādidatus abba Moyses. et ille respōdit. Putas deforis domine papa: aut int⁹. Uolens aūt eps eum probare dixit clericis. Quādo intrat abbas moyses ad altare. expellite eū et sequimini eum vt audiatis quid dicat. Cu3 autem cepissent eum mittere foras dicebāt ei exi foras ethiops. Ille vero egrediens dicebat. Bene tibi fecerunt cinerente et cacabate quia cum homo non sis quare te in medio hominū dare presumpsisti. ¶ Cum abbas pastor in congregatione esset: audiens de abbate nesterone. desiderauit eum videre: et mandauit abbati eius vt mitteret eum ad ipsum. Qui cū nollet eum solum dimittere: non direxit eum. Post paucos autem dies dispensator monasterij rogauit abbatem vt permitteret eu3 ire ad abbatem pastorem: et diceret ei cogitationes suas. Abbas autem cum eum dimitteret dixit ei. Tolle et fratrem istum tecum: quia mandauit mihi de ipso senex et nō ꝓsumens eū solu3 dimittere distuli vsqꝫ modo. Cū ꝯuenisse3 dispensator ad senem locutus est ei de cogitationibus suis: et ille sanauit eum responsione sua Post hec autem interrogabat senex fratre3 illum dicēs. Abba nesteron: quō acquisiuisti virtutem hanc: vt quando imergit tribulatio ali

qua in monasterio: non loquaris neq; te medi
um facias. Et cum diu cogeretur frater a sene
dixit ei. Ignosce mihi abba: quia quando in
traui in initio in congregationem illam: dixi
animo meo. Tu et asinus vnū estote. Si ergo
asinus vapulat et non loquitur iniuriam pati
tur et non respondet: ꝛ sic tu: quēadmodum in
psalmo legitur: vt iumentum factus sum apud
te: et ego semper tecū. ¶ Dicebant de abbate
Olympio in scithi: quia seruus esset: ꝛ descen
debat per singulos annos in alexandriam por
tans mercedem dominis suis: et occurrebant
ei ꝛ salutabant eum. Senex autem aquam mit
tebat in peluim: ꝛ afferebat vt lauaret pedes do
minis suis. Illi autem dicebant ad eum. Noli
pater: ne graues nos. Ille vero respondebat
eis. Ego confiteor quia seruus vester sum: et
gratias ago quia dimisistis me liberum serui
re deo. Sed tamen lauo vobis pedes: ecce su
scipite mercedes meas. Illi autem contemne
bant: ꝛ non acquiescebant. dicebat ergo eis.
Credite mihi: quia si non vultis recipere mer
cedes meas: remaneo hic et seruio vobis. Il
li autem reuerentiam eius habentes: dabant
in potestatem eius vt faceret quod vellet. Et
reuertentem deducebant eum cum honore pre
bentes ei que necessaria erant: vt faceret pro
eis agapen ꝛ ex eo factus nominatus est mōa
chus in scithi. ¶ Dicebat abbas Pastor. Quia
semper homo humilitatem ꝛ timorem dei ha
bens respirare debet incessabiliter: sicut flatū
quem naribus attrahit vel emittit. ¶ Interro
gatus est abbas pastor a quodam fratre. Quo
modo debeo esse in loco in quo habito. ꝛ respō
dit ei senex. Habeto prudentiam velut aduena
et quocunq; loco fueris: ne queras verbū tuū
coram te habere potentiam ꝛ quiescis. ¶ Dixit
iterum: quia si proiecerit se quis in cōspectu dei
et non seipsum extulerit: ꝛ miserit post tergū
suū propriam voluntatem ferramēta sunt qui
bus anima operatur. ¶ Item dixit. Non metia
ris temetipsum: sed adherere ei qui bene con
uersatur. ¶ Dixit iterum: quia frater interro
gauit abbatem Alonium dicēs: quid est contē
ptus. et dixit senex. Ut sis infra animalia irra
tionabilia: ꝛ scias quia illa non contemnuntur.
¶ Dixit iterum qui supra: quia humilitas ter
ra est in qua dominus sacrificium fieri māda
uit. ¶ Rursus dixit: q; si hō ordinē suum custo
diat nō conturbabitur. ¶ Iterum dixit q; sedē
tibus aliquando senibus ad manducandū: sta
bat Abbas Alonius ꝛ ministrabat: ꝛ videntes

laudauerunt. Ille autem oīno nihil respondit
dixit ergo ei quidam secrete quare non respō
disti senibus laudantibꝰ te. et dixit abbas alo
nius: q; si responderem eis: inuenirer delecta
tus laudibus meis. ¶ Narrauit abbas ioseph
q; sedentibus nobis aliqñ cū abbate pastore:
noiauerunt abbatē agathonē: et dixim9 ei: iu
uenis est: quare eū appellas abbatē. ꝛ dixit ab
bas pastor: q; os suū fecit eum appellari abba
tem. ¶ Dicebāt de abbate pastore: q; nunq̄ vo
luisset sermonē dimittere supra verbū alteri9
senis sꝫ magis laudauerit semper: que ille di
xisset. ¶ Uenit aliquādo sancte memorie the
ophilus eps alexandrinus in scithin. Congre
gati autem fratres dixerunt abbati pambo.
Dic vnum sermonem pape: vt edificetur ani
mus eius in hoc loco. Et respondit senex. Si
in taciturnitate mea non edificatur: neq; in
sermone meo edificabitur. ¶ Narrauit fra
ter Pystus dicēs. Quia iuimus septē fratres
solitarij ad abbatē sysoy: habitantem in insula
clismatos: ꝛ cū rogaremus eū vt diceret nobis
aliq̄d. Ille respōdit. Ignoscite mihi q; ydiota
homo sum: sed veni aliquādo ad abbatem. Or
et ad abbatē atrē: ꝛ erat in infirmitate abbas
Or decem ꝛ octo annis: ꝛ cepi supplicare eis:
vt dicerēt mihi aliquod verbum. ꝛ dixit abbas
or. Quid tibi habeo dicere: quicq̄d vides fac.
Deus enim illius est: qui sibi vltra q̄ potest et
torquet ꝛ violentiam facit ad omnia. Hi tamē
ambo non erant de vna ꝓuincia: hoc est abbas
Or ꝛ abbas atrem. Fuit autem inter eos ma
gna gratia donec exirēt ambo de corpore. Ab
bas autem atrem summe obediens erat: Ab
bas vero Or multe humilitatis. feci ergo a
pud eos paucos dies inuestigans virtutē eorū
et vidi mirabile quid: quod fecit abbas Atrē.
Attulerat enim eis quidam piscem modicum
et voluit illum facere abbas atrem: seniori ab
bati Or. Posuerat ergo abbas Atrem cultel
lum: ꝛ inscidebat piscem illum: ꝛ vocauit eum
abbas or dicens. Atrem atrem: Ille vero sta
tim dimisit cultellum in medio pisce inciso et
non perincidit eum: ꝛ cucurrit ad eum. ꝛ mira
tus sum tantam obedientiam eius: q; nō dixit
expecta donec incidero piscem. Dixi autem
ego abbati atrem. Ubi inuenisti obedientiam
hanc: Et ille mihi respondit. Non est mea:
sed istius senis est. Et tulit me dicens. Ue
ni et vide obedientiam eius. Coxit ergo modi
cum piscem male: ita vt perderet eum volun
tarie ꝛ apposuit eū seni ꝛ manducauit nihil lo

quens et dixit ei. Bonū est senex. et ille respondit bonū valde. Post hec attulit ei illud modicū nimis bñ coctum: et dixit: ecce istud pdidi senex male istud coxi. Et ille respondit. etiam modice tibi male exiuit. et cōuersus ad me abbas atrem dixit. Uides quia hec obedientia istius senis est. et exij ab eis et quicquid vidi hoc feci: secundum virtutem meam. ¶ Hec dixit abbas sysoy fratribus. Unus autem ex nobis rogauit eum dicens. Ostende charitatem et dic nobis et tu vnū sermonem. et dixit. Qui habet quod innumerabile est in scientia: perficit oēm scripturam. ¶ Item alter ex nobis dixit ei. Quid est perregrinatio pater: et respondit. Tace et in oī loco quocunqꝫ veneris dic. Nō habeo causā et hec est peregrinatio. ¶ Uenit quidā frater ad abbatē sysoy in montem abbatis Antonij: et loquentibus eis dicebat abbati sysoy. Modo adhuc nō peruenisti ad mēsuram abbatis antonij pater. et respondit ei senex. Ego si haberem vnam cogitationem abbatis Antonij: efficerer totus velut ignis. verumtamen scio hominem: qui cum labore potest ferre cogitationes suas. ¶ Iterū aūt interrogauit eum frater ille dicens. Putas sic persequebatur sathanas antiquos. et dixit ei abbas sysoy. Modo plus q̄ tēpus eius appropinquauit et turbatur. ¶ Uenerunt quidam alij ad eum: vt audirēt ab eo sermonē: et nihil eis loquebatur: sed semper dicebat. ignoscite mihi. Uidentes autem sportellas eius dixerunt discipulo eius Abraham. Quid facitis de sportis istis: et respondit eis. Huc et illuc eas expendimus. Hoc autē audiēs senex dixit. et sysoys hinc et inde manducat. Illi autē audiētes edificati sunt valde: in humilitate senis: atqꝫ cum gaudio recesserunt. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem sysoy dicens. Uideo meipsum: quia memoria mea ad deū intenta sit. Et dixit ei senex. Non est magnū hoc: vt mēs tua cum deo sit. Magnum autē est si teipsum videas sub omni creatura. hoc autem et labor corporalis corrigit et ducit ad humilitatis viam. ¶ Dixit beate memorie sincletice. Sicut impossibile est nauem fabricare sine acutis: ita impossibile est hominē sine humilitate saluari. ¶ Dixit abbas iperitius. Arbor vite est in excelso: ascendit ad eā humilitas monachi. ¶ Dixit iterū qui supra. Imitare publicanū illum: ne cū pharisEo damneris: et sequere mansuetudinem moysi: vt summitates cordis tui resecās conuertas in fontes aquarum. ¶ Dixit abbas Orsisius

Si fragmē crude tegule in fundamento mittatur: vbi iuxta sit fluui⁹: nō sustinet vnū diē: cocta autē permanet velut lapis: ita est homo qui carnalē sapientiā habet et non est temptationum igne excoct⁹ sicut et Joseph. Huiuscemodi enī verbo dei resoluit: qui cū initiū fecerit: multis tēptationib⁹ in medio hominū agitat. Bonū est enī vt quis nouerit mēsuras suas: et declinet in initio pōdus: fortes aūt in fide imobiles sunt. Nam de ipso sancto Joseph si velit aliqs loqui: dicet q: nec terrenus erat. Quāto temptat⁹: in qlī pūincia: vbi nec vestigiū erat diuini cultus. Sed deus patrū eius erat cū eo: qui eripuit eū ex omni tribulatiōe: et nunc est cū patrib⁹ suis in regno celorum. Et nos ergo agnoscentes mensuras nostras certemus: vix enim possumus nos effugere iudiciū dei. ¶ Senex quidā erat solitarius vacans in heremo: et dicebat in semetipso quia perfectus eēt in virtutibus. Hic orauit deū dicēs. Ostende mihi quid desit perfectioni mee: vt faciam. Uolens autē deus humiliare cogitationes eius: dixit ei. Uade ad illū archimandritam: et quicquid tibi dixerit facito. Reuelauit autē deus archimandrite illi: anteq̄ ille veniret ad eū dicens. Ecce ille solitarius veniet ad te: dic ergo illi vt tollat flagellū: et vadat et pascat tibi porcos. Veniēs ergo senex pulsauit ostium: et ingressus est ad archimandritam illum. et cum se salutassent: sederūt. et dixit ei solitarius ille qui venerat. Dic mihi quid faciam vt sim saluus: et dixit ille. Facies quodcūqꝫ dixero tibi: et respondit: etiā. et dixit ei. ecce tolle flagellum et vade pasce porcos. Hi autem qui eū nouerant et audierant de eo: cum audirent quia porcos pasceret: dicebant. Uidistis illum magnū solitarium de quo audieramus? ecce stupuit cor eius: et a demonio vexatur et pascit porcos. Uidens autem deus humilitatem eius: quia ita patienter sustinebat opprobria hominum: precepit eum iterum redire ad locum suū. ¶ Quendam senem monachum solitariū homo qui a demonio vexabatur et fortiter spumabat: percussit in maxillam. Senex vero conuertit ei aliam maxillā. Statim demon non ferens incendiū humilitatis illius mox exiliuit ab eo. ¶ Dixit senex quidā. Quādo cogitatio superbie aut elationis cor tuum intrauerit scrutare conscientiā tuā. Si omnia mandata diuina custodisti: si inimicos tuos diligis: si gaudes in aduersarij tui glorificatione: et si contristaris in minoratione eius:

nostram protegit nos: si autem gloriamur au-
fert a nobis protectionem suam et perimus.
¶ Cuidam fratri apparuit diabolus trãsforma
tus in angelum lucis: et dixit ad eum. Ego sũ
angelus gabriel. Quare clausisti oculos tuos.
Ego sum missus a te. Ille autem dixit ei. Vi
de ne forte ad alium missus sis: ego enim non
sum dignus vt angelus mittatur ad me: diabo
lus autem statim non comparuit. Dicebant se
nes. Quia si vel pro veritate angelus tibi ap-
pareat non suscipias facile: sed humilia temet
ipsum dicens. Non sum dignus videre ange-
lum: viuens in peccatis. ¶ Narrauerũt de alio
sene: quia sedens in cella sua et sustinens tem-
ptationes viderit demones manifeste contem
pserit eos. Cum autem diabolus se videret vin
ci a sene: venit et ostendit se ei dicens. Ego sum
christus: quare clausisti oculos tuos? Et respõ
dens senex dixit ei. Ego hic christum nolo vi-
dere: sed in alia vita. Audiens autem hec dia-
bolus non comparuit. ¶ Alterum senem volẽ-
tes seducere demones dixerunt ei. Vis vide-
re christum. Et ille dixit. Anathema vobis: et
de quo dicitis. Ego autem meo christo dicenti
credo. Si quis vobis dixerit ecce hic christus
ecce illic: nolite credere. Quo dicto statim non
comparuerunt. ¶ Narrauerunt de alio sene:
quia perseuerauit ieiunans septuaginta heb-
domadas: semel in hebdomada reficiens. hic
postulabat a deo de quodam sermone scriptu-
rarum sanctarum: et non reuelabat ei deus. Di
xit ergo in semetipso ecce tantum laborem as-
sumpsi et nihil profeci: vado ergo ad fratrem
meum et requiram ab eo. Qui cum egressus
clausisset hostium vt abiret: missus est ad eum
angelus domini dicens. Septuaginta hebdo
made quas ieiunasti non te fecerunt proximũ
deo: nunc vero quando ita humiliatus es: vt
ad fratrem tuum pergeres missus sum tibi in-
dicare sermonem. Et aperiens ei de re quam
querebat discessit angelus ab eo. ¶ Dicebat se
nex quidam. Quia si quis timore dei et humili
tate iniungit fratri aliquid facere: sermo ipse
qui propter deum egreditur facit fratrem illũ
subiectum existere: et implere quod fuerat im-
peratum: si autem quis volens iubere fratri:
et non hoc sm̃ timorem dei fecerit: sed quasi p
auctoritatem: volens sibi in eo potestatem de-
fendere deus videt occulta cordis: nõ pmittit
eũ audire vel facere quod iubet. Manifestũ
est em̃ opus qđ sm̃ deum fit: et iterum manife
stũ est: qđ pro voluntate aut potestate iniũgi-
tur: qm̃ qđ a deo est cũ humilitate et obsecratio
ne imperat: qđ autẽ ex potestate est: cũ furore
et perturbatione: vtpote qm̃ a maligno est.
¶ Dixit senex. volo vinci magis cũ humilitate
ꝙ vincere cũ superbia. ¶ Dixit senex: non con
tẽnes astantẽ tibi: qm̃ nescis vtrũ in te sit spirĩ
tus dei: an in illo. Assistentẽ autẽ tibi dico cũ:
qui minister tuus est. ¶ Frater aliq̃s interro-
gauit senẽ dicens. Si habito cũ illis fratrib'
et video aliquã rẽ inconuenientẽ vis vt loqr?
Et dixit ei senex. Si sunt aliqui maiores tibi
aut coetã ei: tace magis: et requiẽ habebis.
In hoc em̃ ꝙ te minorẽ facies: etiã securũ te
reddes. Dicit ei frater. Quid ergo facio pa-
ter? perturbat em̃ me spiritus. Dixit ei senex.
Si laboras: cõmonefacito semel humiliter.
Si autẽ non obediunt tibi: relinque laborem
tuũ in ꝓspectu dei: et ipse te cõsolabit. Hoc ẽ
em̃ vt ꝓijcit se dei cultor corã deo: et relinquat
ipse volũtates suas. Attende aũt tibi vt scdm̃
deũ sit solitudo tua: et tñ quõ video: bonũ est ta
cere. Humilitas em̃ tibi ẽ taciturnitas. ¶ Fra
ter q̃dã interrogauit senẽ dicẽs. Quid est pro
fectus hoĩs? Et rñdit ei senex: ꝑfect' hoĩs est
hũilitas. Quãtũ em̃ q̃s ad hũilitatẽ iclinatus
fuerit: tm̃ eleuabit ad ꝑfectũ. ¶ Dixit senex.
Quia si q̃s dicat alicui ignoscite mihi: humili
ans se: comburet demões tẽtatores. ¶ Dixit se-
nex. Si acquisieris taciturnitatẽ nõ habeas
apud temetipsum: quasi aliquã virtutẽ iam
obtinueris. sed dic quia indignus sũ loqui.
¶ Dicebat senex quidã: nisi velauerit pistor
oculos animalis circueuntis ad molã: conuer
tet se animal et comedet labores suos: ita et
nos velamen accipimus scdm̃ dispensationẽ
dei: ne videamus que operamur bona: et bea-
tificantes forsitan nosmetipsos perdam' mer
cedem nostrã. Propterea ergo relinquimur
per interualla temporũ simul et semel sordi-
das cogitationes assumere: vt cũ easdẽ cogi
tationes aspicimus: nosmetipsos proprio iu-
dicio condẽnemus. Hi enĩ sordide ipse cogi
tationes: velamen sint ipsius modici boni
operis. Quando autẽ homo seipsũ accusat:
non ꝑdit mercedẽ suã. ¶ Dixit senex quidã vo
lo magis doceri ꝙ docere. ¶ Itẽ dixit. Non
doceat ante temp': alioquin omni tempore vi-
te tue minor haberis intellectu. ¶ Interroga-
tus est quidã senex: quid est humilitas. Et re
spondẽs dixit. Humilitas magnũ opus ẽ et di
uinũ. Via autẽ humilitatis hec est: vt labo-
res corporales assumi debeãt: et ascribat se-

psum homo peccatorem et ponat se subiectum omnibus et dixit frater. Quid est esse sub hominibus? Respondit senex. Hoc est esse subiectum hominibus vt non attendat quis aliena peccata: sed sua semper aspiciat: et deprecetur sine intermissione deum: vt ignoscat. ¶ Rogauit quidam frater senem dicens. Dic mihi vnam rem quam custodiam et viuam per eam. Et dixit ei senex. Si potueris contumelias pati et sustinere megnum est hoc: et super omnes virtutes. ¶ Dixit senex. Qui contemptum et iniuriam et damnum patienter fert potest saluus esse. ¶ Dixit senex cuidam. Non habeas notitiam cum abbate: neque frequenter adiungeris ei: quoniam ex hoc fiduciam sumes: et desiderare incipies vt teneas etiam ipse primatum. ¶ Frater quidam erat in congregatione et omne pondus quod fratribus imminebat ipse suscipiebat: ita vt se etiam in fornicatione accusaret. Quidam autem fratres ignorantes actus eius ceperunt murmurare aduersus eum dicentes. Quanta mala fecit hic: et nec operatur? Abbas autem sciens que agebat frater ille dicebat fratribus. Volo vnam mattulam istius fratris cum humilitate: quam omnes vestras cum superbia: et vt demonstraret et dei iudicio qualis esset: frater ille attulit omnia que operti fuerant alij fratres: et mattam eius de qua querebantur et accendit ignem: et iactauit in medium consumptaque sunt opera: et matte illorum omnia: matta autem fratris illius illesa permansit Hoc autem videntes illi fratres timuerunt et penitentiam coram illo egerunt habentes eum deinceps velut patrem. ¶ Interrogatus est quidam senex quomodo quidam dicerent videre se aspectum angelorum: et respondit dicens. Beatus est qui peccatum suum semper videt. Frater aliqu● contristabatur aduersus alium fratrem. Quod audiens ille venit satisfacere ei. Ille autem non aperuit ei ostium celle sue. Perrexit ergo ille ad quendem senem. et dixit ei causam et respondit ei senex. Vide ne quasi iusticiam adhibeas cause apud teipsum in corde tuo tanquam culpaturus fratrem tuum: vt quasi illum reprehendas: et teipsum iustifices: et propterea non tetigit deus cor eius vt aperiret tibi. Verumtamen hoc est quod dico tibi: vt si vel ille peccauit in te ponas in corde tuo: quia tu in illo peccaueris: et fratrem tuum iustifica: et tunc deus dat in corde illius concordare tecum. Et narrauit illi exemplum tale dicens Duo quidam erant seculares et religiosi: et colloquentes secum egressi sunt: et facti sunt monachi: emulationem autem habentes vocis euangelice sed non secundum scientiam: castrauerunt se quasi propter regnum celorum. Audiens autem hoc archiepiscopus: excommunicauit eos. Illi autem putantes quia bene fecissent: indignati sunt contra eum dicentes. Nos propter regna celorum castrauimus nos. et excommunicauit nos. Eamus et interpellemus aduersus eum hierolymorum archiepiscopum. Abeuntes ergo: indicauerunt ei hec omnia et dixit eis archiepiscopus hierosolymitarum. Et ego vos excommunico Ex quo iterum contristati: abierunt antiochiam ad archiepiscopum: et dixerunt ei omnia que acta fuerant circa se. Et ille similiter excomunicauit eos et dixerunt ad semet ipsos. Eamus romam ad patriarcham: et ipse nos iudicabit de omibus istis. Euntes ergo ad summum archiepiscopum romane ciuitatis: suggesserunt ei que fecerunt eis memorati episcopi: dicentes. Venimus ad te: quia tu es caput omnium: dixit eis et ipse: et ego vos excommunico: et segregati eritis. Tunc deferunt errores totius consilij: et dixerunt ad semet ipsos. Isti episcopi sibiinuicem deferunt et consentiunt: propter quod in synodis congregantur: sed eamus ad illum virum dei sanctum epiphanium episcopum de cypro: quia propheta est et personam hominis non accipit. Cum autem proximarent ciuitati eius reuelatum est ei de ipsis. et mittens in occursum eorum: mandauit eis. Ne intretis ciuitatem istam. Tunc illi in se reuersi: dixerunt. In veritate nos culpabiles sumus. Vt quid ergo nosipsos iustificamus. Nunquid quia illi nos iniuste excommunicauerunt: etiam et iste propheta? Ecce enim deus reuelauit de nobis: et reprehenderunt semetipsos valde: similiter et culpam quam fecerant. Tunc videns deus qui corda nouit: quia se in veritate culpabiles fecerant reuelauit episcopo epyphanio: et vltro misit et adduxit eos. Et consolatus eos suscepit in comunionem: et scripsit de eis archiepiscopo Alexandrie dicens. Suscipe filios tuos: quaniam in veritate penitentiam egerunt Et addidit senex: qui hoc exemplum narrauerat dicens. Hec est sanitas hominis. et hoc est quod vult deus: vt homo culpam suam proiciat ante deum Hec autem cum audisset frater: fecit secundum verbum senis: et pergens pulsauit ostium fratris. Ille autem mox vt sensit eum: prius apud illum dicens penitentiam gessit: aperuitque statim ostium et osculati sunt seinuicem ex animo: et facta est inter vtrosque pax magna. Duo monachi qui erant etiam carnales fratres. habitabant simul. et volebat diabolus separare eos ab inuicem. Semel ex-

go vnus qui erat iunior etate. incendit lucer/nam: et posuit eam super candelabrum. Fecit autem opera sua demon et euertit candelabrū: pro qua re cecidit eum maior frater cum ira. Ille autem penitentiam egit: dicens ei. Ha/be patientiam in me frater: et iterum accendā eam. Et ecce virtus domini venit: et torquebat demonem illum vsq; mane. Demon autem nū/ciauit principi suo: quid factum fuisset. Et audiuit sacerdos paganorum id quod retulerat demon: et egressus factus est monachus: et ab initio conuersationis sue tenuit humilitatem dicens: Humilitas soluit omnem virtutem inimicis: sicut ego audiui demones loquētes dicendo. Qr quando perturbamus monachos conuertitur vnus ex eis: et agit penitentiam: et destruit omnem virtutem nostram.

¶ Explicit liber de humilitate.

¶ Incipit liber de Penitentia.

Dicebāt fratres de abbate gelasio: qui habuerit codicem in menbranis valentem solidos decem et octo. Continebat enim vet⁹ et nouum testamentum totum: et positus erat codex ipse in ecclesia: vt qui vellet de fratribus legeret in eo. Superueniens autem quidam frater peregrinus applicuit ad senez: et vidēs codicem illum concupiuit: et furatus est euz. et exiuit atq; discessit. Senex autem nō est secutus post eum vt comprehenderet eū: cū vtiq; intellexisset quod fecerat. Ille autem pergēs in ciuitatem querebat cui venderet euz. Et cū inuenisset qui vellet emere: cepit sedecim solidos precium ipsius postulare. Ille vero volēs comparare dixit. Da mihi primum vt ostendā eum et sic dabo tibi precium. Dedit ergo illi codicem ad ostendendum alicui. Quem accipiēs ille qui emere cupiebat: attulit eū ad abbatem Gelasium: vt probaret si bon⁹ esset codex: aut si tantum valeret. Dixerat enim ei et quantitatem quam venditor postulabat. Et dixit senex Gelasius. Eme illum: quia bonus codex est: et valet hoc precium: quod dixi tibi. Ille autem retulit venditori aliter: et non sicut audierat a sene. Dixitq;. Ecce ostendi codicem illum abbati gelasio: et dixit mihi qr bonus est: sed non valet quantum dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil aliud dixit senex? Et respondit. Nihil. Tunc dixit ei. Iam nolo vendere codicem istum. Compunctus autem venit ad senem penitentiam agens: et rogans eum vt codicem reciperet. Senex autem nolebat eum recipere. Tunc dixit ei frater. Quia si non recipis eum non possum securus esse. Et dixit ei senex. Si non potes securus esse nisi recipiam: ecce recipio eum. Et remansit frater ille apud eū: vsq; ad exitum suum: proficiens de patientia senis. ¶ Factus est aliquando conuētus in cellis pro quadam causa: et locutus quidem Euagrius abbas et dixit ei presbyter monasteriorum. Scimus abba Euagri: quia si esses in patria tua forte aut episcopus eras: aut multorū caput: nunc autez hic velut peregrinus sedes Ille vero compunctus nō quidā turbulanter aliquid respondit: sed mouens caput: respiciens ad terram digito scribebat et dixit eis. Re uera fratres ita est. ¶ Sedente aliquando abbate iohanne breui statura ante ecclesiam: circundederunt eum fratres: et exquirebāt ab eo singuli de cogitationibus suis. Quidam autē senex hoc audiens: accensus inuidia dixit ei. Guriscula tua abba iohannes: plena veneno est. Et respondit ei abbas iohānes. Ita est abba. Hoc autez dixisti quia eo que foris sunt tātummodo vides. Si autem videres que intro sunt: quid eras dicturus. ¶ Dicebant de iohanne minore de thebaida qui fuit discipulus abbatis antonij. quia duodecim annos fecerat in ministerio seruiens seni in infirmitate eius: et post hec sedebat super mattaz. Senex vero cōtristabatur pro eo. Et cū multum laborasset cū illo: nūq; dixit ei: sanus esto. Quādo autem iā moriturus erat: residētibus senib⁹ loci tenuit manū ei⁹ et dixit. Sanus sis: sanus sis: sanus sis. Et tradidit eū senibus: dicēs. Hic angel⁹ est: non homo. ¶ Dicebant de abbate Isidoro qui erat in scithi: quia si quis habuisset fratrē infirmū aut pusillanimē: aut iniuriosum: et volebat eum expellere foras: ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendens eum patiētia sua curabat animū fratris illius. ¶ Abbas Macharius in egypto positus inuenit hominem qui adduxerat animal. et rapiebat que habebat. Ipse vero vt peregrinus astitit furi et adiuuabat eum ad animal onerandum. et cum omni quiete deduxit euz: dicens in semetipo Nihil intulimus in hunc mundum sed domin⁹ dedit. et s... ipse voluit ita factum est: benedictus in omnibus deus. ¶ Facta aliquando cōgregatione fratrum in scithi cū voluissent senes pbare abbatē moysē cōtempserunt eū di/

centes: vt quid iste ethiops in medium nostrū
venit. Jlle autē audiens tacuit. Cū vero dimis
sus fuisset cōuent⁹ dixerūt ei hi qui iniuriose
eum tractauerant: nec modo nō es turbat⁹. et
ille respōdit. turbatus sum: ⁊ nō sum locutus.
¶ Paysius frater abbatis pastoris habuit affe
ctuȝ cū quodaȝ monacho ex cella sua. Abbas
aūt pastor nolebat hoc. Qui consurgēs iuit ad
abbatē ammona: ⁊ dicit ei. Frater meus Pay
sius habet cū quodam affectu quod ego nō li
benter fero. Dicit ei abbas āmonas. abbas pa
stor adhuc viuis vade in cellā tuam: ⁊ pone in
corde tuo quia iam annū habes in sepulchro
¶ Dixit abbas pastor. Omnis labor quicunqȝ
euenerit tibi: et taciturnitate superaſ. ¶ Qui
dā frater lesus ab alio fratre venit ad abbateȝ
sysoy thebeum: ⁊ dixit ei. Lesus sum a quodaȝ
fratre: ⁊ volo me ego vindicare. Senex auteȝ
rogabat eum dicens. Noli fili: sȝ dimitte ma
gis deo vindictā. Jlle auteȝ dicebat. Nō quie
sco: donec me fortiter vindicauero. Dixit autē
senex Quia hoc semel statui apud te surge ore
mus. Et surgens senex dixit. Deus iam nobis
non es necessarius: quia nosipsi ⁊ volumus et
possumus nos vindicare. Hoc autem audiēs
frater: cecidit ad pedes senis illius dicēs. Jā
non contendam cū fratre illo: sed rogo: igno
sce mihi. ¶ Quidam videns quendam religio
sum portantem mortuū in lecto. dicit ei: mor
tuos portas vade ⁊ viuentes porta. ¶ Dicebāt
de quodā monacho qr quo quis appetiisseȝ aut
exacerbasset eum tantomagis ille ad eum con
currebat dicēs. Qr hmōi causa hoīes corrigū
tur ab his qui in cōuersatione studiosi sūt. Nā
qui eos beatificant magis confundunt aīas
eoꝝ. Scriptū est eñ. Qr qui beatificāt vos se
ducūt vos. ¶ Venerūt aliquando latrones in
monasteriū cuiusdam senis ⁊ dixerunt ad euȝ
Omnia que in cella tua sunt tollere volumus.
et ille dixit. Quantum vobis videtur tollite fi
lij. Tulerūt ergo quodcunqȝ inuenerūt in cel
la senis: et abierūt. Obliti sunt auteȝ ibi saccu
lum quod erat absconditū in cella. Senex ve
ro tollēs eum secut⁹ est post eos clamans et di
cens. Filij tollite qđ obliti estis in cella. Illi vo
admirātes patiētiā senis reuocauerūt oīa ī cel
lā ei⁹ et pnīam egerunt omnes adinuicem di
centes. Hic vere homo dei est. ¶ Fratres qui
dam venerunt ad quendam seneȝ sedenteȝ in
deserto loco et inuenerunt foris extra mona
sterium pueruȝ pascentē pecora ⁊ loquentem
verba q̄ nō decebant postq̄ vero viderūt seneȝ
et indicauerūt ei cogitatiōes suas et de respō
tione eius se pfecisse senserunt dicūt ei: abba
quomodo acqescis tecū habere pueros istos:
et nō precipis eos vt constringantur. et dixit
senex. Credite mihi fratres dies habeo mul
tos et quo volo eis precipere: et redarguo
meipm dicēs. Si hoc parū nō portauero: quō
maiorē tentationē si pmiserit mihi de⁹ inferri
portare possum. ⁊ ppterea nihil eis dico: vt fi
at consuetudo portandi ea que supuenerint.
¶ Narrauerunt de quodam sene qui habuerit
puerulum cohabitantē secum: ⁊ videns eū qr
fecerit opus quod non expediebat ei dixit ei
semel. Non facias hanc rem: ⁊ ille non obedi
uit ei. Hoc autem senex videns abiecit de co
gitatione sua curam illius iactans pprius iu
dicium super ipso. Puer autē clausit ostiū cel
le in qua erant panes per tres dies ⁊ dimisit
senem ieiunuȝ: ⁊ non dixit ei senex vbi es aut
quid facis foris. Habebat autem vicinum se
nem: qui cum agnouisset: quia tardaret puer
ille fecit pulmentum modice ⁊ dabat ei per pa
rietem: ⁊ rogabat vt gustaret. Et dicebat seni.
Quid tardat frater ille foris. Senex vero di
cebat. Quando ei vacauerit reuertetur. ¶ Nar
rauerunt aliqui. Quia philosophi quidam ali
quando voluerunt probare monachos: et ve
nit vnus monachus transiens stola indutus ⁊
bene vestitus. Et dixerunt ei philosophi. Tu
veni huc monache. Jlle vero indignatus iniu
rijs aggressus est eos. Transijt et alter mona
chus magnus rusticus genere: ⁊ ipsi dixerunt
ei. Tu monache male senex veni huc. Jlle ve
ro cursim venit ⁊ ceperunt ei alapas dare. Jl
le aūt conuertit eis aliam maxillam. Statim
vero philosophi illi surrexerunt ⁊ adorauerūt
eum dicentes. Vere hic est monachus. Et fe
cerunt eum sedere in medio sui: ⁊ interroga
uerunt eum dicentes. Quid est quod plus fa
citis nobis in solitudine ista. Jeiunatis et nos
ieiunamus. Castigatis corpora vestra. et nos
castigam⁹. Sed quicquid aliud facitis: ⁊ nos
facimus. Quid ergo plus facitis nobis seden
tes in heremo. Rñdit eis senex. Jn gratia dei
speramus nos ⁊ menteȝ nostraȝ custodimus.
et illi dixerunt ei. Nos hoc custodire nō possu
mus. Et edificati: dimiserunt eum. ¶ Senex
quidā erat habens pbatum discipulum: quem
aliquando contristans expulit foras. Jlle ve
ro expectabat sedens foris. et aperiens senex
ostium inuenit eum et penitentiam egit apud
eum dicens. Ab hodierno die tu pater meus:

lanimitatē animi mei. Ueni ergo intus: amodo em̄ tu pater ꝛ senex: ego aūt iuuenis et tuis discipulus: qm̄ ope tuo superasti senectutem meā. ¶ Dicebat quidā senū ꝙ audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes: q̄ ducatū prebeant senib⁹ in vita illa: ꝛ narrauit dicens. Quia erat quidaʒ ebriosus senex: ꝛ opabatur vnam mattā in die: ꝛ vendebat eā in vicino vico: ꝛ bibebat qđ accipiebat de precio ei⁹. Post ea ergo venit ad eū iuuenis quidam frater: et manebat cuʒ ipso qui similiter operabatur et ipse mattā vnam. Tollebat autē senex et vendebat: et ambarū mattarū preciū expendebat in vino. Illi autē fratri afferebat tantummodo modicū panis ad vesperā. Et cum hoc triennio iugiter faceret: nihil locutus est frater ille. Post hec vero dixit frater ille in semetipso. Ecce nudus suʒ: et panē cū egestate comedo: surgā ergo et discedā hic. Iterū autē cogitauit i semetipō dicēs. Ubi hēo ire? Sedebo hic. Ego em̄ propter deuʒ sedebo in hac vita cōmuni. et statim apparuit ei angelus domini dicens. Nusq̄ discedas veniemus enim ad te cras. et rogauit frater senē dicens. Non discedas hinc alicubi: quia venient hodie mei tollere me. Cū ergo facta esset hora: qua solebat senex descendere ad vicū: dicit fratri. Non venient hodie fili: iam em̄ tarde est. et ille dixit ei. Omnino scias quia venient. et dum hec loqueretur: dormiuit in pace. Senex autem flebat: dicens. Heu heu me fili: quia multis annis sub negligentia viuo: tu autē paruo tempore saluaʒ fecisti per patientiam animā tuā. et ex illo die factus est senex sobrius et probatus. ¶ Dicebant de quodā fratre: qui seni cuidam magno vicinus erat: quia ingrederetur et raperet quicq̄d habebat senex in cella sua. Uidebat autē senex: et non obiurgabat eum: sed extorquebat sibi plus solito manibus operari dicens. Credo opus habet iste frater. et exigebat a se maiorē solito laboreʒ et astrīgebat ventrē suum: vt cū indigentia comederet panē suum. Cuʒ autem mori cepisset senex ille circunsteterunt eū fratres: ꝛ respiciens in eū qui furabatur: dixit ei. Iunge te huc ad me: et tenuit: ꝛ osculatus est manus eius dicēs. Gratias ago istis manibus fratres: quia propter ipsas vado ad regnū celorū. Ille aūt cōpunctus ꝛ penitētiā agēs factus est et ipse probatus monachus: exemplū sumēs de actibus magni senis illius. ¶ Fuit quedā meretrix nomine Thais tante pulchritudinis: vt multi ꝓpter eā venditis substantijs suis pene ad vltimam peruenenirēt paupertatem: ꝛ amatores sui pre zelo litibus inter se consertis frequenter puelle limina sanguine iuuenum replebant. Quod cum audisset abbas paphnucius. sumpto habitu seculari ꝛ vno solido. profectus est ad eam ad quandam ciuitatem egypti deditq̄ ei solidum quasi ꝓ mercede peccandi Illa accepto precio ait illi. Ingrediamur domum. Cum autem esset ꝛ lectum preciosis vestibus stratum ascendere inuitaret dicit ad eā Si est interius cubiculum in ipsum eam⁹. Illaq̄ dixit. Est quidem cubiculum vbi nullus ingreditur: sed deus non est locus qui diuinitatis eius oculis abscundatur. Quod cū senex audisset dixit ei. Et scis esse deum? Cum autē respondisset se scire deū: ꝛ regnū futuri seculi: nec non ꝛ tormenta peccatorum. Dixit ei senex. Si ergo hec nosti: cur tantas animas perdidisti: vt non solum pro tua sed et illorum aīabus reddita ratione damneris? Illa vero hec audiēs, puoluta ad pedes abbatis Paphnutij exorabat dicens. Scio esse penitentiam pater: ꝛ confido remissionem peccatorum sortiri te exorante. Tantum peto tribus horis indutias: vt post hoc vbi iusseris ad te veniaʒ. ꝛ qđcumq̄ preceperis faciam. Cumq̄ locū illum abbas constituisset quo venire deberet illa collectis omnibus quecunq̄ ex peccato susceperat perlatisq̄ in mediam ciuitatem combussit clamans. Uenite omnes qui peccastis mecuʒ ꝛ videte quomodo ea q̄ mihi contulistis exurā Erat autem preci um eorum bonorū quadringentaꝝ librarū auri. Cūq̄ omnia consumpsisset in locū quem ei abbas cōstituerat perrexit Quam ille reperto virginum mōasterio: in cella parua claudens ostiū celle plumbo signauit paruamq̄ fenestram reliquit per quam ei victus modic⁹ inferref: iussitq̄ omnibus diebus parum panis ꝛ paululū aque a ministris ministrari. Cū autem senex ostio plumbato discederet ait. Thais. Quo iubes pater vt ex naturali meatu aquaʒ meam fundam? At ille respondit. in cella. Sic enim digna es. Cum iterum quemadmodū deum deberet orare inquireret Dixit ei senex. Non es digna nominare deū: neq̄ in labijs tuis nomē diuinitatis imprimere: sed nec ad solū manus expendere: quoniaʒ labia tua iniquitate sunt plena: ꝛ man⁹ tue sordibus inquinate: sed tantummodo incumbēs contra orientem aspice hunc sermonem semp iterans q̄ me plasmasti miserere mei. Cū ergo

tribus annis ita fuisset inclusa: cōdoluit ei abbas Paphnucius: et mox pfectus est ad abbatem Antonium vt ab eo requireret si remisisset illi deus peccata an non. Cum ergo causam rei narrasset: conuocatis discipulis suis abbabas Antonius precipit vt illa nocte omnes vigilarent: et in oratione persisterent sigillatim quaten' vni alicui ex his declararet deus causam pro qua abbas Paphnucius venerat. Cum ergo singuli secessissent: et incessanter orassent abbas Paulus maior discipulus beati Antonij abbatis: vidit subito in celo lectū preciosis vestibus adornatum quem quattuor virgines clara facie custodiebant. Cumque Paulus intra se diceret. Non est hec gratia alteri' nisi patris mei Antonij: vox ad eum diuina facta est: nō patris tui antonij: sed thais meretricis est. Quod cum mane facto abbas paulus retulisset cognita dei voluntate abbas Paphnucius cum gaudio discessit et profectus ad monasterium in quo erat inclusa ostiū quod obstruxerat dissipauit. Illa vero petebat vt adhuc ꝑmaneret diutius inclusa. Cum vero aperuisset ostium dixit. Egredere quoniam deus dimisit tibi peccata tua. Illa respondit. Testor deum quoniam ex quo hic ingressa sum: et omnibus peccatis mei fecit velut sarcinam: et statui ante oculos meos. Et sicut non discedit anhelitus de naribus meis vna hora sic: nec discesserunt peccata mea ab oculis meis: sed flebam illa semper considerans. Cui abbas rñdit. Non propter penitentiam tuam dimisit tibi deus peccata tua sed quia semper hunc timorem habuisti in animo. Et cum eam inde eduxisset: quindecim dies superuixit tantum: et quieuit in pace. ¶ Quidam frater sedebat in cella in egypto: magna humilitate precipuus. Habebat autem sororem in ciuitate meretricem: que multis animabus perditio fuerat. Frequēter ergo monebant senex fratrem illum: et vix potuerūt ei persuadere vt veniret ad eam: quatenus per admonitionem eius posset peccatum: quod ꝑ eam fiebat terminari. Dum ergo veniret ad locum quidam ex notis videns eum: precessit et nunciauit mulieri dicens. Ecce frater tuus venit ad te de heremo. Illa autem pre gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum vidisset eum: dum tentaret illum amplecti dixit ei ille. Soror mea charissima: parce iam anime tue: quoniam propter te multi pereunt. Considera quanta habes tormenta preparata: nisi cito penitere festinaueris. Illa autem contremiscens dicit ad eum. et scis frater quia est mihi salus vel ammodo? Cui ille dixit. Si volueris adhuc salus tibi est. Illa autem iactans se ad pedes fratris sui: petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frater suus dixit. Vade et cooperi caput tuū: et sequere me. Cui illa respondit. Eamus aitvelociter Oportet enim me deformare: et inter homines potius nudo capite deambulare: q̄ in officinā peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent monebat eam frater ad penitentiam. Videns autem ille: quia quidam fratres obuiarent ei: dicit ad eam. Quoniam necdum omnes sciunt q̄ soror mea sis: parum de via secede: donec isti transeant. Quod cum fecisset postq̄ transierūt illi: vocauit eam frater suus dicens. Veni soror mea eamus viam nostram. Illa autem non respondit ei. Perquirens ergo ille: inuenit eam mortuam: et vestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tunc ille flens et eiulans nunciauit senioribus patribus omnia que facta fuerant. Et illi contendebant inter se de saluatione eius. Manifestauit autem dominus vni seni de ipsa: eo q̄ nulla cura illi fuit de re corporali: sed vt proprium vulnus sanaret neglexit omnia sua: et suspirauit grauiter et fleuit ꝑ peccato suo: propterea suscepit deus penitentiam eius.

Explicit liber de penitentia.

¶ Incipit liber de charitate.

Dixit abbas Antoni'. Ego iam non timeo deum: sed amo quia amor foris mittit timorem. ¶ Dixit iterum. Quia de proximo est vita et mors. Si em̄ lucramur frēm: lucrabimur xp̄m. Si aūt scandalizamus frēm in xp̄m peccam'. Abbas ammō de loco nitrie venit ad abbatem Antonium et dixit ei. Video q: maiorem laborem q̄ tu sustineo: et quomodo nomē tuum magnificatū est in hominibus super me Et dixit ei abbas Antonius. Quoniam et ego diligo deum plus q̄ tu. ¶ Venit aliquando abbas Hylaroni de palestina ad abbatem Antonium in montem: et dicit ei abbas antonius Bene venisti lucifer: qui mane oriris. Et dicit ei abbas Hylarion. Pax tibi columna lucis qui sustines orbem terrarū. ¶ Dixit abbas

Marcus abbati arsenio. Quare nos fugis? ꝛ dixit ei senex. Scit deus quia diligo vos: sed non possum esse cum deo ꝛ hominibus. Superiorum enim virtutum milia ꝛ milium milia: vnam habent voluntatem: habent autem homines multas voluntates non possum ego deum dimittere: et venire ꝛ esse cum hoibus. Dixit abbas agathon. Quia fm voluntatem meā nū ꝙ dormiui: retinēs in corde dolorē quemcꝙ adversus aliquē necꝙ dimisi dormire alquē habētem aduersum me aliquid. Ascendente aliqñ de scithi abbate iohanne cum alijs fratribus: errauit qui eis ducatum prebebat in via. Erat enim nox: ꝛ fratres dixerunt abbati Johanni. Quid faciam⁹ abba: quia errauit frater iste de via ne forte moriamur errantes. Et dixit eis senex. Si dixerimus ei aliquid contristabitur Sed ecce facio meipsum quasi defunctum: ꝛ dico me non posse ambulare: sꝫ iaceo hic vsꝙ mane. et fecerunt sic. Sed ꝛ residui dixerunt. Nec nos ibimus sedebimus tecū. Et sederūt vsꝙ mane: ne obiurgarent fratrem illū. ¶ Senex quidam erat in egypto antecꝙ veniret illuc abbas pastor. Ille autem senex habebat noticiam hominum: ꝛ multum honorem. Cum ergo ascendisset abbas pastor de scithi cum suis dimiserunt homines senem illum: ꝛ venerunt ad abbatem pastorem. Ductus autem inuidia senex male loquebatur de eis. Hoc audiēs abbas pastor contristabatur: ꝛ dixit fratribus suis. Quid faciem⁹ de sene illo magno: quia nos in tribulationem miserunt homines derelinquentes senem: ꝛ ad nos qui nihil sumus attēdētes? Quomodo ergo possumus sanare eū? et dixit eis. Facite aliquid ad gustādum: ꝛ tollite vasculum vini: ꝛ eamus ad eum ꝛ simul gustemus: forsitan per hoc possumus sanare animum eius. Tulerūt ergo quos parauerant cibos: ꝛ perrexerunt ad eum: ꝛ dum pulsassent ostiū. Respondit discipulus eius dicens. Qui estis: ꝛ illi dixerūt. Dic abbati tuo: quia abbas pastor ē: ꝛ desiderat benedici per vos. Hoc autem nunciāte ei discipulo eius: ille mandauit dicens. Uade q: mihi non vacat. Illi aūt perseuerātes in caumate dixerūt nō discedemus nisi meruerimus benedictionem senis. Senex autem vidēs perseuerantiā eorū ꝛ humilitatem compunctus apperuit eis: ꝛ intrantes gustauerunt cum eo. Cum vero manducarent dixit senex. In veritate dico minus est quod audiui de vobis: centuplum enim ex qđ video in opere vestro. Factus est ergo eis amic⁹ ex illo die. ¶ Dixit abbas pastor. Conare secūdum virtutem tuam nulli omnino facere malum: ꝛ castum serua cor tuum cum omni homine. Iterꝫ dixit: non est aliquid maius in dilectōne: ꝙ vt animam suā ponat quis pro proximo suo. Et enim siquis audiens sermonem tristē cū posset ipse id facere: certet atꝙ sustineat: ꝛ nō cōtristet eum: vel etiā si lesus in reliqua patienter tulerit non retribuens cōtristanti atꝙ ledenti se eo modo huiusmodi homo animam suam ponit ꝓ ꝓximo suo. ¶ Cōtigit aliquādo abbatē pābo iter cū fratrib⁹ in partes egypti facere: ꝛ vidēs quosdā seculares sedētes dixit eis. Surgite ꝛ salutate: ꝛ osculamini monachos: vt benedicamini: frequenter enim cum deo loquuntur et sancta sunt ora eorum. ¶ Dicebant de abbate paphnucio: quia non cito bibebat vinum. Aliquando autem in itinere ambulās superuenit in conuentum latronum: et inuenit eos bibentes. Cognouit autem eum qui erat primus latronum: et sciebat quia non biberet vinum. Uidens ergo eum de multo labore impleuit calicem vini: ꝛ alia manu tenuit gladiū euaginatū: ꝛ dicit seni. Si non biberis occidā te. Senex vero sciens quia mandatū dei vult facere: ꝛ volens eum lucrari: accepit ꝛ bibit. Ille vero princeps latronum penitentiā apđ eū egit dicens. Ignosce mihi abba: quia contristaui te. Et dixit ei senex. Credo in deo meo quia per hunc calicem faciat misericordiā tecum: ꝛ in hoc seculo ꝛ in futuro. Et respondit latro. Et ego credo in deo: quia amodo non faciam alicui quicꝙ mali: ꝛ lucratus est senex omne collegium illorum lotronum: per id qđ se propter deum dimisit voluntati eorū. ¶ Dixit abbas Hipericius. Eripe proximum a peccatis quanta tibi est virtus sine improperio: quoniam deus conuertētes a peccatis non repellit a se. Uerbum autem malitie ꝛ nequitie non habitet in corde tuo aduersus fratrem tuum: vt possis digne orare: pater dimitte nobis debita nostra: sicut ꝛ nos dimittimus debitoribus nostris. ¶ Duo fratres erant in cellis: vn⁹ autem ex eis senex erat. Et rogabat eum qui erat iuuenis dicens. Maneamus simul frater Et ille dixit ei. Peccator sum et non possum manere tecum. Ille autem rursus rogabat eū dicens. Etiam possumus. Erat autem senex ille mundus: et nolebat audire: quia monachus haberet in cogitatu f rnicationem. Et dicit frater. Dimitte me vna hebdomada: et iterum loquamur. Uenit ergo postmo-

dum iuuenis ille ꝛ volens senez probare dice
bat. In magnā tentationem incurri hebdoma
da ista abba. Pergēs ei pro ministerio quodā
in vico incidi in mulierē. ꝛ dixit ei senex. est ti
bi penitentia. et dixit frater: etiam. Senex au
tem dixit. Ego tecū porto medietatem peccati
huius. Tunc dixit frater ille. Modo scio quia
possumus simul esse: ꝛ manserūt simul vsqꝫ ad
exitū suū. ¶ Dixit quidam patrū: si quis te pe
tierit rem aliquā ꝛ violenter prestiteris ei: sit
voluntas animi in id quod datur: sicut scriptū
est: qꝛ si quis te angariauerit vnū miliariū va
de cū ipo duo. hoc aūt est: vt si qs a te petierit
rem aliquam des ei ex animo ꝛ spiritu. ¶ Dice
bant de quodam fratre: qꝛ cū fecisset sportas
et imposuisset eis ansas: audiuit vicinū suum
alium monachum dicentem. Quid facio: quia
proximū est mercatū: ꝛ nō habeo ansas qs impo
nā sportellis meis. Ille vero resoluit ansas:
qs imposuerat sportellis suis: ꝛ attulit eas fra
tri illi vicino dicēs. Ecce istas ansas superfluas
habeo: tolle eas ꝛ impone sportis tuis. et fecit
opus fratris sui perficere ad quod opus erat: p
priū aūt opus relinquit imperfectū. Dicebant
de quodam sene in scithi: qꝛ egrotauit ꝛ voluit
manducare modicum panis recētis. Hoc aūt
audiens quidam exercitatorū fratrū: tulit me
lotem suā: ꝛ misit in eā panē siccum: ꝛ vadens
in egyptū mutuauit illa pro pane recenti et at
tulit seni. et cum vidissent fratres panes illos
recentes mirati sunt. Senex aūt nolebat gu
stare dicens. Quia sanguis fratris illius est. ꝛ
rogauerunt illū fratres dicentes. Propter do
minū comede ne vacuum sit sacrificiū fratris
istius. Atqꝫ itaqꝫ rogatus comedit. ¶ Frater
quidam interrogauit quendā senem dicens.
Duo sunt fratres ex quibus vnus quiescit in
cella sua protrahens ieiunium sex dierū ꝛ mul
tum sibi laborem imponens alter vero egrotā
tibus deseruierit. cuius opus magis acceptū
est deo. respondit ei senex. Si frater ille q̄ sex
diebus ieiuniū leuat appēdat se per nares nō
potest esse equalis illi qui infirmantibus de
seruit. ¶ Interrogauit quidam senem quēdā
dicēs quō sunt modo quidam laborantes i cō
uersatione ꝛ nō accipiunt gratiā sicut antiqui
Dixit ei senex. Quia tūc caritas erat ꝛ vnnus
quisqꝫ proximū suū trahebat sursum nunc autē
refrigescente caritate vnusquisqꝫ proximū suū
deorsum trahit: ꝛ ppterea gratiā nō meremur
accipere. Perrexerūt aliquando tres fratres
ad messes: ꝛ susceperunt certū spatium sexa
ginta modiorū: qd meterent. Unus aūt ex eis
ipsa prima die infirmari cepit. ꝛ reuersus ē ad
cellam suā. Duo aūt remanserunt: ꝛ dixit vnus
alteri. Ecce frater vides qꝛ incurrit egritudi
nē frater noster: ex toto que ergo tu aīo tuo pau
lulū: ꝛ ego meo similiter: ꝛ credimus in deo:
qꝛ per orationes fratris nostri implebim⁹ nos
duo opera ꝛ metam⁹ ptē ipsius. cū ergo expli
cassent messem toti⁹ loci quē susceperāt vene
rūt recipere mercedes suas ꝛ vocauerunt fra
trem illū dicētes. Ueni frater accipe laborem
tuū. Et ille dixit eis. Qualē mercedē accipiā
qꝛ non messui. ꝛ illi dixerunt ei. Orationibus
tuis consūmata est messis: veni ergo ꝛ accipe
mercedes tuas. Facta ergo plurima contētio
ne inter eos de hac re: illo scꝫ dicēte: non acci
piam: qꝛ nō laboraui: illis vero nō acquiescen
tibus nisi ꝛ ipse acciperet partē suā abierunt
ad iudicium cuiusdā magni senis: ꝛ dixit ei il
le frater. Perreximus tres vt meteremus in
agro cuiusdam viri ad mercedē. Cū autē ve
nissemus ad locum quē messuri eramus: ipsa
prima die in egritudinē cecidi ꝛ reuersus sū
in cellam meā: nec vna die metere cū eis pre
ualens: ꝛ nunc cogunt me fratres isti dicētes
veni accipe mercedes vbi nō laborasti. Dixe
runt autē ꝛ illi fratres. Reuera nos tres per
reximus metere. ꝛ suscepimus spatium sexa
ginta modiorū qd meteremus. ꝛ si fuissem⁹ to
ti tres cū grandi labore vix potuissem⁹ expli
care illud orōnib⁹ aūt fratris huius nos duo
velocius q̄ tres potuimus ꝛ demessuimus a
grum: ꝛ diximus ei veni: accipe mercedes tu
as: ꝛ nō vult. Hoc audiens senex miratus est.
et dixit vni de monachis suis. Percute signū
in cella fratrū vt cōgregent se huc omēs. Qui
cū venissent dixit eis: Uenite fratres ꝛ audi
te hodie iustū iudicium. et indicauit eis omīa
senex ꝛ adiudicauit fratri illi: vt accipet mer
cedes suas ꝛ faceret ex his mercedibus quod
ipse vellet. Et discessit frater ille contristatus
et plorans quasi preiudiciū passus. ¶ Dicebat
quidam senex qꝛ patres nostri consuetudinē
habuerunt venire ad cellas nouorū fratrū: qui
solitarij habitare volebant ꝛ cōuersari ꝛ visita
bant eos ne quis eorū temptatus a demonib⁹
lederetur a cogitatione sua. ꝛ si quando aliqs
eorū inueniebatur lesus adducebant eū ad ec
clesiam et ponebatur peluis cum aqua: ꝛ fie
bat pro eo oratio q̄ in tēptatōibus laborabat ꝛ
lauabant oēs fratres man⁹ suas in peluim ꝛ p
fundebatur aqua illa ille frater qui tētabat.

atq; ita statim purgabatur frater ille. ¶ Duo senes multis annis cõuersati sunt: ⁊ nunq̄ inter se litem habuerunt. Dixit autẽ vnus alteri Faciamus ⁊ nos vnaȝ litẽ: sicut hoĩes faciunt Et ille respondit fratri dicens: nescio qualiter fiat lis: ⁊ ille dixit ei. Ecce pono in medio laterculũ ⁊ ego dico meuȝ est hoc. tu autẽ dicis nõ. sȝ meũ est ⁊ ita fit litis initiũ. Posuerũt ḡ testã ĩ medio sui: ⁊ dixit vnꝰ eoꝝ. Meuȝ ẽ hoc et alter dixit. nõ: sed meum est. et ille respondit ei. Etiam tuũ est: tolle ⁊ vade: ⁊ discesserũt nec contendere inter se potuerunt. ¶ Frater aliquis interrogauit senem quẽdam dicens. Si video fratrem de quo audio aliquam culpã nõ possum suadere animo meo: vt introducam eũ in cellam meã: si aũt videro bonum fratrem ipsum libenter suscipio ⁊ dixit ei senex. Si facis bonũ bono fratri paruȝ boni facis illi: alteri duplum impende. Ipse est eñ qui infirmatur. ¶ Dixit quidam senex nunq̄ desideraui opus quod mihi vtile esset ⁊ fratri meo dispendium faceret hmõi habens spem: quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi ẽ ¶ Quidam frater erat minister cuiusdam fratris. Contigit autem q̄ vulnus fieret ĩ corpore senis ⁊ sanies multa et eo cum fetore ꝑflueret. Dicebat autẽ cogitatio sua fratri illi q̄ deseruiebat. Disce de hinc: quia nõ potes sustinere fetorem putredinis istius. Ille vero frater vt reprimeret huiusmodi cogitationem: tulit vas aque ⁊ lauabat vulnus senis illius: et recollegit ipsam aquam in vase: ⁊ quotiens sitiebat et ipsa bibebat. Cepit autẽ iterum cogitatio sua sollicitare eum dicens. Si non vis fugere vel non bibas fetorem hunc. Frater autẽ ille laborabat ⁊ toleranter ferebat bibens lauaturam vulneris illius. Et cum ita ministraret seni. Uidit deus laborem caritatis illius: illam lauaturam in aquam mundissimã vertit et senẽ inuisibili medicamẽto sanauit.

¶ Explicit liber de Caritate.

¶ Incipit liber de prudentia ⁊ cõtemplatiõe.

FRater quidaȝ abiit ad cellam abbatis Arsenij in scithi: et attendit per fenestram ⁊ vidit senex totum quasi ignem. Erat autem frater ille dignus qui talia intueretur. Et cũ pulsasset egressus est senex et vidit fratrem illuȝ stupentem. Et dixit illi est ne diu q̄ hic pulsas vidisti ne aliquid. et ille respondit ei. Non. et colloquens cum eo dimisit euȝ. ¶ Dixit abbas Daniel qui erat discipulus abbatis arsenij: q narrauerit ei abbas Arsenius tanq̄ de aliquo alio dicens: puto tamen q̄ de se dicebat. Quia cum sederet in cella sua quidam senuȝ vox venit ei: dicens. Ueni ⁊ ostendam tibi opera hominuȝ. Et surgens exijt: ⁊ duxit eum in quendam locum: ⁊ ostendit ei ethiopem incidentẽ ligna ⁊ facientem sarcinam grandem et temptabat portare eam ⁊ non poterat ⁊ ꝓ eo vt auferret sarcinam illam ibat iterum ⁊ incidebat ligna ⁊ addebat ad sarcinaȝ. Hoc autem faciebat diutius. Et procedens paululum ostendit ei hominem rursus stantem super lacum ⁊ implentem aquam et eo ⁊ effundentem in cysternam pertusam: que cysterna ipsam aquam iterum refundebat in lacum. Et dixit ei iteruȝ veni ostendam tibi aliud. Et ecce vidi tẽplum et duos viros sedentes in equis: ⁊ portantes lignum transuersum: vnus contra vnum: volebant autem per ianuam introire in templum et non poterant propter lignum illud quod in trãsuerso portabãt: et non inclinantes se vnus post vnum vt fieret illum lignum directuȝ remanserunt foris extra ianuam templi. Et cum interrogasset quid hoc esset. Ille respondit ei Hi sunt qui portant velut cum superbia iustitie iugum: ⁊ nõ humiliati sunt: vt corrigerent se et humiliter ambularent in via xp̄i: propter quod et remanẽt foris a regno dei. Ille autẽ qui ligna incidit homo in peccatis multis: ⁊ pro eo vt agat penitentiam et subtrahat se de peccatis suis alias iniquitates adhibet super iniquitates suas. Qui autem aquaȝ implet homo est qui opera quidem bona facit: sȝ habet in eis etiam ⁊ mala permixta: per hoc perdit et bona opera sua. Quapropter conuenit oẽm hominem sobrium esse in considerandis operibus suis ne in vanum videatur sustinere labores. ¶ Narrauit iterum abbas Daniel dicẽs Dixit pater noster Arsenius de quodam sene in scithi qui erat magnus in hac vita simplex autem in fide: ⁊ errauit pro eo q̄ erat ydiota: et dicebat nõ esse naturaliter corpꝰ christi panem consecratum quem sumimus: sed figurã eius esse. hoc audientes duo senes q̄ diceret hunc sermonem: ⁊ scientes: quia magna esset vita eius ⁊ conuersatio cogitauerunt: quia innocenter ⁊ simpliciter diceret hoc: venerunt ad eum ⁊ dicunt ei: Abba audiuimus sermonem cuiusdam infidelis qui dicit: quia panis quem sumimus non naturaliter corpus christi est: sed figura eius. Senex autem ait eis: ego sum qui hoc dixi. Illi autem rogabant eũ

dicentes. Non sic teneas abba: sed sicut eccle
sia catholica tradidit: nos autem credimus:
quia panis ipse corpus Christi est: calix ipse
sanguis xpi secundum veritatem: et non secun
dum figuram sed sicut in principio puluerem
de terra accipiens plasmauit hominē ad ima-
ginem suam et nemo potest dicere: quia non
erat imago dei: quāuis de terra et puluere sit:
ita et panis quem dixit quia corpus meum est
credimus quia secundū veritatem corp⁹ chri
sti est. Senex autem ait eis. Nisi rē ipsam co-
gnouero: non mihi satisfaciat ratio vestra. Il
li autem dixerunt ei deprecemur deum hebdo
mada hac de mysterio hoc et credimus: q: de⁹
reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio su
scepit sermonem istum et deprecabatur deum
dicens. Domine tu cognoscis: quoniam non
per malitiā incredulus sum rei huius s: per
ignorantiam errem: reuela ergo mihi domine
Jesu christe quod verum est. Sed et illi senes
abeuntes in cellas suas rogabant: et ipsi deū di
centes. Domine iesu christe reuela seni my-
sterium hoc vt credat et non perdat laborē su
um. Exaudiuit autem dominus vtrosq;: et heb
domada completa venerunt dominica die in
ecclesiam et sederunt ipsi tres soli super sedi-
le de scirpo: quod in modum falcis erat ligatū
medium autem sedebat senex ille. Aperti sūt
autem intellectuales oculi eorum: et quādo sūt
positi panes in altare videbatur illis tātmodo
tribus tanq̄ puerulus iacens super altare: et
cum extendisset presbyter manus vt frange-
ret panem descendit angelus de celo habens
cultrum in manu et sacrificauit puerulum istū
sanguinem vero eius excipiebat in calicem.
Cum autem frangeret presbyter in paruis p-
tibus panē: etiam angelus incidebat membra
pueri in modicas partes. Cū autē accessisset
senex vt acciperet sanctam cōmunionem data
est ipsi soli caro sanguine cruentata. Quod
cū vidisset pertimuit et clamauit dicēs. Credo do
mine quia panis qui in altari ponitur corpus
tuū est: et calix sāguis tuus est. Et statim facta
est illa caro in manu eius panis secundū my
sterium: et sumpsit illud in ore agens gratias
domino deo. Dixerunt autem ei senes: deus
scit humanam naturam: quia non potest vesci
carnibus crudis: et propterea transformauit
corpus suum in panem: et sanguinem in vi-
num. his qui illud fideliter suscipiunt. et ege
runt gratias deo de sene illo: quia non permi
sit deus perire labores eius: et reuersi sunt ad

cellas suas cum gaudio. ¶ Iterum ipse ab-
bas Daniel narrauit de alio magno sene qui
habitauit in inferioribus partibus egypti: q:
diceret per simplicitatem: q̄ Melchisedech
ipse filius dei. Hoc autem indicatum est san-
cte memorie Cirillo archiepiscopo Alexandri
no de eo et misit ad eum. Sciens autem: quia
signifer esset ipse senex: et quicquid peteret
a deo reuelaretur ei: et quia simpliciter diceret
hoc verbum: vsus est huiusmodi ratiōe dicēs.
Abba rogo te: quia in cogitatione mea est q̄
Melchisedech ipe sit filius dei. et rursus alia
cogitatio mea dicit quia Melchisedech non
sit deus sed homo sit: et summus sacerdos dei
non fuerit. Quoniam ergo hesito de hoc ideir
co misi ad te vt deprecceris deum: quatenus ti
bi reuelare dignet̄ de hoc q̄d veritas hēat. Se
nex autem de cōuersatione sua presumens cū
fiducia dixit. Da mihi tres dies inducias et e-
go deprecor deum de hac re et renuncio tibi
quod mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans
ergo in cellam suam: deprecabatur deum de
verbo hoc: et veniens post tres dies dixit san
cte memorie Cirillo episcopo. Homo est Mel
chisedech. Archiepiscopus respōdit ei. Quo
modo constat apud te abba? Et ille dixit ei.
Deus ostendit mihi omnes patriarchas ita vt
singuli eorum coram me transirent ab Adam
vsq; ad Melchisedeh. Et angelus mihi assi-
stens dixit. Ecce iste est Melchisedech. et ideo
archiepiscopus certus esto: quia sic est. abiēs
autem senex per semetipsum predicabat quia
homo esset Melchisedech: et gauisus est ma
gnifice sancte memorie Cirillus episcopus.
¶ Puer erat adhuc sancte Memorie effren:
et vidit somnium siue reuelationem: quia na-
ta sit vitis in lingua eius: et creuit et imple-
uit totam terram fructifera nimis: et quia ve-
nirent omnia volatilia celi: et comederunt de
fructu vitis illius. Quantum autem mandu-
cabant: eo amplius implebatur fructu. ¶ Ite-
rum vidit quidam sanctorum in somnis ordi-
nem angelicum descendentem de celo secun-
dum preceptum dei habentem in manu librū
hoc ē thomū scriptū intus et foris. Dicebāt
autem adinuicem. Cui debet committi hoc.
Quidam dicebant illi: alij autem dicebant de
alio. Responderunt autem et dixerunt: vere
vtriq; quidē sancti sūt et iusti quos dicitis ve
rūtamē hoc eis cōmitti non pōt. Multa etiā
alia noīa sanctorum dicētes. Postea dixerunt
q: nemini pōt hoc alteri cōmitti nisi effren. et

vidit senex ille cui hoc in somnis apparuit: quia effren dederunt thomum illum. Mane autem surgens audiuit effren docentem et velut fontem ebullientem de ore ipsius: et cognouit senex qui somnium viderat quia spiritus sancti est operatio quod egrediebatur de labijs effrem. ¶ Dicebant de abbate Zenone: quia cum moraretur in scithi exijt nocte de cella sua velut ad paludem et cum errasset fecit tres dies et tres noctes ambulans et laborans: et cum defecisset cecidit semianimus. Et ecce puerulus stetit ante eum habens panem et surrisculam aque et dicebat ei. Surge manduca. Ille autem surgens orauit extimans quia fantasma esset. Puer autem respondens dixit ei. Bene fecisti. Surgens ergo accepit et manducauit et post hoc dixit ei Quantum ambulasti tantum longe es a cella tua sed surgens sequere me. et statim inuentus est in cella sua. Dixit ergo ei senex: veni intra et da nobis orationem. Et cum intrasset senex: ille subito non comparuit. ¶ Dicebat abbas Joannes: quia vidit quidam senum in excessu mentis tres monachos stantes trans mare et facta est vox ad eos ex alia parte littoris dicens. Accipite alas igneas: et venite ad me. Et duo quidem ex eis acceperunt alas: et volauerunt ad aliud littus: vnde facta est vox. Tertius vero remansit et flebat fortiter et clamabat. Postea vero date sunt et ipsi ale non ignee: sed infirme et debiles ita vt cum omni labore mergendo et surgendo nimis afflictus veniret illuc. Sic est et generatio hec. Que si accipit pennas non tamen igneas: sed vix infirmas et debiles potest accipere. ¶ Abbas macharius habitabat in loco nimis deserto. Erat autem solus in eo solitarius in inferiori vero parte erat alia solitudo in qua habitabant fratres plurimi. Obseruabat autem senex ad iter: et vidit sathanam venientem in habitu hominis: vt pertransiret per cellam eius. Uidebatur autem quasi tunica eum vti linea: omnino vetusta et tota cribrata: et per omnia foramina eius pendebant ampulle. Et dixit ei senior. Ohe maior vbi vadis? Et ille respondit. Uado commouere fratres. Senex autem dixit ei. Ad quid tibi ampulle iste. Et dixit. Gustum fratribus porto. Et dixit ei senex. Et omnes ad gustandum totas ampullas cum gustu portas. Et respondit: etiam. Et si vnum alicui non placet offeram illud. Si autem nec illud dabo tertium: et sic per ordinem omnibus oblatis: fieri non potest nisi vel vnum placeat ex eis. Et cum hec dixisset: transijt. Et obseruabat senex custodiens vias: donec ille iterum remearet: et cum vidisset eum: dixit ei. Sanus sis. Et respondit ei. Unde mihi salus? et dixit ei senex. Quare? Respondit. Quia modo omnes sanctificati sunt: et nemo mihi acquiescit. Et dixit ei senex. Neminem ergo amicum habes ex illis? Et ille respondit. Unum tantummodo fratrem habeo ibi: et ipse mihi solus acquiescit: et quando videt me conuertitur ad me velut ventus. Senex vero dixit ei. Et quis vocatur frater ille? Respondit. Theoctiscus. Et cum hec dixisset pertransijt. Surgens autem abbas Macharius perrexit ad inferiorem heremum. Quod cum audissent fratres acceperunt ramos palmarum et occurrerunt ei obuiam: et singuli eorum parabant cellas suas: incerti ad quem declinaret. Senex autem inquirebat quis inter eos. Theoctiscus vocaretur in loco illo. Et inueniens eum intrauit in cellam eius. Theoctiscus ergo suscepit eum gaudens. Cum ergo cepissent secrete loqui: dicit ei senex. Quomodo est circa te frater? Et respondit orationibus tuis bene. et dixit senex. Ne impugnant te cogitationes. et ille respondit: interdum bene sum. erubescant enim dicere ei. et dixit ei senex. ecce quot annos habeo in conuersatione loci istius: et omnes honorant me: et tamen in hac senectute infestus est mihi spiritus fornicationis. et respondit Theoctiscus: dicens. Crede abba et mihi. Senex autem simulabat alias quoque cogitationes sibi esse molestas: donec faceret illum confiteri. Deinde dixit ei. Quomodo ieiunas? et ille dixit ad nonam. Dixit ei senex. Jeiuna vsque sero et abstine: et commenda euangelia: vt memoriter retineas ea: sed et alias residuas et animo meditare scripturas: et si tibi ascenderit cogitatio mala: nunquam deorsum aspicias: sed semper sursum: et statim te dominus adiuuabit. et senex corrigens fratrem illum: reuersus est in solitudinem suam: et cum iter obseruaret vidit iterum demonem illum: et dixit ei. Ubi vadis iterum? et ille respondit commouere fratres: et abijt. Dum autem reuerteretur: dixit ei senex. Quomodo sunt fratres illi? et ille respondit. Male. Senex autem dixit. Quare? et ille respondit. Quia omnes sancti sunt: et maius malum: quia et vnum quem habui amicum obedientem mihi etiam ipse nescio vnde subuersus est: et nec ipse acquiescit mihi: sed omnibus sanctior factus est: et propterea iuraui iam non ambulare ad illum: nisi post

multum tempus hec dicens transijt relinquēs senem. Senex vero intrauit in cellam suā adorans ꝛ gratias agens deo. ¶ Abbas machari⁹ volens cōsolari fratres dicebat. Uenit huc aliquādo cum matre sua puer qui a demonio vexabatur. ꝛ dicebat matri sue. Surge eam⁹ hīc Illa autem dicebat. Non possum pedibus ambulare fili. ꝛ dicebat ei filius eius. Ego te porto. Et admiratus sum astuciam demonum quomodo eos exinde fugare volebat. ¶ Dicebat iterum de consolatione scithi ad fratres. Quādo videritis cellam edificatam iuxta paludes scitote: quia prope est desolatio scithi. Quādo autem videritis arbores: iam ante ianuaꝫ est. Quādo vero videritis pueros tollite melotes vestras et abite. ¶ Abbas Moyses qui habitabat in petra: impugnatus est aliquādo a fornicatione: ꝛ cum non preualueret tenere se in cella: perrexit ꝛ indicauit hoc abbati Isidoro. Et rogauit eum senex: vt reuerteretur in cellā suam. Ille autem non acquieuit dicens. Non possum abba. Et sumpsit eū: ꝛ leuauit euꝫ secū in domum: ꝛ dixit ei. Attende ad occasum: et attendens vidit multitudinem demonum: ꝛ hi confusi erant ꝛ turbantes se ad pugnandum. Dicit ei iterum abbas Isidorus. Respice ad orienteꝫ: ꝛ attendit: ꝛ vidit innumerabilē multitudinem angelorum in gloria. Dixit autem abbas Isidorus. Ecce isti sunt qui missi sunt ad auxiliandum sanctis. Qui vero ad occasuꝫ ascendunt. Hi sunt qui impugnant nos. Plures ergo sunt qui nobiscum sunt q̄ qui aduersum nos sunt. ꝛ ita agens gratias deo. Abbas Moyses sumpsit fiduciā: ꝛ reuersus est in cellam suam. ¶ Dixit abbas moyses in scithi. Si custodierimus mandata patrum nostrorum: ego presumens de deo: spondeo vobis. q: barbari huc non venient. Si autem non custodierimus: desolandus est locus ille. ¶ Sedentibus aliquando fratribus apud eundem abbatem moysen dixit eis. Ecce barbari hodie in scithi venient: sed surgite ꝛ fugite. Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater? Ille autem dixit eis. Ego per tot annos expecto diem istum: vt impleatur sermo domini mei iesu christi dicētis. Omnes qui accipiunt gladium: gladio peribunt. Alij autem dixerunt ei. Neqꝫ nos fugiemus: sed tecū moriemur: ꝛ dixit eis. ego causam nō habeo vnusquisqꝫ vestrum videat: quomodo stet. Erant autem septem fratres cum eo: ꝛ dixit eis. Ecce barbari appropinquant ianue: ꝛ stantim barbari intrantes occiderūt eos

Unus autē ex eis timore carnali perterritus fugit et abscondit se post plectas de palma: et septem coronas vidit descendentes ꝛ coronantes abbatem Moysen: ꝛ sex fratres qui cū eo fuerant interfecti. ¶ Dicebant de abbate siluano quia voluit aliquando pergere in Syriam: ꝛ dixit ei discipulus suus Marcus. Pater noli exire hinc: sed neqꝫ ego te dimitto abire. Expecta ergo hic alios tres dies: et cum expectaret abbas tertia die dormiuit in pace. Marc⁹ discipulus eius. ¶ Dicebat abbas Johannes qui exiliatus est a marciano: quia venimus aliquando de syna ad abbatem pastoreꝫ ꝛ volebamus eum interrogare de duritia cordis. Senex autem grece nesciebat: neqꝫ interpres inueniebatur. Uidens autem nos senex tribulatos: cepit greca lingua loqui dicens. Natura aque mollis est: lapidis autem dura. Et si vas aqua plena pendeat supra lapidem: et quo assiduc stillus gutta cadat in lapidem: perforat eum: ita et sermo diuinus lenis est: cor autem nostrum durum. Audiens ergo homo frequēter diuinum sermoneꝫ aperitur cor eius ad timendum deuꝫ. ¶ Dixit abbas pastor. Scriptū est: quemadmoduꝫ desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te deus. Sicut ergo cerui in solitudine serpētes plurimos glutiunt: et cum veneno eorū accensi fuerint ad aquas peruenire desiderāt: ita ꝛ monachi in solitudinibus habitantes: accenduntur demonum malignoꝝ veneno: ꝛ propterea desiderant sabbato dominica die venire ad fontes aquarum: hoc est ad corpus et sanguinē domini nostri iesu xpi: vt purgentur ab omni amaritudine demonū malignorū. Interrogauit aliquis frater abbatem pastorem dicens. Quid ē quod scriptū est: non reddas malum pro malo Dixit ei abbas pastor. hec passio quattuor modos habet. Primum de corde. Secundū de aspectu. tertium de lingua: quartum non reddere malum, p malo. Si enim potueris pugnare cor non venit aspectum: custodi etiaꝫ ne loquaris. Si autē ꝛ locutus fueris: cito corripe: ne facies malum pro malo. Narrauit sanctus basillius episcopus dicens fuit in quoddam monasterio feminarum quedam virgo que stultā se esse ac demōem habere simulabat: que adeo ab omībus alijs horrori habebatur: vt nec cibum quidem cum ea caperent. talem quidem elegerat vitam vt a coquina nunq̄ recedēs totius illic monasterij officium impleret. ꝛ erat secundum vulgare prouerbiuꝫ vniuerse dom⁹

spongia impletum a se rebus probās quod in sanctis libris scriptū legimus. Si quis inqt ex vobis putat se sapiētē esse in hoc mūdo fiat stultus vt sapiens fiat. Nec igitur inuolutum pānis habebat caput: ita q̈ oibus eruiebat: cetere autē virgines tonse cucullis cooperiūt. Nulla aliquando potuit hanc de quadringentis virginibus videre aliquando manducantē nunq̈ p omne euum suū sedit ad mensam. A nulla vel modicā partē panis accepit: sed micas tantū detergens mensaruz: τ ablués ollas his solis alimonijs contenta viuebat. nulli vnq̈ fecit iniuriam: nulla personaꝶ ipsius murmur audiuit: nulli aut parū aut satis vnq̈ locuta est. τ certe cum ab omnibus cederetur: cum omniuz viueret odio: maledicta omniuz sustineret. Sancto piterio pbatissimo viro semperq̈ in deserto viuenti astitit angelus domini: quadā die sedenti in loco qui dicitur porphirite: affatusq̈ est eum his verbis. Cur inquit grande aliquid te esse credis vt sanctus: et in hmōi degens loco. Uis videre mulierez sanctiorem te: vade ad tabenensiotarum mōasterium feminarū τ vnam ex eis illic inuenies in capite habentem coronam: ipsamq̈ cognosce te esse meliorem. Que dum contra populū tantū sola dieb⁹ ac noctibus pugnat: cor ipi⁹ a deo nunq̈ recessit. Tu autem in vno loco residens: neq̈ quoq̈ aliquando pgrediens per omnes vrbes animo τ cogitatione vagaris. Statimq̈ ad predictum monasteriuz venit: τ magistros fratrum rogauit vt introducerent eum ad habitaculum feminarum. Quem mox illi: et vita gloriosum τ etate prouectioris videntes cū fiducia magna introduci fecerūt. Ingress⁹ aūt desiderauit oēs sorores īspicere: inter q̄s solam illā: propter quā venerat. nō videbat. Ait aūt ad postremū. Oēs inqt mihi adducite: deesse em̄ mihi videt̄ aliqua et vobis. Dicunt ad eum. Unam adhuc stultaz habem⁹ intrinsecus in coquina. Sic em̄ eas que a demone vexerantur appellant. at ille. Exhibete inquit ipsaz ad me: vt eam videam. Quo audito sup̄ra memoratā vacare ceperunt. Que cū nollet audire sentiens. vt credo aliquid: aut forsitassis hocipsum diuina reuelatiōe cognoscēs dicunt ei. Sanctus piterius desiderat videre te. Erat enim vir magnus fama τ nomine. Cūq̈ ad eū fuisset adhibita: vidissetq̈ panno frōtem ipsius inuolutam proiecit se ad pedes ei⁹ dicēs. Benedic me inquit. Que similiter ad ipsius pedes se proiecit dicēs. Tu benedic me domine. Omnes aūt sorores obstupuerunt simul dicentes. Noli abba talem iniuriam sustinere: fatua est em̄ ista quam cernis. Tunc sanctus piterius ipsis oibus ait. Uos iqt estis fatue. nam hec vestra τ mea non est. Sic em̄ vocant illi feminas spirituales. Et deprecor deum ait: vt dignus ipsa in die iudicij merear inueniri. Quo audito oēs simul ad pedes ipsius prociderunt singule se peccasse in eam varijs modis confitentes verbigratia. Alia enim abluens sordes catbini: supra eam se fudisse dicebat. alia vero colaphis eam a se verberatam sepe memorabat. Alia nares ipsius synape impletas a se esse deflebat. Cetere quoq̈ diuersas referebant se ei iniurias irrogasse: p quibus omnibus sanctus ille fusis deo precibus egressus est. Post paucos aūt dies illa non ferens tantam gloriam tantoq̈ se nolens honore sororum cumulari: grauariq̈ se credens excusationibus singulorum egressa de monasterio illo occulte: quo ierit in quem se miserit locuz vel quo fine defecerit ad nullius potuit noticiam puenire. ¶ Beate memorie Paul⁹ simplex discipulus abbatis antonij narrauit patribus talem rem. Quia aliquando veniens in monasterium visitandi gratia: τ p fratrum instructione post consuetam adinuicem consolationem intrauerit ecclesiam dei: missas more solito celebrare. Beatus ergo Paulus intuebatur ad vnumquemq̈ introeuntium in ecclesiam quali animo intraret. Habebat emiz τ hanc gratiam datam sibi a deo: vt videret vnūquemq̈ cuius animi esset sicut nos facies nostras videmus adinuicem. Ingredientib⁹ ergo omnibus clara facie τ splendido vultu: sed τ vniuscuiusq̈ angelo gaudente: vnum vidit nigrum et obscurum corpore toto: τ demones ex vtraq̈ parte tenentes τ trahentes euz ad se ipsos et capistrum in nares eius mittens sanctuz vero angelum eius de longe lugubrez tristemq̈ sequentem. Paulus vero lachrimans et manu frequenter pectus tundens: sedebat ante ecclesiam: plorans eum valde qui ei talis apparuerat. Qui autem videbant quod faciebat et tā subitā eius mutationē ad lachrymas et ad luctū: interrogabant rogātes eum quid videret: timētes ne quid in reprehensione omniuz vidisset pro quo hoc faceret. Postulabāt etiā vt ad missas intraret cum eis. Paul⁹ aūt repellens eos τ negans se ingressurum sedebat foras ianuam tacens et plorans nimis eū qui ei taliter apparuerat. Post paululum aūt

dimisso ecclesie conuentu: iterum intendebat
singulos exeuntes. vt quorũ introitũ agnoue-
rat sciret quales exirent. Et ecce vidit illũ vi-
rum nigrum ⁊ obscurum toto corpore prius:
exeuntem ab ecclesia: clarum quidẽ vultu: cã
didum vero corpore: demones aũt qui ante eũ
tenebant: postea de longe sequentes sanctũ ve
ro angelum iuxta ipsum ambulantem letum et
promptum ⁊ gaudentem super eũ valde. Pau
lus vero exiliens cum gaudio clamabat bene
dicens deũ et dicens. O ineffabilis dei miseri
cordia ⁊ benignitas. O diuine miserationis ei⁹
⁊ innumerabilis bonitas. Currens aũt ⁊ ascẽ
dens super altum gradum: magna voce dice-
bat. Venite ⁊ videte opera domini ꝙ̄ terribi-
lia sunt ⁊ omni stupore digna. Venite ⁊ vide-
te eum qui vult omnes homines saluare: ⁊ ad
agnitionem veritatis venire. Venite adore-
mus ⁊ ꝓcidamus ante eum: vt dicamus q: tu
solus potens es peccata dimittere. Ad hãc vo
cem eius oẽs solliciti currerunt cupiẽtes au
dire que dicebat. ⁊ conuenientibus oĩbus refe
rebat paulus que vidisset anteꝙ̄ eccl'iaꝫ intra
rent et que postea: ⁊ interrogabat virum illuꝫ
vt diceret ei causam: pro qua ei tantam subito
immutationem de⁹ donauerit. Homo ergo il
le conuictus a paulo coram omnibus qui circa
ipsum erant aperte narrauit dicens. Ego ho-
mo peccator sum ⁊ multo tempore in fornica-
tione vixi vsqꝫ nunc ingressus autem modo ec
clesiam dei audiui vocem esaye ꝓphete cuꝫ le
geretur: magis autẽ vocem dei loquẽtis in eo
vbi dicit lauamini mundi estote: auferte malũ
de animabus vestris coram oculis meis: disci
te bene facere ⁊ si fuerint peccata vestra tanꝙ̄
fenicium velut nix dealbabuntur: ⁊ si volueri
tis ⁊ audieritis me bona terre manducabitis.
Ego inquam fornicator in hoc sermone com-
punctus sum nimis ⁊ ingemiscens intra con-
scientiam meam: dixi ad deum. Tu deus q̇ ve-
nisti in mundum peccatores saluos facere: et
qui hec que modo lecta sunt per prophetaꝫ ꝓ
misisti comple effectu ⁊ opere etiam in me in
digno peccatore. ecce enim amodo ꝓmitto ti-
bi: ⁊ spondeo sermone et confiteor corde quia
ab hodie iam non ero fornicator: sed abrenun
cio sordibus seculi: et seruio tibi ammodo ĩ cõ
scientia munda: hodie ergo domine et in hora
hac suscipe me penitentem et interpellanteꝫ
te ⁊ renuentem omne peccatum. In his igit̃
promissionibus ait egressus sũ de ecclesia sta
tuens in aĩo meo nihil vltra agere mali coraꝫ
oculis domini. Quod cũ audissent omnes: cla
mauerunt vna voce ad dominũ dicẽtes: ꝙ̄ ma
gnificata sunt opera tua domine oĩa in sapien
tia fecisti. Quapropter cognoscentes hoc ⁊ xpi
ani de sanctis scripturis et diuinis reuelatio-
nibus ꝙ̄tam deus habeat bonitateꝫ circa eos
qui ad eum deuote confugiunt ⁊ per peniten-
tiã emundant priora delicta: ꝙ̄ non soluꝫ non
coguntur penas exoluere pro peccatis antea
commissis verumetiã consequi bõa promissa.
Non ergo desperemus de nostra salute: quia
sicut per esaiam ꝓphetam promisit dominus:
eos qui peccatis inuoluti sunt lauari: et sicut
lanam albam ⁊ niuẽ dealbari: ⁊ bonoꝝ celestiũ
que in ciuitate celestis hierusalem sunt: reple
ri: ita ⁊ nũc iteruꝫ per sanctum ezechielem ꝓ-
phetam iureiurãdo ꝓmisit dicens. Viuo ego
inq̇t dicit dñs: q: nolo mortẽ peccatoris: sꝫ ma
gis vt conuertatur ⁊ viuat.

¶ Hucusqꝫ de greco in latinum transtulit pe-
lagius dyaconus romane ecclesie: et ab hic de
orsum Joannes eiusdem ecclesie subdiacon⁹.

ABiit aliquando zacha
rias ad abbatẽ suũ Siluanũ et inue-
nit eum in excessu mentis: ⁊ erant
manus eius extense in celum: et cũ
vidisset ista clausit ostium et exijt. Et intrans
circa horam sextam atqꝫ nonam inuenit eũ eo
dem modo. Circa decimam vero horam pulsa
uit ⁊ ingressus inuenit eum quiescentem. ⁊ di
cit ei. Quid habuisti hodie pater. Qui dicit
ei. Infirmatus sum hodie fili mi. Ille vero te
nens pedes eius dicebat. Non te dimittaꝫ: ni
si mihi indicaueris quod vidisti. Respõdit ei
senex. Ego in celum raptus fui: ⁊ vidi gloriaꝫ
dei: ⁊ illic steti vsqꝫ modo: ⁊ nunc dimissus suꝫ
¶ Dixit sancta Sincletice. Efficiamur prudẽ
tes sicut serpentes ⁊ simplices sicut columbe:
vt astute intelligamus laqueos dyaboli. Nam
prudentes sicut serpentes dictum est: vt non
ignoremus impetus dyaboli: ⁊ artes eius.
Etenim simile aliquid et alio simili scelere su
peratur. nam et simplicitas columbe demon-
strat puritatem actionis. ¶ Dicebat quidã pa-
trum. Quia dum sederent aliquando seniores
et loquerentur de bonis edificationibus erat
inter eos vnus preuidens ⁊ vidit angelos ma
nus agitantes et laudantes deum vt autẽ ve
nisset locutio secularis discedebant angeli: ⁊
volutabantur porci in medio eorum pleni fe-
toribus et polluebant eos. Cum auteꝫ rursus
loquerentur de edificatione venientes iterum

angeli laudabant deum. ¶ Dixit quidā senex
Hoc est quod scriptū est: super duobus et tri-
bus peccatis tyri auertam me: super quattuor
aūt non auertam videlicet cogitare malum et
consentire cogitatui ⁊ locutioni quartum ve-
ro est perficere opus. In hoc ergo non auer-
titur ira dei. ¶ Dicebant de quodam sene ma-
gno in scithi: q2 quotienscūq3 edificabat cellu
lam egrediebatur cum gaudio: ⁊ ponēs fūda-
mentū nō discedebat donec cōsummaret. Ali
quando ergo exiēs ad fabricandā cellā contri
stabatur valde: ⁊ dicūt ei fratres. quare tristis
ac mestus es abba? Qui dixit eis. Desolādus
est locus iste filij. Ego enim vidi quoniā ignis
accensus est in scithi: ⁊ accipiētes fratres pal
mas cedentes extinxerunt eum: ⁊ iterū accen
sus est: ⁊ accipiētes rursus fratres palmas ce
dentes extinxerunt eum. Tertio accensus est
et repleuit totā scithim: ⁊ iā nō potuit extin-
gui: ideoq3 ergo contristor ac mestus sum. Di
xit quidam senex: scriptū est: iustus vt palma
florabit. Significat aūt hic sermo bonoꝝ actu
um altū ⁊ rectū ad dulcem fructū. Est vero in
palma vnū incardiū: ⁊ ipsum candidū: om
nem habens operationem in se simile autē ⁊
super iusto reperitur. Unum em̄ ei ⁊ simplex
est cor: ad deum tantummodo respiciens. Est
autem ⁊ album: habens illuminationem fidei
et omnis operatio iusti in corde ipsius est. nā
et acumen stimulorum eius aduersus dyabo-
lum est propugnaculum. ¶ Dixit aliquando al
ter senex Sunamitis Heliseū suscepit. eo ꝙ
non haberet affectum cū aliquo hoīe. Dicitur
sunamitis personā aīe habere. Heliseus vero
personā sancti spūs designare. Quacūq3 ergo
hora recedit anima a seculari cōuersatione et
perturbatione aduenit ei spirit⁹ dei: et tūc po
terit parere cū sit sterilis. ¶ Alius quidā fra
trum dixit. Q2 oculi porci naturale habēt fig-
mentū ita vt necessitate semper intendant in
terram: nec aliqn̄ possunt respicere ad celum.
Sic ergo ⁊ aīa eius qui in dulcedine volupta
tum delectatur semel delapsa in luxurie cenū
difficile potest respicere ad deum: aut sapere
aliquid dignū deo. ¶ Fuit quidam magn⁹ in
ter preuidentes: hec affirmabat dicens: q2 vir
tutē quam vidi stantē super baptisma: eandē
etiam vidi super vestimentum monachi: quan
do accepit habitū rɫ̄ualē. ¶ Cuidā seni data ē
gratia videndi que fiebant: ⁊ dicebat. Q2 vidi
in cenobio aliquando meditantem fratrem in
cella ⁊ ecce demon veniēs stabat foris cellam
et dū frater ille meditaret̄ non preualebat in-
gredi: cū aūt cessabat meditando: tunc demō
ingrediebat̄ cellā. ¶ Dicebant de quodā se-
ne: q2 deprecatus est deū vt videret demones
et reuelatū est ei: Nō opus habes videre eos.
Senex aūt rogabat dicēs: q2 dn̄e potes me p-
tegere gratia tua. Post hec dn̄s reuelauit ocu
lis eius et vidit eos: q2 tanꝗ apes sic circun-
dant homines stridentes dētibus suis: ange-
li vero dei increpabāt illos. ¶ Dixit quidā se
nex: quia duo fratres erant ei vicini: vnus pe
regrinus: et ali⁹ inchoris. Erat autē peregri-
nus ille modicū negligentior: ille vero incho
ris studiosus valde. Contigit autē vt dormi-
ret ille peregrinus in pace. At ille senex vici-
nus eorū cū esset preuidens vidit multitudi-
nem angelorū deducentiū animā eius: ⁊ cum
perueniret ad celū vt intraret: facta est q̄stio
de illo: et venit vox desup dicens. Manifestū
est: quia modicū negligentior fuit peregrin⁹:
sed propter peregrinationē eius aperite ei.
Et post hec dormiuit ⁊ ille inchoris: ⁊ venit
omnis cognatio eius ad eū. Cernens vero se
nex ille nō venire angelos ad deducendū ani-
mam eius miratus est: ⁊ cadens in faciē suā
in conspectu dei dixit. Quomō peregrin⁹ ille
cū negligentior fuerit talē gloriam habuit: et
hic cū studiosus esset nihil hmōi meruit? Et
venit vox ei dicens. Hic studiosus cū venit vt
dormiret aperuit oculos suos ⁊ vidit parētes
suos flentes ⁊ consolata est anima eius. Pere
grinus vero ille licet negligētior fuerit: tamē
nullum suorum vidit: ⁊ ingemiscens fleuit et
deus consolatus est eū. ¶ Narrauit alter patr
quidā. Quia erat aliquis solitari⁹ in heremo
Nylopoleos: et ministrabat ei quidā secula-
ris: sed fidelis. Erat autē in eadē ciuitate ho-
mo qui erat diues ⁊ impius. Contigit ergo vt
moreretur ille diues et deducebat eū tota ci-
uitas simul: et episcop⁹ cū lampadibus. Egres
sus autem et ille qui ministrabat illi solitario
scd̄m consuetudinē portans ei panes: ⁊ inue-
nit quia comederet eū balua. et cecidit in faci
em suā in conspectu domini dicens. Non sur
gam hinc donec demonstretur mihi a deo
que sint hec. Quia ille quidem impius ta-
lem apparatū habuit in deducendo: hic vero
qui seruiuit deo die noctuq3 ista pertulit. Et
ecce angelus domini veniens dixit ei: Ille
impius habuit paruum bonum in hoc seculo
et recepit illud hic: vt illic nullam requi-
em inueniat: iste autem solitarius qui bo-

mo erat ornatus ad oēm virtutem habebat vero et ipe vt homo modicum aliquid culpe: et recepit hic illud: vt ibi inueniat purus coram deo. Et ita consolatus in his verbis abijt: glorificans deuz super iudicia eius: quia vera sūt ¶ Sancti patres de scithi prophetauerunt de vltima generatione dicētes. Quid operati sumus nos? Et respondens vnus ex illis vir magne vite nomine syrion dixit. Nos mandata dei custodimus. At illi responderunt dicētes. Hi vero qui fuerint post nos quid erunt facturi? Qui dixit eis. Dimidium operis nostri opaturi sunt. Et dixerunt ei. Hi autem qui post ipsos fuerint quid facient. Qui rn̄dit. Omnino non habebit operationē generatio illa: ventura sunt aūt illis tētationes: et qui reperti fuerint probati in tempore illo meliores q̄ nos et patres nostri erunt. ¶ Narrauit quidam senex dicēs: quia erat quedam virgo prouecta etate: valdeq̄ profecerat in timore dei: et interrogata ē a me q̄ res ad hanc eā adduxerat conuersationē. At illa ingemiscens ita cepit dicere. Mihi quidā venerande pater cū adhuc essez puula erat pater modestus ac mā suetus moribus: debilis vero et infirmus corpore: qui ita vixit curā sui agens: vt vix aliquando in publico videretur ab his qui in eodem habitabant vico. Terrā autē suam assidue operabatur: et ibidē semper occupabat vitam suam. Si quādo fortasse sanus fuisset: fructus culture sue domuz portabat. Plurimū aūt tp̄is in lecto et languoribus detinebatur: tātaq̄ erat taciturnitas vt ignorantibus eū sine voce crederēt esse. Mater vero mihi erat ecōtrario curiosa absq̄ modo: atq̄ vltra omnes mulieres que erant in regione hac turpior. Sermōes vero eius ita ad vniuersos mouebantur vt putaretur omne corpus ipsi⁹ lingua esse: lites frequenti⁹ committebant ad omnes ab ipsa ebrietate autem vini cū viris luxuriosis demorabatur. Dispensabat aūt et ea que intus domi erant tanq̄ meretrix pessima: vt etiam substantia multa valde non potuerit nobis sufficere. Nā huic a patre meo delegata erat dispensatio domus. Corpus aūt suum ita turpidine abutebatur: vt pauci de vico ipso potuissent effugere libidinem ei⁹. Nū q̄ corpori eius morbus occurrit: nec dolorem aliquē sensit vel alq̄tulū: sed a natiuitate vsq̄ ad vltimum diem suū integrum sanumq̄ corpus suum possedit. Inter hec cōtigit vt pater meus longua egritudine fatigatus moreret: et continuo aer cōmotus est: et pluuia et choruscationes atq̄ tonitrua aerē cōturbabant: et neq̄ nocte neq̄ die ymber cessando triduo super lectum sine sepultura fecit eum manere: ita vt homines vici illius mouentes capita admirarentur q̄ tantū malum vniuersos lateret dicētes. Siccine dei inimicus erat iste: vt nec terra eum recipiat ad sepulturam. Sed tamen ne intra domum membra eius dissoluta ingressū habitantibus prohiberent. imminente adhuc aere tēpestate et pluuia descendēte: vix aliquo modo sepulture eum tradidimus. At vero mater mea post hec licentia plurima accepta cum improbitate maxima corpis sui libidine vtebatur: et prostibulum deinceps faciēs domum nostram in tanta luxuria vixit atq̄ delitijs: vt dū adhuc paruula essem: deficeret nobis substātia nostra. Vix enim aliquādo cum timore: sicut mihi videtur: morte illius adueniente: tantam meruit funeris prosperitatē: vt etiam putaretur per simul in exquijs deducere fun⁹ illius. Ego autē post abitum ei⁹ puellari egressa etate: et desideria titillationis corporis mei: ieiunijs refrenens: quadam die ad vesperam vt fieri solz cogitare cepi atq̄ considerare cuius vitam magis eligerem imitandam: vtrum matris aut patris: qui modeste et mansuete ac sobrie vixit. Sed rursus cogitabā illud: quia mihi in vita sua consecutus sit boni pater meus: sed per omne tempus in infirmitate et tribulatione consumptus est: et ita finē suum accepit: vt nec sepulturam eius terra reciperet. Si igitur bona esset huiusmodi conuersatio apud deum: quare ergo tāta mala assecutus est: qui sic viuere delegit: sed bonum est inquit cogitatus meus: sicut mater mea vixit me quoq̄ viuere: tradere voluptati et luxurie ac libidini corpus meū. Eteniz nullum opus illa turpe pretermisit: in ebrietate omne tempus incolumis atq̄ prospere degens: itaq̄ vitam suam expleuit. Quid ergo. Sic oportet me viuere sicut mater. Melius est enim proprijs oculis credere: que ve manifeste sunt cognita et nihil pretermittere. Et cum hoc placuisset mihi misere: eiusdez me constituere vite: superuenit nox et cōtinuo mihi sopor accessit. Post hos sermones astitit mihi quidam grādis quidam corpore aspectu autem terribilis: deinde intuendo me perterrens iracunda visione et aspera voce interrogabat me dicens. Dic mihi inquit qui sunt cogitatus cordis tui. Ego autem aspectu eius et habitu tremefacta: neq̄ aspicere in eum audebam. Maiori vero voce vsus iterum iussit vt

es que mihi placerent sibi pronunciare. Ego autem pre timore dissoluta et omnem oblita cogitatum nihil esse dicebā. Ille vero negāti mihi reuocabat ad memoriā vniuersa que in corde meo meditata fueram. Ego autē cōuicta et ad precem conuersa supplicabam veniā consequi et cām ei narrabā huiusmodi cogitatus: q̄ ait mihi. Ueni ergo et vide vtrosq3: patrē scz et matrē: et cuius deinde volueris tibi elige vitam. Et apprehendens mihi manum trahebat me. Ducens autem me in quendam campum magnum habentem paradisos multos et diuersos fructus variasq3 arbores et pulchritudinē inenarrabilem introduxit me illuc. Occurrēs autem mihi pater meus āplexus est me: et osculabatur filiam me vocans. Ego vero circumplexa eum rogabam vt manerem cū ipso. At ille. Nunc inquit non potes hic esse: si vero volueris mea vestigia sequi: venies huc non post multum tempus. Cū autem adhuc ego deprecarer vt manerem cum ipso: trahēs me rursus manu qui ibi me duxerat: veni ait ostendam tibi et matrem tuam que in igne exuritur: vt scias ad cuius eorum imitationem declinare velis vitam tuam. Statuens autem me in domo tenebrosa: atq3 obscura: omni stridore et perturbatione repleta: ostendit mihi fornacem ignis ardentem: et piscem feruentem: et quosdam illic terribiles aspectu stantes super fornacem. Ego autem inspiciens deorsum video matrem meam in fornace vsq3 ad collū demersam stridentem dentibus et igne ardentem. et verminū multorum fetorem fieri. Uidēs autem me mater: cum vlulatu clamabat filiam me vocans. heu me filia de proprijs operibus et peccatis meis hec patior: quia quasi deliramenta mihi videbantur vniuarsa: que de sobrietate erant. Opera enim fornicationis et adulterij non videbantur mihi habere tormenta: ebrietatem quoq3 et luxuriam non arbitrabar lucrari penas: et ecce propter exiguas delicias. q̄ta exoluo tormenta: ecce pro contemptu dei quales recipio mercedes. Apprehenderunt me vniuersa immobilia mala. Nunc tempus auxilij o filia: nunc recordare nutrimentorum que a me consecuta es: nūc retribue beneficium: si quid boni aliquando a me accepisti. Miserere mei filia: quia in igne ardeo: et ab ipso igne non cōsumor: miserere mei quia in huiusmodi cruciatib⁹ examinor. Miserere mei filia: et porrigens manū tuā: educ me de loco hoc. Me autem recusante hoc facere propter eos qui ibi astabant rursum cum mater clamabat. Filia mea adiuua me: et noli despicere fletum proprie matris tue. Memēto doloris mei in die parturientis te: et ne me despicias que gehenne ignibus depereo. Ego autem a voce eius lachrymis commota humanum aliquid patiebar: et cepi cū clamore condolēs ei ingemiscere. Et urgētes vero hi qui in domo mea erāt: et accendentes ignē causam mugitus mei interrogabant. Ego autē narraui eis que videram: et sic iam vnum hoc deliberaui: vt patris mei sequerer vitam certa facta per ineffabilem misericordiā dei: quia pene reposite sunt his: qui male viuere non metuunt. Alia si quidem multa beata virgo ex ipsa visione cognoscēs per reuelationē dei: multam esse a deo: et bonorum operū retributionē: et malorum actuū et turpis vite: maximas esse penas annunciabat. Ideoq3 dilectissimi: efficiamur melioris consilij nobismetipsis: vt beati fieri sine fine possimus.

¶ Narrauit iterū idem senex de quodam episcopo: vt maxime ex eo fiduciā capiamus: q̄ facilis sit deus ad veniā si tm̄ nos peniteat commissio petōrū. Nunciabat igitur a quibusdam eidem epō: inter fidelium turmas duas cōsistere mulieres: q̄ abrupta seculi gradiendo impudice inuenirent et viuerent. episcopus autē ex his que ei nunciata sunt cōmotus: suspicat⁹ est: ne forte et alie hmōi essent: et ad deprecandū deū se conuertit: cert⁹ inde rogans effici: qd̄ et meruit. Post diuinam eni illam atq3 terribilē consecrationē: dum accederent singuli ad participandū sancti mysterij sacramenta: per vultus eorū cernebat animas: quibus vnaqueq3 subiaceret peccatis. et peccatorum quidē hominū videbat facies nigras: quosdā vero ipsorū tanq̄ ab estu exustas facies habentes: oculos autem rubeos ac sanguineos. Iustos autē videbat claros espectu: et candidos amictu. et alij quidē dū acciperēt corpus domini exurebant et incendebantur: alijs autē sicut lumē efficiebat in se: et per os ingressum omne eorū corpus illustrabat. erāt autē inter ipsos etiā qui solitariā vitā elegerant: et hi qui in coniugijs erant: qui et ipsi ita esse videbant. Deinde cōuertit se et cepit etiā mulierib⁹ ipsa distribuere mysteria: vt cognosceret q̄les et ipsarum essent anime et vidit simili mō fieri nigras atq3 rubeas facies earum: sanguineas q̄ et albas. Inter ipsas aūt aduenerunt et ille due mulieres: q̄ accusate erant apud eum propter quas maxime ad hanc pre

cem τ prudentiam venerat. Certauit autē
ipsas dum accedunt ad sctm̄ mysterium claruz
habentes vultum τ honorificū: candida quoqꝫ
stola circūamictas. Deinde cū τ ipe participa
te fuissent mysteria christi. Facte sunt sicut a
lumine illustrare. Rursum episcopus ad soli-
tam se precem cōuertebat supplicans deo di-
scere cupiens modū reuelationū. que ei demō
strare fuerant. Assistit autem angelus domini
τ de singulis interrogare precipiebat. San-
ctus vero episcopus continuo de illis duabus
sciscitabatur mulieribus: si vera esset illa pri-
ma accusatio an falsa. At vero āgelus affirma
bat omnia vera esse que dicta de eis erāt. Epi
scopus quoqꝫ ait ad angelum. Et quomodo in
perceptione corporis christi splendide erant
facies eorum: albam etiam stolaz habebant: lu
mineqꝫ fulgebāt non paruo. Ait autē ei ange
lus. Eo ꝙ penituerint de actibus suis: τ disce
dentes ab his lachrymis τ gemitibus atqꝫ ele
mosynis pauperum per confessionem diuinaz
meruerunt numerum: decetero nequaqꝫ in iis
dem malis se casuras promittentes: si tantum
de prioribus delictis veniam mereātur: τ me
ruerunt per hoc diuinam immutationem a cri
minibus absolute sunt: τ viuēt deinceps sobrie
τ iuste ac pie. Episcopus autem mirare se dice
bat: non tantum de immutatione earū: hoc em̄
multis contigit fieri: sed de dei dono: qui non
solum eas tormentis minime subiecit: sed etiā
tantam eis donare dignatus est grāz. Ait aūt
ad euz angelus. Admiraris hoc iuste quasi ho
mo: dominus autem omnipotens ac deus no-
ster τ vester cum naturaliter sit bonus ac mise
ricors: hos qui discedūt a propriis delictis: et
per confessionem accedunt ad eum: non tantū
perire nō patitur: sed etiam furorem suum au-
fert ab eis: τ honore dignos facit. etem̄ sic deꝰ
dilexit mūdum: vt filiū suū vnigenitū daret ꝓ
eo. Quia igitur cū inimici essent homines mo
ri pro eis elegit: multo magis domesticos effe
ctos eos et penitentiam agentes super his q̄
gesserant absoluit a penis: τ eis que ab ipso ꝑ
parata sunt bona prestabit perfruēda. Hoc er
go scito: qꝛ nulla delicta hoim vincunt clemen
tiam dei tantum: vt per penitentiā ea q̄ pridē
quis gesserat mala abluat actibus bonis. Cuz
enim sit misericors deus scit infirmitatem ge
neris humani τ passionū fortitudinez τ diabo
li potentiā atqꝫ astutiā τ lapsis hoibꝰ in petis
quasi filiis ignoscit: τ expectat correctionē eo-
rū patientiā habēs in ipsis: cōuertantibus ve-
ro atqꝫ eius exorantibus bonitatē tanꝗ infir-
mis cōpatitur: τ absoluit confestim vincula eo
rū: τ donat eis bona que preparata sunt iustis
Ait aūt eps ad angelum. Obsecro te: dic mihi
etiā vultuū differentias: τ quibus petis vnus-
quisqꝫ eoꝝ subiaceat: vt etiā de his cognoscēs
ab omni liberer ignorentia. Angelus autē di-
xit ad euz. Hi quidē qui splendido atqꝫ hilari
vultu sunt in sobrietate τ castitate τ iustitia vi
uunt: modesti quoqꝫ τ cōdolentes ac misericor
des sunt. Hi vero qui nigras habēt facies: for
nicationis τ libidinis operarii sunt ceterisqꝫ
sceleribus τ delictis implicati. Hi vero qui ap
paruerunt sanguinei atqꝫ rubei: in malignita
te τ iniusticia viuunt: τ amantes detractiones
blasphemi dolosi: τ homicide sunt. Rursum di
cit ei angelus. Adiuua eos: siquidem salutem
eorū desideras. Propterea etiā meruisti oro-
nū tuarū effectū vt videndo discas discipuloꝝ
tuoꝝ petā: τ per ammonitiones atqꝫ obsecrati
ones meliores eos per penitentiā facias ei q̄
qui pro ipis mortuꝰ est τ resurrexit a mortuis
iesu xp̄o domino nostro gratum facias. Quan
tacunqꝫ igitur tibi virtus est studium τ dile-
ctio circa dominū tuum xp̄m iesum: om̄em eo-
rum gere prouidentiā vt cōuertanť a propriis
peccatis ad cōem dn̄m τ manifesta quibꝰ deli-
ctis subiaceant: ne propriā desperēt salutem.
Et hoc penitentibꝰ quidē illis τ conuertanti-
bus ad deū aiabꝰ eoꝝ salus erit τ epulatio futu
roꝝ bonoꝝ. tibi vo erit plurima merces imitā-
ti deum tuū: qui celos quidam reliquit τ in ter
ris demoratus ē ꝓ salute hoim. ¶ Referebat
quidā patrū qꝛ tres sunt res honorabiles apō
monachos quibus oporꝫ nos cū timore τ tre
more τ gaudio spirituali accedere. Uidelicet
cōicatio scōꝝ sacramētoꝝ τ mensa fratrum: et
peluis in qua fratrum pedes lauātur profere-
bat autem τ exemplū tale dicens. Qꝛ erat qui
dā magnus senex preuidus: τ cōtigit eum mā
ducare cum pluribus fratribus: τ comedenti-
bus illis videbat in spiritu idem senex sedens
ad mensam quosdā edentes mel: alios autem
panes alios vero stercꝰ. Et mirabatur intra se-
metipsum τ deprecabatur deū dicēs. Domine
reuela mihi mysterium hoc: ꝙ idem cibꝰ oibus
appositus est super mensam: τ in māducando
ita immutatus videtur: vt quidā edāt mel: qui
dam autē panē alii vo stercus. Et venit ei vox
desuper dicēs. Illi qui māducāt mel: hi sunt:
qui cum timore τ tremore τ grāꝝ actione edūt
ad mensaz τ incessanter orant: τ oratio eorum

ſicut incenſum aſcendit ad deum: ideoqꝫ mel comedūt. Qui aūt panē māducāt hi ſunt qui gratias agētes percipiunt ea que a deo donata ſunt illis. Alij vero qui ſtercus manducant hi ſunt qui murmurant ⁊ dicunt hoc bonum ē: id malū eſt: hec autem talia non oportet cogitare: ſꝫ magis glorificare deum atqꝫ laudes ei offerre vt in nobis impleatur illud quod dictū eſt. Siue māducatis ſiue bibitis ſiue aliud q̄d facitis: omnia in gloriam dei facite.

¶ Explicit liber de prouidentia ⁊ contemplatione.

¶ Incipit liber de ſāctis ſenioribus qui ſigna faciebant.

Dixit abbas Dulas diſcipulus abbatis Hyſarionis: qꝛ ambulantibus nobis ſecus littus maris: ſitiui ⁊ dixi abbati Hyſarion: abba ſitio valde. Et cum feciſſet ſenex orationem dixit mihi: bibe de mari: ⁊ dulcis facta eſt aqua: ⁊ bibi. Ego autem hauſi modicū in vaſe ne forte iterū ſitirem qđ cū vidiſſet ſenex dixit mihi. Ut q̄d aquam portas? Dixi ei. Ignoſce mihi ne forte iterum ſitirem: ⁊ ait ſenex. Deus qui hic ē ⁊ vbiqꝫ eſt. ¶ Alio tempore cū ei neceſſarium eſſet fecit orationē ⁊ tranſiuit chriſoroan fluuium pedibus. Ego autē admiratus interrogaui eum dicens: quomodo ſentiebas pedes tuos dū ambulares in aqua. Et ait ſenex. Uſqꝫ ad talum ſentiebam aquam: reliqua autem erant ſolida ſub pedibus meis.

¶ Rurſum euntibus nobis ad alium ſenem venit ſol ad occaſum: ⁊ orans ſenex dixit. Obſecro domine ſtet ſol donec perueniam ad ſeruum tuum ⁊ factum eſt ſic. ¶ Uenit aliquando quidam demoniū habens in ſcithi: et facta eſt oratio pro ipſo in eccleſia: ⁊ non egrediebatur demon ab eo: quia durus erat. Dicūt autē adinuicem clerici loci illius. Quid faciemus huic demoni? Nemo enim poteſt eum eijcere: niſi abbas Hyſarion. Et ſi rogauerimus eum pro ipſo: neqꝫ in eccleſiam veniet. Hoc autem faciamus. Ecce venturus eſt mane ante oēs in eccleſiam faciamus eū quiꝰ erat ſedere in loco ipſius: ⁊ cū ingreditur: ſtemus ad orationeꝫ ⁊ dicamus. Excita fratrem illum abba. Fecerūt autē ſic. Uenientē itaqꝫ mane ſene illo ſteterunt ad orationē: ⁊ dicūt. Excita fratrē illū abba: ⁊ dixit illi patienti. Surge egredere foras ⁊ cōfeſtim exiuit demō ab eo: ⁊ ſanus factus ē ex illa hora. ¶ Dixerunt ſeniores frēs aliqñ abbati Helye in egypto de abbate Agathone: qꝛ bonus frater eſt: ⁊ dixit ei ſenex. Scđm generationem ſuam bonꝰ eſt. Qui dixerunt ei. Secundū antiquos autē quid? At ille reſpondēs ait. Iā dixi vobis: quia ſm gñationem ſuā bonus eſt: ſm antiquos vero vidi hominē in ſcithi: qui facere poterat vt ſol ſtaret in celo: ſicut fecit ieſus filius naue. Et hec audiētes obſtupuerunt: ⁊ glorificauerunt deum. ¶ Dicebant de abbate machario illo maiore: quia aſcēdēs de ſcithi portabat ſportas: ⁊ fatigatus reſedit et orauit dicens. Deus tu ſcis quia iam non ꝓualeo. Et mox eleuatus inuentus eſt trans flumen. ¶ Habebat quidā homo filiū paraliticū in egypto ⁊ adduxit eū ad cellaꝫ abbatis Macharij: ⁊ relicto eo ad oſtium ſtante receſſit lōgius. Reſpiciēs autē ſenex vidit puerū plorātē: ⁊ dicit ei. Quis te adduxit huc? Qui dixit. Pater meus proiecit me huc: ⁊ abijt. Et dixit ei ſenex. Surge et apprehende eum. Qui ſtatim ſanus factus eſt: ⁊ ſurgens apprehēdit patrem ſuū: ⁊ ſic abierunt in domum ſuā. ¶ Dicebat abbas Siſoys: qñ erā in ſcithi cuꝫ abbate Machario aſcendimus metere cum eo ſepteꝫ nomia. ⁊ ecce vna vidua colligebat ſpicas poſt nos. et non ceſſabat plorans. Uocauit ergo ſenex dominū agri illius ⁊ dixit ei. Quid eſt anicule huic ꝙ ſic plorat. Qui dixit ei: quia vir eius habuit depoſitum cuiuſdā: ⁊ mortuus eſt non loquens: ⁊ non dixit vbi poſuit illō: ⁊ vult dominus depoſiti illius accipere eam: ⁊ filios eius in ſeruitutē. Et ait ei ſenex. Dic il'i vt veniat ad nos: vbi requieſcimus in caumate. Et cuꝫ veniſſet dicit ei ſenex. Ut quid ſic ploras? Que ait. Uir meus defunctus eſt accipiēs cōmendatum alicuius: ⁊ non dixit moriens vbi poſuerit illud. Et dixit ei ſenex. Ueni ⁊ oſtende mihi ſepulchrū viri tui. Et aſſumptis ſecū fratribus abijt cum ea: ⁊ cum veniſſent ad locū vbi poſitus erat vir eius: dixit ad illam ſenex. Recede hinc in domū tuam: ⁊ orantibus illis vocauit ſenex eum qui mortuus fuerat dicens Ubi poſuiſti alienum depoſitum. Qui reſpondens dixit ei. In domo mea abſcōditū eſt ſub pede lectuli mei. Et ait illi ſenex. Dormi iterū vſqꝫ in diem reſurrectionis. Uidentes autem fratres: pre timore ceciderunt ad pedes eius. Quibus dixit ſenex. Non propter me factum eſt hoc: nihil enim ſum. Sed propter illam viduam ⁊ orphanos ipſius fecit deus rem hanc. Hoc autem ſcitote: quia ſine peccato vult deus eſſe animam: ⁊ ſi quid petierit accipit. Ue

niens aũt nunciauit vidue illi vbi positus erat illud commendatum. At illa sumẽs illud reddidit dño suo: ⁊ liberauit filios suos: ⁊ qui audierunt hoc glorificauerunt deum. ❡ Transiens aliquando abbas emilius per quẽdam locum vidit quẽdam monachum detentuз a quibusdam tanꝙ homicidam. Accedens autẽ senex interrogauit causam ⁊ comperto quaз ob causam calumniarentur ei dicit ad eos ꝙ eum tenebant: vbi est ille qui occisus est: ⁊ ostenderunt ei. Tunc approximãs ipsi defuncto dicit oib⁹. Orate. Ipo vero expãdẽte man⁹ ad deũ: surrexit is qui defunctus erat: et dixi ei coraз oibus. Dic nobis quis est ꝙ interfecit te. Qui respondens ait. Ingressus ecclesiam commẽdaui pecuniã presbytero ipse vero surgens occidit me: ⁊ portans proiecit me in monasteriũ abbatis huius. Sed rogo vos vt tollantur ipe pecunie ab eo ⁊ dentur filijs meis. Tunc ait ad eum senex. Uade dormi donec veniat dominus ⁊ resuscitet te: ⁊ confestim obdormiuit.

❡ Uenerunt aliquando plures seniores ad abbateз Pastorẽ: ⁊ ecce quidã de cognatis ipsi⁹ abbatis habebat filium ⁊ erat facies eius per operationeз dyaboli cõuersa retrorsum. videns aũt mater eius multitudinem patrum accipiens pueruз sedebat foris plorans. Cõtigit autem vt vnus seniorum egrederetur foras: qui cum vidisset patreз pueri ait illi. Quid ploras homo: qui ait. cognatus sum abbatis pastoris et ecce cõtigit huic puero tentatio ista: ⁊ volẽs eum isti seni offerre vt curaret eum timui. nõ enim vult nos videre: ⁊ nunc si cognouerit qꝛ hic sum ꝑsequẽs mittit et minat me hinc. ego vero videns ꝑñtiam vestram presumpsi venire huc. ergo quomõ vis miserere mei: ⁊ introduc intus puerum istũ ⁊ orate pro ipso ⁊ accipiens eum senex intrauit ⁊ vsus est prudẽter: et non statim eum obtulit abbati Pastori: sed incipiens a minimis fratribus dicebat. consignate pueruз istum. cum autem fecisset oẽs ꝑ ordinem consignare eum ad vltimũ obtulit eũ abbati Pastori qui nolebat tangere eum. At illi rogabant euз dicentes vt omnes: ita et tu pater fac. ⁊ ingemiscens surrexit ⁊ orauit dicens. Deus salua plasma tuum: vt nõ dominetur ei inimicus: ⁊ consignans curauit euз: ac reddidit patri suo sanum. Narrauit quidaз patrum de aliquo abbate paulo qui erat in inferiori parte egypti habitans iuxta Thebaidam. Hic ergo Paulus tenebat manibus eos qui dicuntur cornuti aspides ⁊ serpentes ⁊ scorpiones et scindebat eos per medium. Uidẽtes autem fratres admirati sunt: ⁊ interrogabãt eum dicentes. Dic nobis quid operatus es: vt acciperes gratiaз istam. Qui ait eis. Ignoscite mihi fratres: si quis possederit puritatẽ omnia subijciuntur ei sicut ade. Quia quando erat in paradiso ante preuaricationẽ mandati oĩa terrestria obediebant ei animalia quoqꝫ.

❡ Temporibus Iuliani apostate cũ ascenderet in persiden missus est demon ab eodeз Iuliano vt velocius vadens ad occidentem adduceret ei responsum aliquod inde. Cũ aũt peruenisset demon in quẽdam locum vbi quidam monachus habitabat: stetit ibidem per decem dies immobilis: ⁊ non poterat vltra progredi quia monachus ille nõ cessabat orãdo neqꝫ nocte neqꝫ die: ⁊ regressus est demõ sine effectu ad eum qui miserat illum. Dixit ei Iulianus. Quare tardasti. Respondit ei demon dicens. et moram feci. ⁊ sine actione reuersus sum: sustinui enim decem dies monachum noĩe publicum: si forte cessaret ab oratione vt transirẽ et non cessauit: ⁊ ꝓhibitus sum transire et redij nihil agens. Tunc impijssimus Iulianus dixit. Cum regressus fuero faciam in eo vindictam. Et inter paucos dies interempt⁹ est prouidentiam dei: ⁊ continuo vnus et perfectis qui cum eo erant vadens vendidit omnia que habebat et dedit pauperibus et veniens ad senem illum factus est monachus magnus et sic quieuit in domino. ❡ Uenit aliquando quidam secularis ad abbatem Sisoy in montem abbatis Antonij habens filium secum: ꝙ in itinere mortuus fuerat et non est conturbatus: sed cum fiducia tulit eum secum ⁊ procidit cum illo tanꝙ penitentiam faciens vt benediceretur ab eodem sene. Post pusillũ vero surgens reliquit cadauer ante pedes senis et egressus est foras. Porro senex putabat ꝙ penitentiam ageret ante pedes suos: et dicit ei. Surge vade foras: non enim sciebat qꝛ mortuus erat: ⁊ statim surgens egressus est: et videns eum pater eius expauit: et intrans adorauit senem ⁊ dixit causam. et audiens hoc senex contristatus est. Non enim volebat fieri. Precepit itaqꝫ ei discipulus illius senis vt nemini diceret hoc vsqꝫ ad obitum illius senis.

❡ Temptatus est aliquando Abraam discipulus eiusdem abbatis sysoy a demone ⁊ videns eum senex quia cecidit: surrexit ⁊ expandit manus suas in celum dicẽs. De⁹ velis nolis nõ te dimittam si eum non curaueris. Et ilico cura

litarius iuxta io:danem fluuium: et ingreſſus propter cauma in ſpeluncam inuenit ibi leonẽ: ⁊ cepit tremere leo dentibus ſuis ac rugire. Dixit autem ei ſenex: quid anguſtiaris? Eſt locus qui capiat me et te. Si vero non vis: ſurgens egredere hinc. Leo autem non fremens egreſſus eſt inde fo:as. Aſcendit quidam ſenex aliquando de ſcithi in terimithym ⁊ ibi diuertit et videntes homines labo:em abſtinentie eius obtulerunt ei modicum vini. Alij autez audientes de ipſo: adduxerunt eum ad hominum quendam demonium habentez. Cepit autem demon ille maledicere ſenem illum dicens. Ad iſtum potato:em vini me adduxiſtis Et ſenex quidem propter humilitatẽ nolebat eum eijcere: propter impro:periuz vero eius dixit. Credo in ch:iſto p:iuſq̃ finẽ faciam biben di calicem iſtum egredieris ab eo. et cuz cepiſſet ſenex bibere: clamauit demon dicẽs. Incẽdis me. Et anteq̃ conſumeret bibẽs exiuit demon p gratiã dei. ¶ Miſit quidam patrum diſcipulum ſuum haurire aquam. Erat autez puteus ꝓcul valde a cella ipſo:um: ⁊ oblitus eſt funẽ po:tare ſecum. Dum vero veniſſet ad puteum frater ille ⁊ cognouiſſet quia non po:tauerat funem ſolito mo:e fecit o:ationez: et clamãs dixit. Lace abbas meus iuſſit me lagenã iſtam implere aqua. Et continuo aſcẽdit aqua vſq; ad ſummũ putei: ⁊ impleuit frater ille lagenam ſuã et reſtituta ẽ aqua iterum in locum ſuum.

¶ Explicit liber de ſanctis ſenio:ib⁹ qui ſigna faciebant.

¶ Incipit liber de cõuerſatione optima diuerſo:um ſancto:um.

REtulit abbas dulas dicens. Quia ambulantes aliquando in heremo ego ⁊ abbas meus Hyſarion venimus ſecus quendam ſpeluncã in quã ingreſſi inuenim⁹ ibi quedã fratrem ſedentẽ ac operantẽ plectam de palmis: qui noluit reſpicere ad nos: neq; ſalutare nec omno voluit loqui nobiſcũ. Dixit autẽ ſenex: eamus hinc: fo:ſitan non eſt anim⁹ fratris illius loqui nobiſcũ. Egreſſi vero inde ambulauim⁹ ilico videre abbatem Iohannẽ. Redeũtes vero venimus iterũ per eandem ſpeluncam vbi fratrem illuz p:ius videramus: ⁊ dixit mihi ſenex. Ingrediamur ad fratrẽ iſtum: ſi fo:te reuelauit ei deus vt loquaẽ nobiſcuz. Intrantes autem inuenimus eum qui do:mierat in pace At vero ſenex ait mihi. Ueni frater ⁊ colligamus co:pus eius: in hoc ipm miſit nos deus. Cũ autez colligeremus eum: inuenimus quia mulier erat: ⁊ admirat⁹ eſt ſenex dicens. Ecce quomodo mulieres colluctantur aduerſus diabolũ in heremo: ⁊ nos in ciuitatibus dehoneſtamur. Glo:ificantes ergo deũ qui p:otegit diligentes ſe. receſſim⁹ inde. ¶ Dicebat abbas vindemius: quia narrauit abbas Macharius dicens. Sedente me aliquãdo in ſcithi: deſcẽderunt duo adoleſcentes peregrini: vnus quidem ip ſo:ũ barbatus: alius vero non adhuc: ⁊ venerunt ad me dicentes. Ubi eſt cella abbatis macharij? Ego autem dixi eis. Quid eum vultis? Reſponderunt. Audiẽtes de eo de ſcithi venimus videre eum. Dico eis. Ego ſum. Qui penitentiã agentes dixerunt. Hic volum⁹ manere pater. Ego autem cũ vidiſſem eos delicatos: ⁊ quaſi nutritos diuitijs dixi eis. Non poteſtis hic ſedere. Dixit ille maio:. Et ſi nõ poſſumus ſedere hic pergemus alibi. Dixi ergo apud aium meũ. Ut quid eos perſequo: et ſcãdalizantur? Labo: ipſe faciet vt a nobis fugiant. Tunc dixi eis: venite facite vobis cellam ſi poteſtis. Dicunt illi. Oſtendite nobis tantũmodo locũ ⁊ faciemus. Dedi autẽ eis ſecurim ⁊ ſpo:tã plenã panibus ⁊ ſalẽ: oſtendi etiã eis durã petrã dicẽs. Excidite hic ⁊ adducite vobis ligna de palude: ⁊ cum impoſueritis tectũ ſedete in eodem loco. Ego autem putabã q̃ fugerent propter nimium labo:em. Poſt hec interrogauerunt a me quid operaturi eſſent. Dico eis. Plectem de palmis. ⁊ ſumens folia palmarũ de palude oſtendi eis initium plecte: et quomodo coniungere deberent: quibus etiaz dixi. Facite ſpo:tas: ⁊ date cuſtodib⁹ eccleſie: ⁊ ille vobis afferent panes. Poſt hec ergo ego receſſi ab eis: ipſi autem patienter omnia que cunq; dixi eis fecerunt ⁊ non venerunt ad me per tres annos. Suſtinui autẽ ⁊ ego luctando cum animo meo dicens. Putaſne que ſit eo:ũ operatio: q: nõ venerunt interrogare me de cogitationibus ſuis. Qui enĩ de longinquo ſunt veniunt ad me: iſti vero de p:oximo nõ venerunt ad me. Nem nec ad aliũ abierunt niſi ſolum ad eccleſiam cum ſilentio accipere oblatiõem. Igitur ego o:aui deum ieiunans vnam ſeptimanam: vt demõſtraret mihi operationem eo:um. Surgens autem poſt illam ſeptimanam abij ad eos videre quõ ſederent: ⁊ cũ pulſaſſez aperuerunt mihi: ac ſalutauerunt me tacẽtes. facienſq; o:ationem ſedi. Innuens autem ille

maior minori vt egrederetur. Ipse vero maior sedit faciens plectam nihil loquens: et circa horam nonam significauit percutiens: et venit ille minor et fecit modicam cocturam pulmenti. Apposuit vero et mensam: innuente ei illo maiore: et posuit super eam tres paximates: et stetit tacens Ego autem dixi. Surgite manducemus. Et exurgentes manducauimus. Attulit vero laguncula et bibimus. Cum autem factum esset vespere dicunt mihi: vadis ne hinc? Respondi: ego non: sed hic dormiam: posuerunt autem mihi mattam in vna parte: et sibi in angulo et alia parte. Tulerunt etiam singulos suos: et semicincia sua et posuerunt se dormire simul sup mattam ante me. Cum autem se reclinassent oraui ad deum vt mihi reuelaret operationem eorum. Et apertum est tectum celle: et facta est lux tanquam per diem: ipsi vero non conspiciebant lumen illud. Cum vero putarent quod ego dormirem: tetigit ille maior minorem in latus: et surrexerunt atque cinxerunt se: expandentes quoque manus in celum steterunt cum silentio ego quidem videbam eos: ipsi vero non me videbant. Videbam ergo demones sicut muscas venientes super illum minorem: et alij quidam veniebant vt sederent super os eius. Alij vero super oculos et vidi angelum domini habentem gladium ignis circumuallentem eum atque sequentem ab eo demones. Illi autem maiori fratri non poterant appropinquare. Circa mane vero reclinauerunt se: et ego feci meipsum quasi euigilantem. et ipsi fecerunt similiter. Dixit autem ille maior hunc sermonem tantum: vis dicamus hos duodecim psalmos? Dixi etiam: et psallebat ille minor quinque psalmos senos versus: vna cum alleluya: et per vnumquenque versum exibat lampas ignis de ore ipsius. et ascendebat in celum. Similiter et ille maior cum aperiebat os suum psallantes tanquam fumus ignis egrediebatur de ore ipsius et pertingebat ad celum. et ego dixi: modicum et animo sicut et illi opus dei: exiens autem dixi. Orate pro me. Illi vero satisfecerunt mihi tacentes: et cognoui quod ille maior perfectus esset: et illum minorem impugnaret adhuc inimicus. Post paucos autem dies dormiuit ille maior frater: et tertio die ille iunior: et cum aliqui patrum venirent ad abbatem Macharium ducebat eos in cellam ipsorum dicens Venite et videte martyrium horum peregrinorum.

¶ Duo quidam patrum rogauerunt deum: vt ostenderet eis in quam peruenerint mensuram et venit illis vox dicens. Quia in villa illa que est in egypto: est secularis quidam eucharistus nomine: et vxor eius vocatur maria: nondum adhuc peruenistis in mensuram ipsorum. Exurgentes autem illi duo senes venerunt in vicum illum Qui percunctantes inuenerunt cellulam ipsius et vxorem eius et dicunt ad eam: vbi est vir tuus. At illa dixit eis. Pastor est ouium: et ipsas pascit: et introduxit eos in domum suam. Cum vero sero factum esset: venit ipse eucharistus cum ouibus et videns illos senes parauit illis mensam misitque peluim: et lauit pedes eorum qui dixerunt ei Non gustabimus quicquam nisi iudicaueris nobis operationem tuam. Tunc eucharistus cum humilitate dixit eis. Ego sum pastor ouium: et hec vxor mea est. Cum vero perseuerassent illi seniores rogantes eum vt omnia denunciaret eis: et ipse nollet dicere. Dixerunt ei. deus misit nos ad te Audiens autem eucharistus hoc verbum timuit dixitque. Ecce oues istas habemus a parentibus nostris: et quicquid ex ipsis donauerit nobis deus Diuidimus in tres partes. Partem vnam pauperibus: et vnam partem in susceptione peregrinorum et tertiam partem in vsum nostrum: ex quo autem accepi vxorem meam: neque ego pollutus sum neque ipsa: sed virgo est. Singulariter autem remoti a nobis dormimus: et noctu quidam induimus nos saccos: in die vero vestimenta nostra: et vsque nunc nemo hominum hoc cognouit. Cum autem hec audissent illi patres admirati sunt: et recesserunt glorificantes deum. ¶ Venit aliquando abbas macharius ille egyptius de scithi in montem Nytrie: in die oblationis ad monasterium abbatis Pambo. et dixerunt ei seniores loci illius. Dic fratribus verbum edificationis pater. Qui ait eis: ego nondum factus sum monachus: sed vidi monachos. et dixit. Sedente me aliquando in cellula in scithi: purgebant me cogitationes mee dicentes. Surgens vade vsque in desertum: et considera quicquid illic videris: et permansi luctans cum animo meo per quinque annos dicens: ne forte sit a demonibus ista suggestio. Cum ergo perseuerarem ista cogitare abij in heremum: et reperio ibi stagnum aquarum et insulam in medio eius: veniebant quoque diuersa animalia heremi illius: et bibebant ex eo inter que vidi duos homines nudos: et contremuit corpus meum: putabam enim quod spiritus essent. Cumque illi vidissent me trepidantem locuti sunt ad me dicentes. Noli timere: etenim nos homines sumus. Dixi itaque illis. Unde estis: et quomodo in hanc heremum venistis? Qui dixerunt: de cenobio sumus: et factus est nobis consensus et egressi sumus: et ecce egressionis

nostre quadraginta anni sunt. Erat autem vnus ex his egyptius: alius vero thebeus. Interrogabant autem me et ipsi dicentes. Quomodo est mundus et si ascendit aqua secundum tempus suum: si etiam habet mundus abundantiam suam Respondi eis. Etiam. Quos et ego interrogaui. Quomodo possum fieri monachus. Dicunt mihi. Nisi quis renunciauerit omnibus que in mundo sunt: non potest fieri monachus. Quibus dixi. Ego infirmus sum: et non possum sicut vos. Responderunt mihi. Si non potes sicut nos sede in cella tua: et plange peccata tua Interrogaui ergo eos dicens. In hyeme non sentitis frigus aut in estate non incendit corpus vestrum cauma? At ille dixerunt. Deus fecit nobis hanc dispensationem vt neque in hyeme frigus: neque in estate ardorem sentiamus. Ideoque dixi vobis: quia ego nondum factus sum monachus: sed vidi monachos: ignoscite mihi. ¶ Sedebat aliquando abbas Sisoys solus in monte abbatis Antonij. Moram autem faciente ministro eius venire ad eum per menses decem non vidit hominem. Ambulans autem in montem: inuenit quendam capientem agrestia animalia. Cui senex dixit vnde venis: et quantum temporis habes hic? At ille dixit: vere abba habeo vndecim menses in monte isto et non vidi hominem nisi te. Audiens autem hec senex: intrauit in cellam suam: et percutiebat seipsum dicens. Ecce Sisoy existimabas te aliquid fecisse: et neque vt secularis hic ita fecisti. ¶ Idem ipse Sisoys abbas sedens in cella: semper claudebat ostium suum. Dicebant autem de ipso: quando in die dormitionis sue cum sederent circa eum patres resplenduit tanquam sol facies eius. Et dixit ad eos. Ecce abbas Antonius venit: et post pusillum rursus dicit eis. ecce chorus prophetarum venit. et iterum amplius facies eius refulsit: et dixit: ecce chorus apostolorum venit: et dupliciter refulsit adhuc facies eius: et ecce ipse quasi cum aliquibus loquebatur. Deprecati sunt autem illum senes dicentes. Cum quo loqueris abba. Qui dixit eis. ecce venerunt angeli accipere me: et rogo vt dimittar penitere modicum. Dicunt ei seniores non indiges penitentiam pater. Dixit autem illis vere fratres nescio meipsum vel initium fecisse penitentie: et cognouerunt omnes quia perfectus est: et rursum subito facta est facies eius sicut sol: et timuerunt omnes. Dixit autem illis: videte: ecce dominus venit dicens Afferte mihi vas electionis heremi et continuo reddidit spiritum: et factus est splendor magnus: et repletus est totus locus ille odore suauitatis. ¶ Dicebant de abbate or: quia neque mentitus est vnquam neque iurauit neque maledixit hominem neque sermonem notium locutus est alicui. Idem abbas Or dicebat discipulo suo. Uide ne aliquando alienum verbum adducas in cellam istam. ¶ Duo quidam magni senes ambulabant in heremum que est iuxta scithim: et audientes murmur vocis cuiusdam de terra quesierunt introitum spelunce: in quam ingressi reperiunt ibidem quandam anciculam virginem sanctam iacentem: et dicunt ei. Quomodo huc venisti anus: aut quis est qui tibi ministrat. Neminem enim inuenerunt in ipsa spelunca nisi solam ipsam iacentem infirmam. At illa dixit trigesimum octauum habeo annum in spelunca hac herbarum radicibus viuens. et seruiens christo: et non vidi hominem nisi hodie. Misit enim vos deus vt sepeliatis corpus meum. Cumque hoc dixisset quieuit in pace. Patres vero illi glorificauerunt deum: et recondito corpusculo eius recesserunt in locum suum. ¶ Narrauerunt de quodam solitario qui exiuit in heremum vestitus lineo sacco tantum. Cumque perambulasset iter trium dierum ascendit supra petram et vidit sub ipsa viridam herbam et hominem pascentem tanquam bestiam. Descendens autem occulte tenuit eum. Senex vero ille cum esset nudus: nec posset ferre odorem hominum angustatus est: et vix tandem euadens de manibus eius fugiebat. Ille vero frater exijt currens post ipsum et clamans. Expecta me: quia propter deum te sequor At ille conuersus dixit ei. Et ego propter deum fugio abs te. Frater autem ille post hec proiecit lebitonem quo erat indutus et sequebatur eum. Quem cum vidisset senex: quia abiecisset indumentum suum sustinuit eum: et cum appropiquasset ei: dixit ad illum senex. Quando proiecisti materiam mundi abs te et ego te expectaui. Rogabat autem frater ille dicens. Pater dic mihi verbum quomodo saluus fiam. Qui dixit ei fuge homines et tace et saluus eris. Narrabat quidam solitarius fratribus qui erant in raithum vbi sunt septuaginta arbores palmarum in loco vbi applicuit Moyses cum populo: quando egressus est de terra egypti sic dicens. Cogitaui aliquando debere me ingredi in interiorem heremum si forte inuenirem aliquem interius habitantem in heremo: et seruientem domino nostro iesu christo. Ambulans autem quattuor dies ac noctes inueni speluncam: et cum appropinquassem respexi intus et vidi sedentem hominem et pulsaui secundum consuetudinem monachorum: vt egredientem salutarem eum.

At ille nō mouebatur requieuerat eīm in pace Ego autē nihil dubitans introiui ⁊ cū tenuisse scapulā ipsius confestim dissolutus est et factus puluis est. Deinde aspiciens vidi colobiū pendens. Cū vero ⁊ hoc tenuissem dissolutum est: ⁊ in nihilum redactū. Cū aūt et hoc hesitarem egressus sum inde ⁊ deambulabam in deserto in quo rursus aliā reperi speluncam ⁊ vestigia hominis ibidē. Factus sum aūt alacrior et applicui ad ipsam speluncam. Ut vero iterū pulsaui: ⁊ nemo mihi obaudiuit ingressus sum quoqꝫ nullū inueni. Stans aūt foras speluncam dicebā intra meipm̄: qꝛ huc opꝫ venire hūc seruū dei vbicūqꝫ fuerit. Cum vero preteriret dies vidi bubalos veniētes ⁊ illū seruū dei sequentē eos nudū sed capillis suis cooperientem que inhonesta erāt corporis sui. Qui appropinquans mihi existimabat me spiritum esse: et stetit ad orationē. Ego autē hec intelligens dicebam ei. Serue dei ⁊ ego homo sum: vide vestigia mea ⁊ cōtrecta me: qꝛ caro ⁊ sanguis sum. Cum vero post orationē dicto amen respexisset me ⁊ consolatus fuisset: introduxit me in speluncam ⁊ interrogauit me dicēs. quō huc aduenisti: cui ego dixi. Requirendi gratia seruorum dei veni in hanc solitudinem ⁊ non me fraudauit deus a desiderio meo. Ego autē interrogaui eum rursum dicens. Quomodo et tu huc venisti: ⁊ qn̄tū tp̄is habes aut quod est alimentū tuū vel quō cū sis nudus nō indiges vestimento. Qui dixit mihi. Ego in cenobio erā thebaide: ⁊ op⁹ meū erat lini textura. Subintrauit aūt in animū meū cogitatus vt exiēs inde singulariter sederē: ⁊ poteris inquit quietus esse ⁊ suscipere peregrinos et maiorem mercedem possidere et eoquod acquisieris de opere tuo. Ut autē consensi cogitationi huic: et ope perfeci eā: exiens edificaui mihi mōasterium: ibiqꝫ veniebant qui mihi iniungebāt opus. Cūqꝫ iam multum esset qꝫ congregaueram festinabam pauperib⁹ ac peregrinis illō distribuere. Sed aduersari⁹ noster diabolus inuidens mihi: sicut semp: ita etiam ⁊ tunc futuram in me retributionem machinabatur auferre eo qꝫ festinabam labores meos deo offerre. Uidens autem vnam virginē sacram insūgentem mihi spēs ⁊ eas me perficientem atqꝫ reddentem: immisit ei vt rursum mihi demandaret alias spēs. At vbi iā consuetudo facta est ⁊ fiducia maior: postremo etiam tactus manuum et risus ac simul conuescere ad vltimū concepimus dolorē ⁊ perfecimus iniquitatē.

Cum autē mansisset cū ipsa in eadē ruina sex menses postea cogitaui dicens. Quia aut hodie aut crastino aut post multos annos morti addictus eternū habeo suppliciū. Si eīm vxorem quis hoīs violaret penis eternis legittime subiaceret: quātis tormentis dignus est qꝫ xp̄i stuprauerit sponsam. Et sic occulte in hanc heremū recurri: omnia relinquens illi mulieri. Ueniēsqꝫ huc inueni speluncā hanc atqꝫ fontem hunc: ⁊ istā palmā afferentem mihi botriones duodecim dactilorū. Per singulos mēses affert vnū botrionē qui mihi sufficit triginta dies: ⁊ post hūc maturatur alter. Post temp⁹ aūt multū creuerunt pili mei: ⁊ cum dirumperentur iam vestimēta mea ipsis verecundiorē partē operio corporis mei. Dum autē rursus interrogarē eum si in primordijs difficultatem habuisset ibidē ait mihi. In initijs valde afflictus sum dolore iecoris ita vt humi iacens nō possem stando psalmū dicere sed prostratus in terra clamabam ad altissimum. Cum autem in spelunca essem in dolore valido atqꝫ defectione vt etiam nec egredi iam possem vidi virum inerantē ⁊ iuxta me stantem ac dicentem mihi. Quid pateris? Ego confortatus ab eo modicum dixi ei. Epar doleo. Qui dixit mihi. vbi doles? Cum vero ostendissem ei digitos manus sue indirectū coniungens diuisit locum istum tanqꝫ per gladium. Et euellens iecur ostendit mihi vulnera et raso iecore in manu sua in pānum ipsam scabiem misit atqꝫ rursum ipsum iecur imponens manibus suis locū ipm reclusit: ⁊ ait mihi. Ecce sanus factus es serui domino nostro iesu christo sicut opꝫ. et ex tūc factus sum sanus: ⁊ sine labore iam sum hic. Ego autem multum illū rogaui vt manerē in interiori spelunca ⁊ ait mihi. Non potes sufferre impetus demonum. Et ego hoc ipsum cōsiderans rogabam vt orans pro me dimitteret me. Qui cū orasset dimisit me. Hec vobis narraui edificationis gratia. ¶ Dicebat rursus alius quidam senex: qui etiam dignus factus ē episcopus ciuitatis oxirinci tanqꝫ ab alio hec audisset: sed ipse erat qui hoc fecerat. Uisum est mihi inquit aliquando intrare in interiorē heremum que est circa oassa vbi genus est mazicorum: vt viderem si forte inuenirem aliquem xp̄o seruientem. Sumens igitur paucos paximates: et quasi dierum quattuor aquā in vase: iter meum faciebam. Transactis vero quattuor diebus compuncti sunt cibis expectabam quid agerem et confidēs dedi me ad per-

gendum. Ambulaui & alios quattuor dies sine cibo perdurans. Cumque ieiuniū & laborem itineris corpus meū iam non ferret in pusillanimitatem iam perueni: ac sic iacebā in terra. Ueniens autē quidā digito suo tetigit labia mea & tanquā medicinali instrumēto curauit me. Statimque confortatus sum: ita vt putarē me neque ambulasse neque famē pertulisse. Cū ergo tantam in me sensissem virtutem surgens perambulabam desertū. Preteritis itaque alijs quattuor diebus rursum fatigatus defeci. cūque extendissem manus meas in celum ecce vir ille qui pridem me confortauerat iterum digito quasi liniens labia mea cōfortauit me. Peracti sunt autem dies decem & septem et post hoc inuenio tuguriū & arborem palme: et virum stantem cuius capilli capitis erant pro indumento ipsius & pre canitie candidi per totū Erat autem & terribilis aspectu. Cumque vidisset me stetit ad orationem & expleto amen: cognouit me esse hominē tenensque manū meam interrogauit me dicens. Quomodo huc aduenisti. Et si adhuc constant omnia que sunt in mundo: & si adhuc etiam sunt persecutiones? Ego autem dixi ei. Quia vestri gratia qui in veritate xpo domino seruis hanc perambulo heremum: persecutio vero cessauit per potentiam xpi. Edissere nunc mihi obsecro te: & tu quō huc aduenisti? At ille cum lamentatione plorans cepit dicere mihi. Ego episcopus erā: & persecutione facta multis mihi illatis supplicijs: cū sufferre nō possem tormenta postea sacrificaui. In meipsum deinde reuersus agnoui iniquitatem meam: & dedi meipsum ad moriendū in hāc heremū: & sum degens hic ānis quadraginta nouē in confessiōe & obsecratiōe ad deū: si forte dimittatur mihi peccatū meū Et victū mihi quidem prestitit dūs et hac palma cōsolationis vero indulgentiā nō accepi: nisi post. xlviij. annos: in hoc aūt anno cōsolatus sū. hec autē dicēs repente surrexit: & currēs exijt foras & stetit ad orōnē diu. Cū autē cōplesset orōnē venit ad me. Intuens autem ego faciē eius exterritus trepidaui: factus enī erat quasi ignis. Dixitque mihi. Noli timere. Dominus enī te misit vt funeri tradas corpus meū atque sepulture. Dum aūt cōsūmasset hec dicēs: statim extēdens manus pedesque finē fecit: diuisa quia tunicā meā ego mihi dimidiā tenui: & dimidiā inuoluto sancto eius corpusculo abscōdi in terra. Recōdito aūt illo cōtinuo palma illa aruit & tuguriū illud cecidit. Ego aūt multū fleui obsecrans deū si quo mō prestaret mihi palmā illam & fontē & perseuerarē illo in loco residuū tempus meū. Ut aūt nō est hoc factū dixi apud me: vtique non est voluntas dei. orās ergo tendebā iterū ad seculū & ecce hō ille qui prius liniuit labia mea: veniēs apparuit mihi atque cōfortauit me: & ita cōualui peruenire ad fratres & narraui eis hec rogans eos ne desperarēt deū. ¶ Frater quidam interrogauit senē dicens. Nomen est quod saluat aut opus. respondit ei senex. Opus. et ait senex. Scio fratrē orantē aliquādo: & statim exaudiebatur oratio eius. Subintrauit aūt aīo eius cogitatus: vt vellet videre aīam peccatoris & iusti: quomō abstrahatur a corpore: & nō volens deus cōtristare eū in desiderio suo dū sederet in cella sua ingressus est lupus ad eū: & tenens ore suo vestimenta ipsius fratris trahebat eū foras. surgens aūt frater sequebatur eum: lupus autē duxit eum vsque ad aliquam ciuitatem: & dimittens illum recessit ab eo: cū vero sederet foras ciuitatem in monasterio quodam: erat quidā habitans qui habebat nomen quasi magni solitarij: ipse vero infirmus erat expectans horam mortis sue. Frater igitur ille qui ibidē venerat videbat preparationē fieri cereorum et lampadarum propter solitariū illum tanquā per ipm deus panē & aquā inhabitantibus ciuitatē illam prestaret atque saluaret eos: & dicebant: quia si hic senex vitam finierit omnes simul moriemur. Facta aūt hora exitus ipsius vidit frater ille tartaricum inferni descendentē super solitariū illum habentē tridentē igneū: & audiuit vocem dicentem. Sicut aīa ista non me fecit quiescere neque vna hora in se sic neque tu misereraris eius euellens eam. Defigens igitur tartaricus ille quē tenebat igneum tridentem in corde solitarij illius: per multas horas torquens illum abstraxit animā eius. Post hec aūt ingressus frater ille ciuitatē: inuenit hominē peregrinū in platea egrotum nō habentē qui ei curam adhiberet & mansit cum eo die vna: & cum venisset hora dormitionis eius cōspexit frater ille Michaelem et Gabrielem descendentes propter aīam eius: et sedens vnus a dextris & alius a sinistris eius rogabant animam illam vt egrederetur: & non exibat quasi nolens relinquere corpus suū. Dixit autē Gabriel Michaeli. assume iam animam istam vt eamus. cui Michael respondit. Iussi sumus a domino vt sine dolore eijciatur: ideoque cū vi non possumus euellere eā. Exclamauit ergo

Michael voce magna dicens. Dñe quid vis de anima hac: q2 non acquiescit nobis vt egrediatur. Uenit aũt vox. Ecce mitto Dauid cum cythara: ⁊ oẽs psallentes hierusalem ⁊ audiens psalmodiam ad voces ipsoꝝ egrediatur. Cũq3 descendisset oẽs in circuitu aĩe illius cantantes hymnos ⁊ audiens psalmodiam ad vocem ipsoꝝ egredi ebatur. Tunc demũ exiliens anima illa sedit in manibus Michaelis ⁊ assumpta est cum gaudio. ¶ Dixit iterũ idez q̃ supra de quodaz sene: q2 veniens aliquando in ciuitatem vt venundaret vasa que operatus fuerat: ⁊ cum explicuisset ea contigit eum sedere ante ianuam cuiusdam diuitis: qui iam moriebatur. Sedens ergo senex ille vidit equos nigros ⁊ ascensores eoꝝ nigros et terribiles habentes singulos baculos igneos in manib⁹ suis. Cũ vero iam peruenissent ad ianuam diuitis statuerunt equos suos foris: ⁊ intrauit vnusquisq3 cum festinatione. Infirmus autẽ ille videns eos clamauit voce magna dicens. domine adiuua me. At illi dixerunt ei. Nunc memor dei factus es: quãdo tibi sol obscuratus est. Quare vsq3 in hodiernum diem non exquisiuisti eum: dum adhuc tibi erat splẽdor diei. Nunc autem in hac hora non est tibi portio spei neq3 consolationis. ¶ Dixerunt patres fuisse quẽdam machariuz qui scithiũ primus monasteriũ fecit. Est eñi locus ipse vasta heremus longe a nytria: habens interuallum itineris diei ⁊ noctis et grande periculum est euntibus ibidem. Si eñi modicũ quis aberrauerit vagatur periclitans per heremũ. Sunt autem illi omnes perfecti viri ne aliquis ĩperfectus potest in eodem loco tam feroci perdurare q2 oĩno arduus est: ⁊ absq3 consolatione eorum que necessaria sunt. Hic igitur predictus vir macharius cũ homo esset de ciuitate coniunctus est aliquando machario illi maiori ⁊ cũ venissent ad transfretandum nylũ fluuiuz: cõtigit eos ingredi nauẽ maiorẽ in qua tribuni quidaz duo: cũ multa intrauerant extollentia habentes intus redã totam ereã: et equos quib⁹ freni aurei erant ⁊ obsecũdãtes quosdam milites et pueros torques vtentes aliquos atq3 aureos habentes singulos. Uidentes ergo tribuni illi hos duos monachos veteres panno indutos ⁊ in angulo sedentes beatificabant exiguitatem ipsorum. Unus vero ex tribunis illis ait ad eos. Beati estis vos monachi qui mundo huic illusistis. Respondens aũt ille vrban⁹ macharius dixit ad eos. Nos quidem mundo isti illusimus vobis autẽ hic mũdus illusit. Scito tamẽ q2 non volens hoc dixisti: vtriq3 eñi beati dicimur id est machari). At ille tribunus cõpunctus in verbo eius et regressus domi expoliauit se vestimentis suis ⁊ cepit esse monachus faciẽs elemosynas multas. ¶ Dicebant de eodem abbate Machario maiore: quia dum ambularet aliquando per heremũ inuenit caput hominis mortui in terra iacens. Quod cum moueret virga palme: quã in manu tenebat locutum est caput illud ad eum cui dixit senex. q̃s es tu. Respondit ego eram sacerdos gentiliũ qui commanebant in loco hoc: tu vero es abba macharius qui habes spiritum sancti dei. Quacumq3 ergo hora misertus fueris eorum qui sunt in tormentis ⁊ oraueris pro eis tunc consolantur pusillum. Dixit ei senex: ⁊ que est ipsa consolatio. Respondit quantum distat celum a terra tantum ẽ ignis sub pedib⁹ nostris et super caput nostrum. Stantibus ergo nobis in medio ignis: non est vt quis facie ad faciem videat proximũ suum. Ait ergo senex cũ fletu. Heb illi diei in qua natus est homo si ẽ hec consolatio supplicij. Rursum dixit senex: est ne peius tormentum his? Respondit maior pena subtus nos est. Dicit ei senex. Et qui sunt in ipsa? dicit ei nos qui ignorauim⁹ deũ vel ad modicum habemus aliquid misericordie. Hi vero qui cognouerunt deum et negauerunt eum: nec fecerunt voluntatẽ eius: hi sunt subtus nos. Et post hec sumens senex caput illius sepeliuit. ¶ Orante aliquando eodẽ abbate machario in cella sua: venit ei vox dicens. Machari: nondum peruenisti ad mẽsuram illarum duarum mulierum illius ciuitatis. Surgens ergo senex mane accepit virgã suam palmeam ⁊ cepit pergere in ciuitatem. Cum vero peruenisset in eaz reperto loco pulsauit ianuam. Egressa autem vna suscepit eũ in domum suam ⁊ cum sedisset nominibus ꝓprijs vocauit eas que cum venissent sederunt cum eo. Ait autem ad eas senex. Propter vos tantum laborem itineris arripui: dicite mihi nunc opera vestra que vel quomodo sint. At ille mulieres dixerunt. Crede nobis Abba q2 neq3 hac nocte fuimus sine viris nostris. quã ergo operationem possumus habere. At vero senex cũ satisfactiõe rogabat eas: vt manifestarent ei actum suum. Tunc dixerunt ei. Nos q̃dem secundum seculum extranee nobis sum⁹ placuit autem nobis nubere duobus fratrib⁹

secundum carnem. Quindecim enim annis nos hodie due habitauimus in hac domo et nescimus si aliquando litigauimus adinuicem: aut sermonem turpem dixit vna ad alteram: sz in pace et concordia peregimus totum temp' nostrum. Subintrauit autem nobis in animum ingredi in monasterium virginum: et rogatiui ri nostri non nobis consenserunt in hoc. Cum ergo minime voluissemus obtinere huiusmodi propositum disposuimus vtrecp testamentum inter nos et deum vt vscp ad mortem per os nostrum non egrediatur sermo secularis. Audiens autem hec abbas machbarius dixit. In veritate quia non est virgo necp sub marito agens necp monachus necp secularis: sed deus secundu vniuscuiuscp propositum omnibus prestat spiritum sanctum. ¶ Dicebant patres de aliquo sene magno: qui cum ambularet in heremo vidit duos angelos comitates secu vnum a dextris et vnu a sinistris suis. Du vero ambularent inuenerut cadauer in via iacens: et cooperuit senex ille nares suas pter fetorem. Fecerunt autem et angeli similiter. et profecti pusillum dixit eis senex. Et vos hec odoratis? Qui dixerunt ei. Nequacp sed propter te cooperuimus et nos. Nam immuditia huius mundi non odoramus nos: necp appropiat nobis: sed animas que fetorem peccatoru habent ipsarum fetorem nos odoramus.

¶ Incipiunt septem capitula que misit abbas Moyses abbati Pirmenio: et qui custodierit ea liberabitur a pena.

Dixit abbas Moyses quia debet homo quasi mortu' ee socio suo mori amico suo vt no diju dicet eum in aliqua causa. ¶ Dixit iterum. Quia debet homo mortificare selpm ab omni re mala: priuscp egrediatur de corpore: vt non ledat vllum hominem. ¶ Dixit iterum. Nisi habuerit homo in corde suo q: peccator est: deus non exaudiet eu. Dixit ei frater. Quid est in corde habere: quia peccator e. Et dixit ei senex. Si quis attedit peccata sua non videt peccata proximi sui. ¶ Dixit rursum idem senex. Nisi conuenerit actus oratio ni ivanu laborat homo. Et dixit frater. Quid est consensus act' cum oratione. Rndit senex vt ea pro quibus oramus ia no faciamus. Qn enim ho dimiserit voluntate sua: tunc ei recōciliabit deus: et suscipiet orones ei'. ¶ Interrogauit eu frater. In oi labore hois qd est quod eu iuuat? Dixit ei senex. De' est qui adiuuat. Scriptu est em. De' noster refugiu3 et virt' adiutor i tribulatioib' q iuenerut nos nimis. Dixit frater. Ieiunia et vigilie quas facit ho: quid efficiut. Dixit ei senex. Qm ipsa sunt q faciut humiliari aias. Scriptu est em. Vide humilitate mea et labore meu: et dimitte omnia pcta mea. Si ergo fecerit aia labores istos: miserebit ei deus propter eos. ¶ Interrogauit frater sene dicens: quid faciet ho in omni tentatione venie̅te sup se: aut in omi imissiōe inimici. Ait illi senex. Flere debet in pspectu bonitatis dei vt adiuuet eu: et requiescet velociter si rogat intete. Scriptu est em. dns mihi adiutor no timebo qd faciat ho. ¶ Interrogauit eu iteru frater dice̅s. Ecce homo cedit seruu suu pter aliqd peccatu qd egit: qd dixit seruus ille? dixit ei senex. Si bon' seruus est: dicet peccaui miserere mei. Dicit ei frat. Nihil aliud. Dicit ei senex. No. ex quo em culpa sup se posuerit et dixerit: peccaui: statim miserebitur ei dns suus. Finis aute hoc est: non iudicare proximu. Quando em manus dni occidit omne primogenitu in terra egypti: non erat domus in q non esset mortuus. Dicit ei frater. Quid est verbu hoc. Respondit ei senex: q: si couspexerimus pcta nostra: no videbimus peccata pximi. Stultitia est hoi habe̅ti mortuu suu relicto eo abire et flere mortuu3 proximi sui. Mori aute proximo tuo est portare peccata tua: et sine cogitatu esse ab omni homie: q: iste bon' est: et iste malus est: et ne facias malu vlli homi: necp cogites malu i corde tuo in alique̅: necp spreueris alique̅ faciente̅ malum: necp acqescas facie̅ti malum pximo suo: et noli gaudere cu eo qui malu facit prio suo: hoc est mori prio suo: et noli obloq de aliquo ho[illegible] sz dicito: q: deus cognosci vnu̅quecp. Non ergo obedire detraheti: necp cogaudeas ei in detractione. Noli audire obloquente̅ proximo tuo: q: scriptu est: nolite iudicare et no iudicabimini. No habeas inimicitias cu aliquo homie necp retineas contumelias in corde tuo: necp odio habeas eu qui inimicatur tibi: et non sentias inimicitias ei'. Noli despicere eu qui inimicitias habet cum proximo suo: et hoc est pax. In his semetipsu consolare. Est labor sed sempiterna requies. ¶ Dixit alius senex. Propter te inquam o ho

mo saluator est natus ꝓpter te viuit filiꝰ dei: vt tu salueris. Factus est hō manens deus: factus est puer: factus est lector. Accipiēs nāq; librū legit in synagoga dicēs. Spiritꝰ dn̄i sup me: eo q vnxerit me: euāgelizare pauperibꝰ misit me. Factꝰ est subdiaconus. Faciēs nāq; de fune flagellū: oēs eiecit de tēplo oues vendentes ⁊ boues. Factus est dyaconus: ꝓcingens eū se in lintheo lauit pedes discipulorū suorū: precipiens eis fratrū pedes lauare. Factus est ꝑsbyter q: resedit in medio magistrorum populū docēs. Factꝰ est epūs: q: accipiēs panē: benedixit ac fregit ⁊ dedit discipulis suis. Flagellatꝰ est propter te: vt redimeret te. Crucifixus ⁊ mortuus est: ⁊ tertia die resurrexit: et assumptꝰ est. Omia hec ꝓpter nos suscepit in se oia iuxta dispēsationē oia p ordinem consequenter operatꝰ est vt saluaret nos ⁊ tu propter eū nil toleras. Simꝰ sobrij: vigilemꝰ: vacemꝰ orationibꝰ: et q̄ placita sūt ei faciētes: vt saluari possimꝰ. Joseph nōne in egyptū est venditꝰ in terrā alienā. Tres pueri in babyloniā captiui ducti sunt: nūqd ibi cuiusq̄ habuerunt notitiā? Tamē deus patrocinatꝰ ē eis: suscepitq; ⁊ glorificauit eos: q: timebat eū. q̄ dat animā suā deo: nō habet ꝓpriā volūtatē: sed expectās dei arbitriū: nō laborat. Nā si tu amvis facere voluntatē: nō cooperāte deo: nimiū fatigaberis. ¶ Interrogauit frater abbatem pastorē dicēs. Quid est qđ scriptū est: nolite cogitare de crastino? Dicit ei senex. Ad hominē respicit hoc q̄ in tentatiōe constitutꝰ est et deficit: vt nō cogitet quātū tpis in ea facturus sit: sꝫ potius qđ hodiernū est: et quotidianum futurū libēter suscipiat. ¶ Interrogauit frater abbatē ioannē dicens. Quō aīa habens propria vulnera: nō erubescit detrahere proximo suo? Cui rn̄dit senex p parabolas. Erat quidā paup homo habens vxorē: qui cū vidisset aliqn̄ aliam mulierem pulchriorem: ipsam quoq; sortitus est in coniugium. Erant autem vtreq; nude. Sed cum essent in quodam loco nundine: rogauerūt eū ambe dicētes. Tecum desideramus venire. Quas mittens nudas in doliū cum nauicula transfretauit venitq; ad locum. Facto autem meridie cū vna earum populo recedente vidisset silentium: exiliuit de dolio in quendā locū vicinum velociter: et veteres atq; conscissos pannos reperiens: precinxit se: dehinc fiducialiter visa est ambulare. Altera vero nuda sedens intrinsecus dicebat marito. Ecce meretrix ista nuda est nec confunditur. Cui maritus cū dolore ac stupore respondit. O miraculum. Hec vt cunq; confusionem suam cooperuit tu vero vndiq; nuda: non erubescis culpare vel ex parte vestitā. Jta est oīs detractor: q̄ propria mala non videns: aliena semper accusat. ¶ Dixerunt quidā fratres abbati antonio: volumus a te audire verbū quomodo saluari possumus. Tunc ait senex. Ecce scripturas audistis sufficiat vobis. Qui dixerunt: ⁊ a te volumus audire verbum. Respōdit ei senex. Audistis dn̄m dicentē si quis te percusserit in sinistrā maxillam: prebe illi ⁊ alterā. Dicunt ei. Hoc implere nō possumus. Dicit eis. Si ergo alterā prebere nō potestis: saltē in vna percussi fer te patiēter. Responderunt ei. Nec hoc possumꝰ. dicit eis. Si nec hoc potestis vultꝭ ne percutere magis q̄ ꝑcuti. Dicunt ei. Nec hoc volumus. Tunc senior ait discipulo suo. Sucos prepara fratribus istis: quia nimis infirmati sunt. Deinde dixit eis. Si nec hoc: nec illud potestis. Quid faciam vobis? ergo sola oratio necessaria ē pro vobis. ¶ Dixit abbas Johannes quibusdā fratribus. Quia fuerūt tres philosophi simul amici: quorū vnus moriēs: alteri reliqt filiū suū cōmendatū: qui in etate iuuenili prouectus: nutritoris sui adulterauit vxorē. Quo scelere cognito missus ē foras: deinde cū plurimum peniteret non ei concessit ingressum: sed ait illi. Uade ⁊ esto tribus annis inter dānatos: q̄ metalla in flumine colligūt: ⁊ sic tibi indulgeo culpā tuā. Quo post trienniū redeunte: rursus ait. Uade alios tres ānos ⁊ da mercedes vt iniurias patiaris. Jlle ergo fecit sic tres annos alios. Qui dixit ei. Ueni ergo nūc in ciuitatē athenienſiū vt philosophiā discas. Erat autem ad portam ciuitatis quidem senex philosophus sedens qui intrantes ciuitatem contumelijs afficiebat. Jniuriauit ergo ⁊ iuuenem illū. At ille iniuriatꝰ risit. Cui senex ait. Quid est hoc q ego tibi iniurias facio ⁊ tu rides? Et dixit iuuenis. Non vis vt rideam qui tribus annis vt iniurias paterer dedi mercedes: et hodie eas gratis patior? Prorsus ob hoc risi. Dixitq; ei senex. Ascende ⁊ ingredere ciuitatē. Cumq; hoc rettulisset abbas iohānes dixit. Hec porta dei: ⁊ patres nostri p multas iniurias eam gratulantes ingressi sunt. ¶ Dicebat abbas iohannes de aīa que desiderat penitere. Quedam pulcherrima meretrix fuit in quadam ciuitate que habebat plurimos amatores. Quidam autem vir de ducibus

veniens ad eam dixit. Promitte mihi castitatē tuā: ⁊ ego te accipiā in vxorem. Illa igitur mittente accipiens eam introduxit in domuꝫ suam: Cumqꝫ a suis amatoribus quereretur: agnito ꝙ ille tam magnus vir sortitus eam fuisset in vxorem dixerunt. Si accesserimus ad ianuam hominis taꝫ potētis cognoueritqꝫ desideria requirentium: procul dubio puniemur Sed venientes post dorsum domꝰ vtamur solito sibilo cumqꝫ sibilantiuꝫ illa sonum audierit descendet ad nos: ⁊ inueniemur innoxij. Que cum audisset: signauit aures suas et exiliens interiora domus ingressa est atqꝫ clausit Hec ita locutus senior dicebat meretricē esse animā amatores aūt eiꝰ esse vitia ducem vero vel principem dicebat esse xp̄m dominū auteꝫ eius celorum perpetuam mansionem sibilatores auteꝫ demones esse malignos hec ergo si casta fuerit ⁊ fidelis semper currit ad deum. ¶ Dicebat abbas pastor. Scriptum est in euāgelio. Qui habet tunicam vendat eam ⁊ emat gladiuꝫ: hoc intelligitur sic. Qui habet requieꝫ dimittat eam: ⁊ teneat gladium: id est pugnā aduersum diabolum. ¶ Dicebat qui supra. Quidam senior quidaꝫ in partibus egypti sedebat ī cella: cui frater aliquis ⁊ virgo quedam ministrabant. Accidit autem vna die vt vterqꝫ sibi ad senem venientes occurrerent. Cum ergo facto iam sero: ⁊ ad sua remeare non possent: posuit mattam senior inter vtrosqꝫ vt dormirent Frater vero ille carnis sue pugnam non sufferens miserandam virginem stuprauit et perdidit. consumatoqꝫ peccato mane discessit. Senex autem cum cognouisset ⁊ futura prospiciens tacuit in presenti. Redeuntes itaqꝫ prosequente eos sene: neqꝫ aliquam tristitiaꝫ demonstrante: vbi recessit ab eis ita adinuicem loquebantur. Putasne intellexerit hic senex facinus nostrū an non. Reuersiqꝫ ambo ad eum et penitentia ducti dixerunt ad eum. pater sancte intellexisti queādmoduꝫ nos seduxerit inimicus atqꝫ prostrauit: an non? qui respondit. Intellexi fili. Dicunt ei. ⁊ vbi fuit in illa hora mortis nostre cogitatio tua. Dixit eis. Mea cogitatio illa hora illic erat vbi crucifixus est christus. Stabam autem et flebam tam ꝑ me ꝙ̄ pro vobis. Sed quia penitentia vestra deꝰ repromisit admoneo vt curando vulneri quod per negligentiam pertulistis diligentius insistatis. Accepta igitur ab eo regula penitentie recesserunt iam fortiter certantes donec vasa electa fieri potuissent. ¶ Philosophus quidā interrogauit sanctum Antonium. Quomodo inquit sustines pater qui codicum consolatione fraudaris? Ille respondit. Meus codex o philosophe: natura rerum est creaturaꝝ que mihi quotiens verba dei legere cupio adesse consueuit. ¶ Dum quidam venisset ad abbatem macharium ⁊ meridiano estu nimia siti succensus aquā quereret ad bibenduꝫ respondit. Sufficit tibi vmbra hec: quia multi viatores aut nauigātes hunc indigent nec fruūtur ¶ Apud eundem senem cū verba de continentie exercitio haberem age inquit fiducialiter o fili: nam et ego per viginti annos continuos non pane nō aqua: non somno satiatus sum panem quidem pensatum accipiens aque vero mensuram somnū auteꝫ parietibus duntaxat me inclinans: surripere paululū festinabā ¶ Quidam frater interrogauit senem vtrū cū matre vel cum fratribus ad eos proficiscens manducare deberet: cui senex respondit. cum muliere inquit non manducabis. ¶ Interrogauit quidam frater abbatem ysidorum de cogitatu fornicationis. respondit senex. ꝙ quidem veniat cogitatio fornicationis animum conturbans atqꝫ occupans sed actum implere non preualens neqꝫ proficiens: sed tantum impedit ad virtutem. Sobrius autem vir a se eam discutiens ad orationē statim conuertit. ¶ Item de eodem cogitatu respondit senex. si cogitationes non habemus: ferarum similes erimus. Sed sicut inimicus quod suum ē exigit: nos quoqꝫ quod nostrum est implere debemus. Insistamus orationi ⁊ inimicus fugabitur vaca meditationi dei: ⁊ vincis. Perseuerātia boni victoria est: certa viriliter: ⁊ coronaberis. ¶ Dixit abbatissa syncletica. Aduersarius noster facile a nihil possidentibus superatur. Non eñ habent quo ledātur quia pleriqꝫ merores angustie atqꝫ tentationum a deo separantium in oblatis pecunijs ceterisqꝫ facultatibus flere consueuerunt. ¶ Rursus que supra. Qui visibiles inquit diuitias et multis laboribus atqꝫ maximis periculis colligunt dū plura lucrantur plurima concupiscunt: et presentia quidem tanꝙ̄ nihil existimant nos vero necessaria pro timore dei renuimus possidere. ¶ Dixit quidam senex. Qui animā suam ligat memoria malitie similis ē igni inter paleas occultato. Dixit quidā senex si inquit de vita eterna cuiqꝫ sermonem facis dic verbum audiēti cū cōpunctione ⁊ lachrymis alioquin nō dicas: ne fias inutilis alienis verbis alios

seruos facere festinās. peccatori namq3 dixit
deus. Quare tu enarras iustitias meas: & assu
mis testamentū meū per os tuū. Dic ergo ca
nis sum immo canis melior me est: propter quod
et amat dominū suū: & ad iudicium dei non ē
venturus. ¶ Interrogauit quidā frater senio
rem dicens. Quō aia mea diligit immunditiā
Dixit ei senex. Anima quidē corporales ple
rumq3 desiderat passiones: sed spiritus dei ē
qui eā cōtinet. Flere ergo debemus. & immun
ditias nostras attendere diligenter. Vidisti
mariā magdalenā quēadmodū cū se ad sepul
chrum domini inclinasset & fleret: vocauit eā
dñs. Sic erit & anime. ¶ Interrogauit frater
seniorem dicens. Quid sunt peccata? Dixit ei
senex. Peccata sunt cum homo sua delicta ve-
lut nihil despiciēs: alios docere conat. propter
ea dñs dicit in euāgelio. Ipocrita eijce primū
trabem de oculo tuo: & tunc videbis eijcere fe-
stucam de oculo fratris tui. ¶ Interrogauit
frater seniorē dicens. Quid agā q: anim' me'
in paruo labore me vulnerat. Dicit ei senior.
Non eñ miramur ioseph cū esset puer in egy
pto in terra colentiū ydola: quēadmodū tem
ptationes viriliter pertulit et deus glorifica-
uit eū vsq3 in finē. Videamus & iob q' se vsq3
in finē nō relaxauerit tenens deū vnde eū nul
lus a spe que in deū est mouere preualuit. In
terrogatus est senior a quodā militante si de'
reciperet penitentē. Qui cū eū pluribus edifi
casset sermonibus: postremo ait ad eū. Dic mi
hi dilectissime si clamis tua cōscissa fuerit pij
cis ne eā. Qui respōdens ait. Nō. Sed resar-
ciens vtor ea: dicit ad eum senior. Si ergo tu
parcis proprio vestimēto deus sue imagini nō
indulget. ¶ Erat quidā frater in cellula q post
expletas missas cū dimitteret ecclesiam: expe
ctabat donec omnes egrederentur ne aliquis
eū teneret ad manducandū. Una ergo dierū
expleto cōuentu ante oēs egressus est & curre
bat ad cellā suā. quē intuēs presbyter currētē
miratus est. Cūq3 transacta septimana venisset
frater ille in collectā eccl'ie dixit ei presbyter.
Dic mihi frater. Que causa sunt circa te: qui p
oēs quidem cōuentus remanebas vltim' oim
q3 in collectione preterita añ oēs egressus es
Cui frater ille rñdit. Quia abstinebā ne mihi
coquerem & iō expectabā vt aliqs me teneret
ad manducandū illa vero collecta priusq3 veni
rem in ecclesiā coxi mihi pusillum lenticule:
ideoq3 cōsummato sacro ministerio añ omnes
exiui. Audiens autē hec presbyter dedit mā
datū in ecclesia dicēs. frater añq3 veniatis ad
collectā ecclesie cogite vobis pusillū coquere
vt propter illud cū alacritate festinetis recurre
re in cellulas vestras. ¶ Venit aliquando iu
dex regionis alicuius de prouincia abbatis pa
storis. Venientes aūt oēs habitatores loci il-
lius rogauerunt ipsum abbatē vt veniens ro-
garet eū. qui dixit eis. Sinite me tres dies: &
tūc veniā. Orauit q3 senex ad dñm dicēs. Dñe
noli mihi dare gratiā hāc: alioqn nō pmittūt
me hoies sedere in loco isto. Veniens ergo se
nex rogauit iudicē. At ille dixit. Pro latrone
rogas abba? Gauisus est aūt senex q: nō obti-
nuit apud iudicem grām quā postulauit: et sic
rediit in cellā suā. ¶ Dicebant seniores: q: qñ
intrabat moyses in nubem cū deo loquebatur.
quando autem exibat de nube loquebatur cū
populo. Sic & monachus donec in cella sua est
cum deo loquitur: egrediens aūt de cella loq-
tur cū demonibus. Venit quidam adolescens
ad abbatē machariū vt sanaretur a demonio: &
dū esset foris stans ecce aduenit quidā fra
ter de aliquo monasterio & cōcubuit in pecca-
tum cū adolescente illo egressus aūt senex cer
nit fratrem illū peccantē cū paruulo illo. & nō
increpauit eū dicens. Si deus qui plasmauit
eos & videns patientiam in illis hz qui si vel-
let incēderet eos ego quis sum vt arguā eos?
¶ Dicebant de quodā sene qui habitabat in in-
ferioribus partib' egypti. Quia sedebat quie-
tus & vnus secularis ministraret ei. Contigit
aūt vt filius illius secularis infirmaretur: qui
multū rogabat senē vt veniens oraret pro pue
ro. Surgēs quoq3 senex abiit cū ipso. Precur
rens aūt ille securus introiuit domū suam di
cens. Venite obuiam solitario illo sancto. Vi
dens autem senex eos a longe exeuntes cum
lampadibus cognouit q: sibi venirent i occur
sum & exuēs vestimenta sua misit illa in flumi
ne & cepit lauare ea stās nudus. Minister au
tē eius ille laycus erubuit videns eū nudū: &
rogauit hoies illos dicens. Reuertimini quia
senex ille mente excessit. Veniensq3 ad senē
dixit ei. Quid hoc fecisti? Omnes eñ dicebāt
q: demoniū hz senex iste qui dixit. Et ego hoc
volui audire. ¶ Interrogauerunt quidā senio
res abbatē pastorem dicentes. Si viderimus
aliquē fratrē peccantē: arguemus eū. Respō-
dit eis Abbas pastor. Ego interim si necesse
habuero trāsire inde. & videro eū peccantē pre
tereā & nō arguā eum. Sed q: scriptū est q vi-
derūt oculi tui hiis testimoniū phibe ideo di

co vobis q: si nõ palpaueritis manib' vestris nolite testificari. Aliqñ ei quidaz frater seductus est in huiuscemodi re: reppuit ei: quasi q frater quidaz cũ muliere peccaret. Qui cuz p multuz ĩpugnaretur a cogitationibus existimãs simul coire eos abijt: & pulsauit eos pede suo dicens. Cessate iã. Et ecce erant manipuli messis triticee. Idcirco dixi vobis nisi & manibus vestris palpaueritis nolite testificari. Dicebant de quodã fratre q: sedebat in heremo et seducebatur a demonibus per multos ãnos ipse vero existimabat q: angeli essent. Egrediebatur aũt pater ei' scd'm carnẽ p tps & visitabat eũ. vna aũt dierũ pater tulit bipẽnẽ secũ dicens q: reuertẽs afferã mihi pauca ligna. & preueniens vn' demon dixit ad filiũ eius. Ecce diabolus veniet ad te in similitudĩe patris tui habens bipẽnẽ vt impugnet te. Tu ergo p̃ueniens tolle illam bipennẽ ab eo occide eum Igitur pater scd'm cõsuetudinez venit & accipiẽs filius ei' bipẽnẽ ab ipso percussit eũ & occidit & cõtinuo adhesit ei spirit' malignus et suffocabat euz. ¶ Referebant sancti seniores nobis dicẽtes. Q: fuit quidam monach' in heremo scithi. Venit aũt ad visitandũ sanctos patres qui habitabant in loco qui dicit' cellia vbi multitudo mõachoꝝ diuisis habitabãt cellulis. Cumq3 nõ inueniret ad presens cellulã vbi posset manere quidam de senioribus hũs cellulam vacantem dedit ei dicens. Interĩ re pulsa in hac cellula donec inuenias vbi possis manere. Cũq3 ad visitandum eũ cõuenirẽt q̃ plurimi fratres desiderãtes ab eo audire verbũ salutis eterne: habebat eñi gratiã spiritualẽ docendi verbũ dei. Videns ergo ille senior qui ei ad habitandũ prestiterat cellulam: inuidie liuore cor eius vulneratũ est & indignari cepit ac dicere. Quoniaz ego tantis temporibus in hoc loco habitato & non ad me cõueniunt fratres nisi rarissime & hoc in dieb' festis et ecce ad istũ ĩpostorẽ pene quotidie frẽs q̃plurimi ↄueniũt. Dixit aũt discipulo suo vade dic ei vt ingrediatur de cella illa qm̃ necessaria est mihi. Cũ ĝ perrexisset discipulus eius ad fratrẽ illũ dixit ei. Mãdat abbas me' sanctitati tue qualiter te habeas: audiuit eñi te infirmari. Ipse vero remandauit ei: dicẽs. Ora pro me dñe pater quia valde stomachũ doleo. Reuersus autem discipulus dixit abbati suo. Nimis rogat sanctitatez tuã vt vel duos dies iubeas ei inducias dare: vt possit sibi aliã cellam prouidere. Transactis autem trib' dieb'. Iterũ misit discipulũ suũ dicens. Vade & dic ei: vt egrediatur de cella mea. Nã si rursus distulerit: dices ad euz. Quia continuo venio et cũ baculo cedendo expellam eũ de cella mea. Pergens autẽ discipulus ad supradictũ fratrem: dixit ei. Quoniã valde sollicitus est abbas meus de infirmitate tua: ideo misit me requirens si melius habeas. At ille hec audiẽs remandauit dicens. Gratias ago sancte caritati tue: q: sollicitus es de me: veruntamẽ precib' tuis meli' habeo. Reuersus aũt discipulus dixit abbati suo. Etiã et nunc satis deprecatur sanctitatẽ tuã: dicẽs: vt vsq3 ad dñicũ diem expectes eũ et statim egredie'. Cũ aũt ad uenisset dñic' dies: & nõ egredere': accipiẽs vectẽ senior: infl ãmat' inuidie & iracũdie spũ: pgebat vt cedẽdo expelleret eũ de cella. Accedẽs aũt discipul' ei' dixit ei. Si iubes pater precedo te: & videbo ne forsitã aliqui frẽs ad salutandũ eũ venerint: & si viderint te scandalizentur. Precessit ergo discipulus & ingressus ad eũ dixit. ecce inquit abbas meus venit ad salutandũ te. egredere ergo celerius: et cũ gratiarũ actiõe occurre ei: q: pre nimia caritate & dilectione veniet ad te. Cumq3 vidisset eum anteq̃ appropinquaret: prostrauit se pronus in terrã: adorabatq3 senẽ cũ gratiarũ actione dicens. Retribuat tibi domin' carissime pater bona eterna pro cellula quam mihi propter nomen eius prestitisti: & in celesti hierusalem inter sanctos suos xpũs dñs tibi gloriosam preparet mansionẽ. Hec audiens senior compunctus est corde: & proijciens baccu lũ: cucurrit in amplexũ eius & osculat' est eũ: et inuitauit illũ in cellã suã: et pariter cũ gratiarũ actione perceperunt cibũ. Vocauit aũt senior supra memoratũ discipulũ suũ: & interrogauit eũ dicens. Dic mihi fili: si dixisti isti fratri verba mea q̃ propter cellã illi mandaui: vt diceres ei? Tũc discipulus eius confessus est ei dicens. Vere dico tibi pater: quia ꝓpter humilitatẽ quã tibi exhibere debeo tanquam patri spirituali: non audebã tibi respondere aliquid qñ mittebas me ad eum. Veruntñ nihil eorũ dixi ei que mandabas ei. Hec audiẽs senior prostrauit se in terraz ad pedes discipuli sui dicens. Ex hodierna die et deinceps tu mihi pater esto et ego discipulus tuus: quoniam te cuz timore & caritate dei hec agente: et meam & illius fratris animaz de peccati laqo xpũs dominus liberauit: ꝓuocante eũ et sancta sollicitudine & intentione discipuli q̃ pse-

ete in charitate christi diligebat abbatē suū: et
anxius timebat ne per inuidie ⁊ iracundie vi-
tium aliquit tale ageret pater eius spiritalis:
⁊ perderet om̄es labores quos ad ineunte eta
te in xp̄i seruitio ꝓ vite eterne premijs labora
uit. Ideoq̄ dominus donauit gratiam suā: vt
in pace xp̄i pariter letarentur. ¶ Cōsiliū inter
se habuerūt sancti p̄res ⁊ omnes monachi ha-
bitantes in heremo scithi: ⁊ cōsenserūt vt bea
tus pater Isaac presbyter ei ordinaret̄ in ec-
clesia: que in ipsa heremo sita est: vbi cōuenit
die ⁊ hora statuta multitudo monachorum qui
in ipsa heremo conuersantur. Audiens autē
supradictus abbas Isaac: huiusmodi cōsilium
fugit in egyptum: ⁊ abscōdit se in quodā agro
inter frutecta: arbitās indignū se eē presbyte
rio. Quē plurimi fratres monachi sequebant̄
vt comprehenderent eum. Cū autē applicuis-
sent ad vesperum in eodem agro vt reficerent̄
fatigati de itinere: erat enim nox. dimiserūt
asellū qui eis sumpt⁹ portabat itineris vt pa-
sceret̄. Cū aūt pasceret̄ asellus peruenit in lo
cum vbi supradictus abbas Isaac latitabat cū
q̄ eluxisset dies requirentes monachi asellum
ꝑuenerūt ad eūdē locū vbi senior se occultaue
rat: ⁊ admirātes valde diuinā dispensationem
cōprehendentes ligare ⁊ constringere volue-
runt eum: ⁊ ita ꝑducere. Venerabilis autem se
nior non permisit dicens. Iam nō possum con
tradicere vobis: quia forsitan voluntas dei est
vt licet indignus suscipiam ordinem presbyte
rij. ¶ Erat quidam in cenobio iā senex proba-
tissimus monach⁹ ⁊ grauissimā egritudinē in
currit: ꝯfectusq̄ nimia ⁊ intollerabili infirmi
tate: ꝑ longū temp⁹ laborabat in dolorib⁹ mul
tis: nec inuenire poterant fratres qualiter suc
currerent egritudini eius: quoniam ea que ne-
cessitas infirmitatis eius expetebat: nō habe
baut in monasterio. Audiens autē quedā fa-
mula dei de afflictiōe infirmitatis eius depre
cabatur patrē monasterij: vt eū ad cellulam suā
tolleret: ⁊ ministraret ei: maxime quia facili⁹
inuenire posset in ciuitate que necessaria eius
egritudini videbantur. Precepit ergo pater
monasterij: vt portarēt eum fratres ad cellulā
famule dei. Ipsa vero cum omni veneratione
suscipiens eū propter nomē domini ministra-
bat ei: ⁊ propter retributionē mercedis eterne
quā credebat a christo saluatore nostro se acce
pturam. Cūq̄ per tres annos sedule obseque-
retur ⁊ ministraret famulo dei: ceperunt homi
nes mēte corrupti s̄m scabiē mentis sue suspi
cari: q̄ non sincerā haberet senior conscientiā
de virgine qua ministrabat ei. Audiens autē
hec senior exorabat diuinitatem xp̄i dicēs. Tu
domine deus noster qui solus cognoscis oīa: ⁊
vides quia multi dolores sūt egritudinis ⁊ mi
serie mee: ⁊ afflictiones tante infirmitatis: q̄
me ita tanto consumunt tempore: vt necessari
um habeā obsequiū huius famule tue: que mi
hi propter nomen tuum ministrat: tribue ei do
mine deus condignam mercedem in vita eter
na: sicut dignatus es propter bonitatem tuam
promittere his qui propter nomen tuum ege-
nis ⁊ infirmis suum exhibēt ministerium. Cū
autem appropinquasset dies transitus eius de
hoc mundo conuenerunt ad eū q̄plurimi san-
cti seniores ⁊ fratres de monasterio. Et dixit
eis senior. Obsecro vos patres ⁊ fratres: vt cū
defūctus fuero tollatis bacculum meum ⁊ plā
tate eum super sepulchrum meum: ⁊ cum radi
ces miserit feceritq̄ fructus: tunc scietis quia
munda est cōscientia mea a famula dei que mi
nistrat mihi. Si autem non fronduerit: scito-
te quia non sum mundus ab ea. Cum ergo vir
dei exisset de corpore: s̄m preceptum eius san
cti seniores plantauerunt baculum eius super
sepulchrum eius et fronduit. Accedentiq̄ tē-
pore protulit fructum: ⁊ admirati sunt omnes
glorificantes deum. Ad tale enim miraculum
etiā de vicinis regionib⁹ multi venientes ma
gnificabant gratiā saluatoris. Nā ⁊ nos ipsā
arbusculā vidimus: ⁊ benediximus dominum
qui protegit omnes in securitate ⁊ veritate si-
bi seruientes.

¶ Explicit liber de conuersatione optima san-
ctorum patrum: ⁊ per consequens secunda ps
huius operis.

¶ Incipit tertia pars libri Vitaspatrū: vide-
licet de regula vel conuersatione egyptiorꝫ mo
nachorꝫ ⁊ eorꝫ qui degunt apud palestinam vel
mesopotaniam.

¶ Incipit prologus.

FRequenter ac sepius a
me frēs flagitast̄ vt vobis gratia edi
ficationis regressus de partib⁹ trās
marinis edisseram mee peregrina-
tionis hystoriam vel qualiter in oriente fides
xp̄i floreat: quod sit principium: que sanctorꝫ
quies: que sanctorum instituta monachorum:
que heremitarum vita vel conuersatio. Si vel
in heremo viuere christianis lꝫ: q̄tisq̄ signis

ac virtutibus in seruis suis xps operet: que3 admodū etiā mihi prospera fuerit nauigatio: quavel q̄ me iter terrenū pduxerit. Uestris g̃ adiutus orationib⁹ faciā vt desiderare vos video: ꝛ quesovt libentissime ad ea que narro aurem accōmodetis.

¶ Finit prologus.

¶ De monacho solitario qui in finib⁹ cyrenoꝝ in paruo tugurio cōmanebat. Capitu. .I.

Ante hoc triēniu3 quo tempore hinc abij: vbi a narbona nauim soluim⁹: quinto die portū africe intrauimus: adeo ꝓspera dei nutu nauigatio fuit: libuit aīa adire cartaginē: loca visitare sanctoꝝ: ꝛ precipue ad sepulchrū cypriani martyris adorare. Quintodecimo igitur die ad portū regressi profectiq̄ in altū alexandriam petentes: reluctāte austro: pene in sirtim illati sumus qđ prouidi naute cauentes iactis anchoris naui3 sistunt. Sub oculis aūt terra continens erat in qua3 scafis egressi: cū vacua omnia ab humano cultu cernerem⁹ ego studiosius explorandoꝝ locorum gratia longius processi tribus fere a littore milibus: paruum tigurium inter arenas cōspicio: cuius tectum quasi carina nauis erat contiguu3 terre satis firmis tabulis constructum. Non qđ ibi ymbrium vlla vis timeatur: fuisse aūt illic pluuiā nec aliqñ quidā auditū est: sed qđ ventoꝝ tanta vis est: vt si quando vel clementiore celo aliquātū spirare flatus ceperit: maius in illis terris q̄ invllo mari naufragium fit. Nulla ibi germina: sata nulla perueniunt: quippe in instabili loco arentibus arenis. ad omne3 motū ventorum cedentibus. Uerū ibi aduersa quedā a mari pramōtoria vētis resistunt: terra aliquantulum solidior herbā rarā atq̄ hispidam gignit ea auibus est pabulum satisvtile. Incole loci illius lacte viuūt. Qui solertiores sunt vel vt ita dixerim ditiores ordeaceo pane vtūtur. Ea ibi sola messis est: que scelerītate prouentus: per naturam solis siue aeris ventorū casus euadere solet. Quippe fertur a die iacti seminis tricesimo die maturescere. Consistere autem ibi homines nō alia ratio facit q̄ ꝙ omnes tributo liberi sunt. Extrema siquidem cyrenorum ora est deserto illi contigua: quod inter egyptum ꝛ affricam interiasset: per qđ olim catho cesarē fugiens duxit exercitu3. Ergo vt ad tuguriū illud: qđ eminus cōspexerā: ptēdi: inuenio ibi senē in veste pellicea: molam manuvertentē. Cōsalutat⁹ accepit nos benignissime. Electos nos in illud littus exponimus: ꝛ ne statim repetere cursu3 possem⁹ maris mollitie detineri. Egressos in terram: vt est mos hūani ingenij: naturā locoꝝ: cultūq̄ habitantiū voluisse cognoscere: xpianos nos esse: id precipue querere an essent aliq̄ inter illas solitudines xpiani. Tūc vero ille flēs pre gaudio ad genua nostra puoluit: itez ac sepi⁹ nos deosculās inuitat ad oratione. Deinde expositis i terrā ferinis pellib⁹ facit nos discūbere: apponit nos prādiū sane locupletissimū: dimidiū panē ordeaceū. Eram⁹ autē nos quattuor: ꝛ ipse erat q̄ntus. Fasciculū herbe etiā intulit: cuius nomē mihi excidit: q̄ mente similis est exuberās folijs saporez mellis pstabat. Hui⁹ p re dulci admodū suauitate: ꝛ delectati sum⁹ et satiati. Septē eñi diebus apud illū fuim⁹. Postera igit̄ die: cū aliq̄ ex incolis ad nos cōfluere cepissēt: cognoscim⁹ illū hospitē nostꝛ esse p̄sbyteꝝ: qđ suma nos dissimulatione ille celauerat. Deinde cū ipso ad ecclesia3 processimus: que fere duobus milibus a conspectu nostro interiectu montis exclusa aberat. Erat aūt vilibus tetta virgultis: nō multo ambitiosior q̄ nostri hospitis tabernaculū: in quo q̄s nisi curuus poterat cōsistere: cu3 horum mores quereremus: illud preclarum aīaduertimus: nihil eos neq̄ vendere neq̄ emere. Quid sit fraus atq̄ furtū nesciunt: aurū atq̄ argentū: neq̄ hñt: neq̄ hēre cupiunt. Nā cū ego p̄sbytero illi decē aureos obtulissem: refutauit. Et cū nollet eos accipe aliquātulū vestimentoꝝ ei indulsimus. Qđ cū ille benigne accepisset reuocātib⁹ nos ad mare nautis discessimus ab eo.

¶ De dictis origenis q̄ heretica sint. Cap itu. ij.

Prospero igitur cursu septimo die alexādriā peruenim⁹: vbi feda inter epōs et monachos certamina gerebantur. ex ea occasione: vel quia causa illa ꝙ congregati in vnu3 sepius sacerdotes frequenti⁹ decreuisse finxdis videbant̄ ne q̄s origenis libros legeret: aut habe ret. Qui tractator sanctarū scripturarum peritissimus habebat̄: sed epī quidā in libris illi⁹ insani⁹ scripta memorabant. Que assertores origenis non ausi defendere: ab hereticis potius fraudulenter inserta dicebant: ꝛ non ꝓpter illa solū que in rephēsione merito notarētur: verūetiā et reliqua esse dā

teni: quibus summa vis est: sub abbatis imperio viuere nihil arbitrio suo agere per oia ad nutu͂ illi⁹ ptātēq; pendere. Ex his q̄ si qui maiorē v̄tutē mente: cōcupiuerint: vt acturi solitariā vitā ac se ad heremū: cōferāt nō nisi permittēte abbate discedunt. Hec illoꝝ prima virtus ē parere alieno impio. Transgressis q̄ ad heremum abbatis illius ordinatione: panis ⁊ quilibet alius cibus ministratur.

¶ Quod frater in heremo pascit pane celico. Capitulū. V.

Casu per illos dies quibus illuc aduenera; cuidā solitario qui nuper ad heremū secesserat: necq; amplius ab hoc monasterio q̄ sex milib⁹ tabernaculū sibi constituerat panem abbas per duos pueros miserat. Quoꝝ maior hēbat etatis annos quindecim: minor duodecim annis erat. His ergo inde redeuntibus: aspis mire magnitudinis venit obuiam: cuius occursu nihil perterriti vbi pedes eorum peruenit quasi incantata carminib⁹ cerrula colla deposuit minor ex pueris manu eam apprehensam ac pallio inuolutam ferre cepit: deinde monasteriu; quasi victor ingressus in occursum fratrū captiuam bestiā resoluto pallio non sine iactantie tumore deposuit. Sed cum infantium fidē atq; virtutem ceteri predicarent. Abbas ille altiori consilio ne infirmior etas insolesceret: vtrumq; virgis compescuit multum obiurgatos: cur ipsi quod per eos operat⁹ fuerat dn̄s prodidissent opus illud non sue fidei: sed diuine fuisse virtutis discerent: poti⁹ deo in humilitate suire: non in signis ⁊ virtutib⁹ gloriari: q; melior esset infirmitatis cōscientia virtutū vanitate. Hoc vbi ille frater audiuit solitari⁹ ⁊ periclitatos infantulos serpentis occursu: ⁊ ipsos insuper multa verbera victo serpēte meruisse abbatem obsecrat: ne sibi post hec vllus panis aut cibus aliquis mitteret. Jamq; octauus dies fuerat emensus quo se homo xp̄i: intra periculum famis concluserat ipse. Arebāt membra ieiunio: sed deficere mens celo intenta nō poterat: corpus inedia fatiscebat: fides firma durabat cu; iterim admonitus abbas ille p spm̄: vt discipulum visitaret pia sollicitudine cognoscere: cupiēs: qua vite substātia vir fidelis aleretur. Qui ministrari sibi panem ab hoie voluisset: sed requirēdū eū ipse abbas ꝓficiscit. At ille vbi eminus senem venire conspexit: occurrit ei obuiā: agit gratias ducit ad cellulā: cū ingressi pariter ambo conspiciunt palmiciā sportam: calido pane congestam foribus affixam de poste pendere: ac primū panis callidus sentit odore: tactu vero ac si ante paululū foco esset ereptus ostēditur: egyptij tamē forma nō cernitur panis: obstupefacti ambo munus celeste cognoscunt: cum ille hoc abbatis aduentu prestitum fateretur. Abbas vero illius fidei ac virtute id potius ascriberet: ita ambo celeste; panē cū magna exultatione fregerūt. Quod cum abbas ad monasterium post regressus fratribus retulisset: tantus omnes incenderat ardor animarum: vt certati; ad heremum ⁊ sacras solitudines ille properarent.

¶ In hoc monasterio duos ego iam senes vidi qui per quadraginta annos ibi degere: ita vt nunq̄ inde discessisse ferebantur. Siquidem id de eorum virtutibus: ⁊ abbatis ipsius testimonio: et omniū fratrum audierim sermone cōsono celebrari: qd̄ vnum eoꝝ sol nunq̄ vidisset ambulantem: alterū: nunq̄ vidisset iratū. Sed quia vnius heremite cognouistis virtutē: referām vobis adhuc pauca de pluribus.

¶ Quod leena tanq̄ animal mansuetum a sene escam cepit. Capitu. VI.

Ego vbi primā partem heremi ingressus sum: duodecim fere a nylo milibus: habebā autem vnum ex fratribus ducem locorum peritū peruenimus ad quēda; senē monachū sub radice montis habitātem ibi quod in illis locis rarissimū ē puteus erat. Bouē vnū habebat: cui⁹ hic erat tot⁹ labor impulsa rotali machina aquā producere. Nā vero mille: aut amplius pedū profundū putei ferebat hort⁹ illic erat multis oleribus copiosus. Id quidē contra naturā heremi: vbi oia arentia exusta solis ardorib⁹ nulli⁹ vnq̄ seminis vel exigua; radicē ferunt reperisse. Verū hic sancto illi labor cum pecude communis: ⁊ ꝓpria prestabat industria frequēs em̄ irrigatio aque: tātam pinguedinē arenis dabat: vt mirum in modū viuere atq; fructificare hortuli illius olera videremus. Ex hoc ergo vna cum domino suo bos ille viuebat: nobis quoq; ex ea copia cenam sanctus ille dedit post cenam autem iam inclinante vespera: inuitat nos ad arborem palme cu⁹ius interdum pomis vti solebat. Que fere duobus milibus aberat. Nam he tantum in heremo arbores: l; rare habeant: tamen vtrum solers antiq̄tas procurauerit: an solis natura gi

gnat ignoro: nisi de⁹ prescius futuroꝝ habi tandam quandoqꝫ sanctis heremū: hec seruis suis parauerit. Ex maiore em̄ parte que intra illa cōstituit secreta: cū alia germina nulla suc cedant istarū arborꝫ pomis ibi aluntur. ergo vbi ad illam ad quam nos hospes noster duce bat arborē peruenimus: leonē ibi offendimus Quo viso ego ꝛ ille. dux meus intremuimus: sanctus ille incūctanter accessit: nos licet tre pidi secuti sumus fera paululū ab eo impera ta modesta discessit ꝛ ꝯstitit dū ille attigua ra mis humilioribus poma discerperet. Cumqꝫ palmis plenam manum obtulisset occurrit be stia: accepitqꝫ tam libere ꝙ nullum animal do mesticum. Et cum comedissꝫ abcessit nos hec intuentes ꝛ adhuc trementes facile potuim⁹ agnoscere quanta in illo virtus fidei: ꝛ quāta in nobis esset infirmitas

¶ Qd̄ culpa a fene pascitur. furti rea veniam precatur. Cap. VII.

Lium eque singularē virū vidim⁹ puo tugurio in quo nō nisi vn⁹ recipi posset habitantem. hui c lupa solita erat astare cenāti: nec facilē vnq̄ bestia fallebatur: qn illi ad legi timā horā refectionis occurreret ꝛ tamdiu ꝓ forib⁹ expectaret: donec ille panē q̄ in cena su pererat offerret. Illa manū ei⁹ lambere solita atqꝫ ita q̄si impleto officio ꝛ prestita consolati one discedebat. Sed forte accidit vt sanct⁹ il le dū fratrē q̄ ad eū venerat deducit abeūtem: diuti⁹ abesset ꝛ nō nisi sub nocte remearet in terim bestia ad consuetū illud tp̄s cene occur reret vacuā cellā cū familiarē patronū abesse sētiret: ingressa est curiosi⁹ explorās vbi nā eēt habitetor casu cōtigua cū panib⁹ qnqꝫ palmi cia fiscella pendebat ex his vnū sumit ꝛ deuo rat: deīde ꝑpetrato scelere discessit. Regres sus heremita vidit sportellā dissolutā nō ꝯstā tē panū nūero dānū rei familiaris intelligit: ac ꝓpe limē panis absumpti fragmēta cogno scit: sed nō erat incerta suspicio q̄ furtū ꝑsona fecisset. Ergo cū sequētib⁹ dieb⁹ secūdū cōsu etudinē bestia nō veniret nimiꝫ audacis facti conscia ad eū venire dissimulans: cui fecisset iniuriā egre patiebatur heremita se alūne so latio destitutū postremo illius oratione reuo cata septimuꝫ post diem affuit: vt solebat ante fores cenāti: sed vt facile cerneres verecūdiā penitentis non ausa ꝓpius accedere deiectus profundo pudore in terram liminib⁹ quod pa lam liceb at intelligi quandam veniam preca batur. Quā illius cōfusionē miserat⁹ hermi ta: iubet eā ꝓpius accedere ac manu blanda caput triste permulcet: deinde pane duplicato eā refecit ita indulgentiaꝫ secuta officij cōsue tudineꝫ deposito merore reparauit. Intuemi ni quesо xp̄i etiā in hāc virtutem: cui sapit oē quod brutū est: cui mite est oē quod seuit lupa officiū prestat bestia furtiqꝫ crimen agnoscit: conscio pudore confunditur: vocata adest ca put prebet ꝛ habꝫ sensum indulte sibi venie: si cut pudorē iessit errati. Tua hec virtus chri ste: tua hec. s. xp̄e miracula. Etenī que in tuo noīe operātur serui tui: tua sunt mirabilia: et in hoc ingemiscimus ꝙ maiestatem tuaꝫ fere sentiunt hoīes nō verentur. Ne cui aūt hoc in credibile videatur: maiora adhuc memorabo. Fides xp̄i adest me nihil fingere sed que mi hi bene cōperta sunt explicabo.

¶ Qd̄ quinqꝫ catuli leonū ceci per anachore tam illuminati sunt. Cap. VIII.

Habitabant pleriqꝫ in heremo fine vllis tabernaculis: q̄s anachoretas vocant. Uiuūt herba rū radicibus: nullo vnq̄ certo loco consistunt ne ab hominibus visitentur. ad quē dam igitur hoc ritu atqꝫ hac lege viuētē: duo ex nytria monachi licet longe diuersa regiōe tamen q: olim ipsis in monasterij cōuersatiōe carus ꝛ familiaris fuisset auditis eius virtuti bus tetenderunt. Quē diu multūqꝫ quesitum tandē mense iunio reppererunt in extremo il lo deserto: quod est mēphis cōtiguū demoran tem: quas ille solitudines iam per annos duo decim dicebatur habitare. Qui licet oīm homi nū vitaret occursum: tamen agnitus fratrib⁹ non refugit: seqꝫ carissimus per triduum non negauit. Quarto die aliquantuluꝫ progressus cum prosequerentur abeuntem leenam mire magnitudinis ad se venire conspiciunt. Be stia licet tribus reptis non incerta quem pete ret anachorete pedibus aduoluitur: ac deinde precedentem sequuntur. Nam illa preiens et subinde restans in eos intendebat vt facile posset intelligi id eam velle vt quo illa duce bat anachoreta sequeretur. Quid multis? ad speluncam bestie peruenit vbi illa adulta hos iam quinqꝫ catulos male feta nutriebat. Qui vt clausis luminib⁹ ex aluo matris exierāt: ce citate ꝑpetua tenebantur. Quos singulos de rupe ꝓlatos: aū anachorete pedes mater expo

fuit. Tunc demū fetūs aduertit quid bestia postularet. Inuocatoq; xpi nomine cōtrectauit manu clausa lumina catuloꝝ: ac statim cecitate depulsa apertis oculis bestiaꝝ diu negata lux patuit. Ita fratres illo anachoreta quē desiderauerant visitato fructuoso laboris sui mercede ad monasteriū redierunt: et fidē sancti gloriamq; xpi quā ipsi viderāt narrauerunt.

¶ Frater quidam ibicis exemplo didicit quid de herbis edere: q̄due respuere deberet. Ca. IX.

Fuit et alius in illis regionibus anachoreta: qui in ea parte q̄ ē sienis habitabat. Hic cū primū se ad heremū cōtulisset: herbis herbarūq; radicibꝰ: q̄s predulcis interdū et saporis eximij fert arena: victurus: ignarus germis eligēdi nociua pleraq; carpebat: nec erat facile vim radicum sapore discernere: q2 oīa eq̄ dulcia: sed pleraq; occultiore natura virus letale hēbant. Cū ḡ edētē vis interna torqueret et immēsis doloribus vitalia vniuersa quaterētur: ac frequēs vomitꝰ cruciatibꝰ nō ferendis: ipam aīe sedem stomaco iā fatiscente dissolueret: heremita omnia penitꝰ que essent edenda formidans: nihil iā gustare audebat. Septimum quoq; ieiunus diē: spū iam deficiēte ducebat. Cū ad eū fera cui ibicis ē nomē accessit huic ꝓpius astanti fasciculū herbaꝝ quē collectū pridie attingere heremita non audebat obiecit. Sed fera que virulēta erāt ore discutiēs q̄ innoxia nouerat eligebat. Ita vir sanctꝰ eiꝰ exemplo: quod edere quod respuere deberet edoctus periculum famis euasit: et herbarum venena vitauit.

¶ Frater quidam quinquagintaannis in mōte syna constitutus non patitur aliorum fratrum accessus. Capi. X.

Sed longum est de omnibus qui heremū icolūt ꝑperta nobis memorare. Annū integrū et septē fere mēses intra solitudinē cōstitutꝰ exegi sepius tū cū illo sene qui puteum et bouē habuit habitaui. Duo btī Antonij monasteria adij: q̄ hodie ab eius discipulis incolunt. Ad eū etiā locū in quo btissimus paulus primus heremita conuersatꝰ est accessi: iugū syna mōtis vidi: cuiꝰ cacumē celo pene contiguū neq̄q̄ adiri pōt. Inter huiꝰ mōtis secessus anacoreta esse aliquis ferebatur: quem diu multūq; q̄situ videre non potui. Qui fere iā añ quinquaginta ānos a ꝯuersatiōe hūana remotꝰ: nullū vestis vsus hēbat: sed setis corpis sui tectus erat. Hic itaq; quotiēs eū religiosi viri adire voluerunt: cursu rapido auia petēs: occursum fugiebat hūanū. Uni tm̄mō ferebat se añ q̄nquēniū prebuisse vidēdū: qui credo potenti fide id obtinere ꝑmeruit. Cū inter multa colloquia pcūctātī: cur homines tātope fugeret respondisse ille phibet: qui ab hoībꝰ frequētat: nō pōt ab āgelis frequētari. Unde nō imerito recepta opinione multorū famavulgauerat huc atq; illuc scm̄ illū ab āgelis visitari. Ego aūt a syna monte digressus: ad flumen nilum regressus sum: cuiꝰ ripas frequentibꝰ mōasterijs ꝯfertas vtraq; ex pte lustraui: plerūq; vidi: vt dudū dixerā: vno i loco hītare cētenos: sed et bina et trina milia in ijsdē viculis agere cōstabat. Nec sane ibi minorem putetis diuersantiū in multitudie mōachorꝝ esse virtutem: q̄ eoꝝ esse cognouistis: q̄ se ab humanis cetibꝰ remouerūt: p̄cipua vt iā dixi: et prima ibi virtus obedientia: neq; enim ibi aliter q̄s adueniens a monasterij abbate suscipitur: q̄ qui temptatꝰ fuerit et probatꝰ nullū vnq̄ recusatuꝝ licet arduū ac difficile: indignūq; toleraturum abbatis imperium.

¶ Obedientie incredibilis magna miracula. Capitulum .XI.

Referam vobis duo incredibilis obedientie magna miracula. igitur cū quidā frater seculi actibus abdicatis monasteriū magne dispositiōis ingressus suscipi se rogaret: i cōgregatiōe abbas ei cepit multa ꝓponere: graues eē illiꝰ discipline labores. suavero dura impiat q̄ nulliꝰ facile possit īplere patiētia. Aliud potiꝰ mōasteriū vbi faciliorībꝰ legibꝰ viueret expeteret: et nō temptaret aggredi: qđ nō posset implere. Ille vero his terroribꝰ nihil pmoueri: sꝫ magis oēm obediētiā: ita polliceri cepit: vt si eū abbas in ignē ire p̄cipet: nō recusaret itrare. Quā illiꝰ ꝓfessionē vbi abbas accepit: nō cūctatꝰ ꝓbare iubet eū in clibanū q̄ coquēdis panibꝰ pabat itrare. At ille nō distulit parere p̄cepto: sed statim medias flammas nihil cunctatꝰ ingressus est. Que mox tam audaci fide victe: velut ignis quondā hebreis pueris cesserunt: et confestim fugit incēdiū. Et ipe q̄ ingressus est et putabat arsurus velut frigido rore perfusum se esse miratꝰ est. Hinc ergo intelligendū est: q̄tum obedientia obtinere

utilis leuitate compellat semel cepta deserere.

¶ De hebitu vel vestimento egyptiorum monachorum. Capi. XV.

Sunt preterea quedam in ipso egyptiorum habitu: non tantum ad curam corporis quantum ad morum formulam congruentia. Cucullis namque per paruis indesinenter vtuntur diebus ac noctibus: scilicet vt innocentiam et simplicitatem paruulorum iugiter custodire etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Collobijs quoque lineis induuntur: que vix ad cubitos vsque pertingunt nudas reliquo circumferunt manibus: vt amputatos eos habere actus et opera mundi huius suggerat abscisio manicarum. Post hec angusto paliolo tam amictus humilitate quam vilitate precij colla pariter atque humeros tegunt: que mafortes tam nostro quam ipsorum nuncupatur eloquio. Ultimum est habitus eorum pellis caprina que melotis appellatur. Qui tamen habitus pellis caprine: significat mortificata membra omni petulantia carnalium passionum debere eos in summa virtutum grauitate consistere. Calciamenta quoque cum infirmitas corporis: vel matutinus rigor hyemis seuit seu meridiani estus feruor: exegerit: tantummodo muniunt pedes. Quibus cum calcijs quamquam licito vtantur: vtpote domini mandato concessis nequaquam tamen pedibus eos inherere permittunt cum accedunt ad celebranda seu ad percipienda sacrosancta mysteria: illud etiam estimantes secundum litteram custodire debere quod dicitur ad Moysen et ad iesum naue. Solue corrigiam calciamenti tui locus enim in quo stas terra sancta est.

¶ De canonico orationum modo et perfecta abrenunciatione fratrum. Capitu. XVI.

Taque per vniuersam egyptum et thebaidam: vbicumque habentur monasteria legitimum orationum modum in vespertinis conuentibus seu nocturnis vigilijs tenent. Non enim illic quisquam congregationi fratrum interesse permittitur nisi prius vniuersis facultatibus suis raddatur extraneus. Et qui ingressus in congregatione fuerit sic obedire cogetur cunctis: vt redeundum sibi secundum sententiam domini ad infantiam pristinam nouerit: nihil sibi consideratione etatis vel annorum numerositate presumens: quam in seculo inaniter consumptam se reputat perdidisse: sed pro rudimentorum merito et tyrocinij nouitate: quam si gerere in christi milicia recognoscit: subdere se etiam iunioribus compellitur. Igitur per vniuersam vt diximus egyptum duodenarius psalmorum numerus tam in vespertinis quam in nocturnis solennitatibus custoditur: ita dumtaxat: vt post ipsos psalmos due lectiones vna veteris: alia noui testamenti subsequantur: qui modus antiquitus constitutus: idcirco per tota secula intemeratus perdurat: quia non humana adinuentione statutus a senioribus affirmatur: sed celitus angelico magisterio patribus antiquis fuisse delatus.

¶ Ubi angelus in congregatione seniorum xij. psalmos visus fuit cantasse. Capi. XVII.

Nam cum in primordiis fidei pauci quidem sed probatissimi viri monachorum nomine censerentur: quique iam normam viuendi a successoribus apostolorum susceperant: secedentes in secretiora suburbiorum loca: agebant vitam tanto abstinentie rigore districtam: vt omnibus stupori esset tam ardua conuersationis eorum professio. Hi ergo venerabiles patres: peruigili cura posteris consulantes: quomodus quotidiano cultui per vniuersum fraternitatis corpus decerni deberet tractari: omnes in vnum locum conueniunt: vt hereditatem pietatis ac pacis successoribus suis absolutam ab omni dispensationis litte transmitterent: verentes ne qua in quotidianis solennitatibus inter viros eiusdem culture dissonantia: vel varietas exorta: quandoque in posterum erroris noxij germen emitteret. Cumque pro suo vnusquisque feruore diuerso modo psalmorum numero institueret: et alij quinquagenos: alij sexagenos: psalmos nonnulli vero: nec hoc quidem contenti numero: transcedere eum debere censerent essetque inter eos pro religionis regula pia contentio: ita vt tempus vespertine solennitatis sacratissime questioni succederet: repente vnus in medio eorum psalmos domino cantaturus exurgit: cumque admirantibus cunctis xi. psalmos: orationum interiectione distinctos: contiguis versibus pari pronunciatione cantasset xij. sub alleluya responsione consumans ab vniuersorum oculis repente subtractus: questioni pariter et cerimonijs finem imposuit. Ex hinc sancti qui aderant seniores intelligentes angelico magisterio congregationibus fratrem generalem canonem sine dispensatione domini constitutum: decreuerunt hunc numerum: tam in vespertinis quam in nocturnis vigilijs custodire. Has igitur predictas orationes hoc modo incipiunt atque consumant: vt finito psalmo: quem gloria subse-

quitur nō statim ad incuruationē genuū corruant: sed anteq̄ genua flectant paulisp orant et stantes in supplicatione maiorem partē horarum expendunt. Itaq; post hec puncto breuissime procidentes ad terrā velut orantes tā tum diuinaȝ clementiam: cum summa rursus velocitate cōsurgunt ac iterū expansis manibus eodē modo quo prius stantes orauerunt: suis precibus intentius immorantur. dicunt em̄ ipsi in terra diutius procūbentem monachum: quasi in oratione enixius laborantem: non solum diuersis cogitationibus sed etiam somno grauius impugnari. Experimēto didicimus q̄ plerisq; non tam orationis gratia q̄ refectionis obtentu in terram prostrati diutius videntur orationem protrahere.

¶ Quanta discretio ꝛ obseruantia in oratione tenenda sit. Cap. XVIII.

Cum igitur predictas solennitates quas illi sinaxis vocant celebraturi cōueniunt tantuȝ prebetur a cunctis silentium vt cū in vnū tam numerosa fratrum multitudo conueniat: nullius vox excepto canentis psonet. In qua oratione non sputū emittitur: non exreatio obstrepit: nō oscitatio somnolenta trahitur nullaq; vox absq; sacerdotis prece concludentis auditur. Cū aūt ille q̄ orationē collecturus est a terra surrexerit ita vt nullus nec anteq̄ inclinetur ille genu flectere nec cuȝ ex terra surrexerit memorare presumat. Iō eniȝ orationes illi celeri fine concludunt ne forte immorantibus eis diutius redundantia q̄daȝ sputi seu flegmatis interrūpat orationis excessum ꝛ idcirco dum adhuc feruet velut de faucibus inimici velociter rapienda est. Qui cum sit nobis semper infestus: tunc maxime adsistit infestior cum cōtra se offerre nos domino preces videt. Quāobrem vtilius censent breues quidē oratiōes: sed creberrimas fieri meliusq; esse dicunt decē psalmi versus cōtritione cordis ꝛ cum rationabili assignatione cantare q̄ totidem psalmos cum confusione mētis effundere.

¶ Q̄d rn̄sione all'a nō dicatur psalmus nisi qui hoc titulo prenotatur Cap. XIX.

Illud quoq; apud eos oī obseruantia custoditur vt in rn̄sione all'a nullus dicatur psalmus nisi is qui in titulo suo all'a in scriptione prenotatur. Nullū etem̄ tempus ab operis exercitatione vacuū transire cōcedunt qz non solū ea que diei splendor emittit: oī instigātia manibus exercere contendunt: sed etiam illa operationū genera sollicita mente perquirūt que nec ipsius quidē noctis densissime tenebre valeant impedire: credentes se tanto sublimiorem spiritalium cōtēplationū puritate mentis intuitū quesituros: quanto diutius fuerit erga operis studium ac laboris intēti. Hoc q̄ nosse debemus a vespera sabbati que lucessit in diē dominicū ad vesperā sequentem: apud eos genua non curuari sed nec totis quidem quinquagesime diebus.

¶ De opere manuum ꝛ cur tertia sexta ꝛ nona psallatur Cap. XX.

¶ De retribuendo bonum pro malo.

Quidam ex fratrib⁹ ab alio passus iniuriā venit ad abbatē Sysoi: ꝛ contumelie genus exponens addebat. Cupio me vindicare. Senex rogabat eū: vt relinqueret deo vindictam. At ille iterum non desistaꝫ inquit nisi fortiter me vindicauero cui beatus Sysoi ait Quia semel hoc in animo posuisti: saltem oremus. Et exurgens senex his verbis cepit orare. Deus iaꝫ non es nobis necessarius: vt pro nobis sollicitus sis: quia nosipsi sicut iste frater dicit ꝛ volumus ꝛ possumus vindicare qđ cum ille frater audisset ante pedes senis prostratus veniā precabatur promittens se cum illo cui irascebatur nunꝗ̄ deinceps esse certaturū. ¶ Quidam frater cum ab altero iniuriatur venit ꝛ annunciauit seni cui senex respōdit. Satisfac cogitationi tue quoniam frater non vult te iniuriari sꝫ peccata tua submittūt illū. Nam in omni tentatione que tibi contigerit: per oīa ne arguas euꝫ nisi tantūmodo dic: q: propter peccata mea contingunt mihi hec. ¶ Dicebat frequenter abbas Pimenius. Malitia nunquā exuperat malitiā sed si quis malefecerit tibi: tu illi bonū redde: vt per bonitatem vincas malitiā. ¶ Quidam frater erat qui quantum plus eum aliquis iniuriabatur aut incitabat tanto magis ad eū recurrebat dicēs Isti sunt qui nobis occasionē prebent ad perfectionē nostrā: qui autē beatificant nos decipiunt nos ꝛ semitā pedum nostroꝝ subuertūt ¶ Alius erat senex: si q̄s detraxissꝫ ei ille festinabat si vicinus erat per seipsum bene remunerare illum ꝙ si longius manebat transmittebat ei munera.

¶ De non retribuendo inimicis.

Quidam frater interrogauit abbatem sysoi dicēs. si latrones aut barbari super me irruerint occidere me volentes ꝛ ego si preualuero iubes vt occidam? Cui ille respondit. ne facias illud: ne nomineris homicida sed totū deo contrade ꝛ quicquid tibi cōtigerit aduersi profitere hoc tibi propter peccata tua venire. Si quid vero boni fueris consecutus: diuine dispensationi totū debes ascribere. Erat heremita quidam magnus in monte qui dicitur athabeos: et venerūt super eū latrones. Cum autē ille vocē dedisset: de vicinis locis fratres alij cōfluentes comprehenderunt eos. Quos transmissos in ciuitatē iudex misit in carcerē Fratres vero illi contristati sunt nimis q: propter eos latrones traditi essent ad penā: ꝛ venientes ad abbatē Pimenionē narrauerūt ei factū. Qui scripsit ad heremitā dicens. Reminiscere primā perditionē vnde facta est: ꝛ tūc videbis secundaꝫ perditionē. Nisi eni ꝑditus fuisses ab interioribus tuis secūdā publicationē nūꝗ̄ perpetrasses. Cū q̄ ille talē audisset sermonē cōpunctus est: ꝛ cū esset in illa regione noīatus ꝛ ꝑ multū temp⁹ de cella sua non exiēs exurgens tñ in ciuitatē ꝛ expellēs latrones de carcere liberauit eos publice.

¶ De perfecta patientia.

Quidam videns laboriose portantē in lecto mortuū: dicit ei. Mortuos portas: si vis melius facere viuos porta q: pacifici filij dei vocabuntur. ¶ Interrogātib⁹ q̄busdā fratribus abbatē Moysen sermoneꝫ ille hortatus est discipulū suuꝫ Zachariā vt eis aliq̄d diceret. Tunc ille palliuꝫ suū deposuit sub pedibus ꝛ cōculcauit illud ꝛ dixit. Nisi quis fuerit cōculcatus monachus esse non potest. Abbati Ammonij ꝓphetauit beatus Antoni⁹ dicens. Multū habes in timore dei ꝓficere. Et educens eū de cella ostēdit ei laborē ꝛ dixit ei. Uade ꝛ iniuriare lapidem hunc ꝛ indesinēter cede illū. Qđ cū fecissꝫ interrogauit eū sanct⁹ Antonius: si ei aliquid lapis respondisset: at ille dixit. Non. Cui abbas Antonius ait. Ita et tu ad hanc mensurā peruenturus es vt nullam tibi fieri arbitreris iniuriam.

¶ Qđ oportet pro pace q̄uis bona sint opera dimittere.

Abbas Motois edificauit sibi monasterium in loco qui dicitur eracleona. Et duꝫ ibi a multis molestaretur in alterū locū trāsgressus est. Et similiter ibi cōstruxit monasteriū sed per inuidiaꝫ diaboli quidam frater ibi inuentus est: qui semp erā cū eo habebat ꝓpter hec surrexit inde ꝛ ad ꝓpriū reuersus est vicū: ꝛ fecit ibi monasteriū ꝛ reclusit semetipꝫ Post tempus aūt aliquantū congregati sūt senes de illo loco vnde regressus est: deducētes secū illū fratrem cū quo habuerat litem quatenus rogarēt eū ꝛ reducerent in mōasteriū suū Postꝙ aūt in vicina loca venerūt taꝫ melotes suos ꝙ illū fratrē ibidē dereliquerūt ipsiq̄ ꝓfecti sunt ad senem. Et pulsantibus illis aper

ta fenestra respexit et cognouit eos. Post orationē factam dicit eis abbas Motois: vbi sūt melotes vestri? At illi responderūt. Ecce i vicino sunt vna cū fratre qui tecū irā habebat. Postꝙ hec senex audiuit et nomē illius et ad uentū cognouit pre gaudio ostiū per quod in gressus fuerat cū securi confregit et egressus cucurrit ad locū vbi erat ille frater: et prior ipse cepit agere pnīam apud eū et amplectens eū introduxit in cellam suā: et ꝑ tres dies conuiuatus est cū eis: qui nunꝙ habebat cōsuetudinē vt ieiuniū solueret et surrexit ꝓfectusq3 est cū illis. ¶ Quidā frater requisiuit abbatē Deliam dicens. Si contristauero aliquē quemad modum rogat. Rn̄dit senex. Ex profundo cordis tui cū dolore age pnīam apud eū: et vidēs deus ꝓpositū tuū satisfaciet ei.

¶ Contra spm̄ tristitie q̄ desperationem facit.

Abbas arsenius dixit Non coctū laterculū si missum in fundamentū fuerit prope fluuium. necq3 vno die sufferre poterit. Si autē bene fuerit coctū: pmanet tanꝙ lapis. sic et hō nō coctus necq3 infl āmat⁹ scđm quod de Joseph dictū est eloquiū dn̄i inflammauit eū mox in principio carnalis cogitationis dissoluitur. ¶ Idem requisitus ab altero fratre dicēte. Si peccauero et iā in quocūq3 minuto peccato et consumit me cogitatio mea: et arguit me dicēs: quare peccasti quid faciam? Respōdit senex. Quacūq3 hora ceciderit homo in culpā: et dixerit ex corde dn̄e deus peccaui indulge mihi mox cessabit cogitationis vel tristitie illa consumptio. ¶ Dicebat aūt abbas Pimenius de abbate Isidoro: qr solus ille se cognouisset. Nā quotiens illi dicebat cogitatio sua: qr magnus es tunc et ipse respōdebat sibi. Nūquid talis qualis antonius: aut certe abbas piamon vel aliqui patres qui deo placuerunt? Quotiens ergo hec cogitabat requiescebat. Quando vero inimicus conturbans eū suggerebat ei desperationē et penā dicens quoniam post hec oīa itur⁹ es ad tormēta: dixit ipse: qr q̄uis ego in tormenta mittar: tamen vos sub⁹ me inuenio. ¶ Abbati Moysi frequēter apparuerūt spirit⁹ maligni dicētes. Vicisti nos et nihil tibi possumus facere quoniā quotiens per desperationē humiliare te volumus: exaltaris: quotiens te exaltare ita te humilias vt nullus de nobis accedat ad te. ¶ Cum quidam ad abbatē sysoiū frequenter talem sermonem requireret: quid faciam pater quoniam cecidi Ille respondit. Surge: et surrexit. Et iterū se cecidisse professus est. Ait senex. Et iterū surge. Cum aūt frater frequenter se cecidisse narraret: eodem modo senex vtebatur sermone exclamans. Non cesses surgendo fili. Cui frater. Vsq3quo possum surgere pater explana? Ait senex quousq3 aut i bono opere aut in malo deprehensus occumbas. In quo enim opere deprehensus fuerit homo: iudicabitur. Itē dixit. Qui laborat et arbitratus se fuerit aliq̄d facere recipit hic mercedem suam.

¶ Contra spiritum vane glorie.

Quidam frater requisiuit abbatē Pimeniū si meli⁹ esset remotius an cum alijs manere. respōdit senex. homo si semetipsum reprehenderit vbiq3 pōt persistere si autē magnificet nusꝙ stat sicut scriptū est. Qui se existimat aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Quicquid em̄ boni fecerit homo ne exultet in eo: qr mox perdet illud. ¶ Abbas macharius si quis illum cū timore velut sanctū virum voluisset audire susceptus nullum penitus a sene percipiebat respōsum. Si quis vero velut contēnens eū talib⁹ verbis ꝓpelleret abba machari qn̄ eras camelarius et nitrum furabaris: nunquid non vapulabas a magistris deprehēsus in furto? libēter ei quicquid requisisset cū gaudio respondebat. ¶ Abbas nesteron dum cū alijs ambularet fratrib⁹ in deserto viderūt draconē et fugerunt. Dicit ei vnus ex eis. et tu times abba. Cui senex. Nō timeo fili: sed oportuit me fugere: qr nisi fugissem cogitationem vane glorie non vitassem. ¶ Venit aliquādo ad abbatē Zenonē in syria aliquis frater egyptius et cepit cogitationes proprias accusare presente sene. Ille aūt audiens hoc admirat⁹ dixit. Egyptij quas habent virtutes celant: et vitia que non habēt manifestant. Siri aūt et greci virtutes quas nō habent predicant: et vitia que habent abscondunt. ¶ Quidam senex cū venisset ad aliū senem dixit. Ego mortu⁹ sum huic seculo. Cui ille alter. Ne confidas in te: donec egrediaris de corpore hoc. Nam et si dicis tu quia mortu⁹ sum diabolus tamē est: nec dum mortuus est cuius innūerabiles sunt male artes. ¶ Abbas Sysois cū sedens presente fratre altero factus esset in extasi: et altero audiente nesciens suspirasset cepit penitere ac dicere: indulge mihi frater exposco: nec dum

enim me cognosco esse monachū qz audiente altero suspiraui. Quotiens aūt in orōne senex idem stans manus suas erexit ad celū cito deponebat manus: propterea si alter p̄sens eēt: ne hoc ipsum plaudere constaret. ¶ Quidam senex habitabat in inferioribus partibus egypti: ⁊ sedebat quiescens. Unus autē secularis religiosus ministrabat ei. Contigit autē vt filius secularis īfirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senē: vt veniret ad domū suā ⁊ faceret orationē pro infante. Exurgēs vero senex ambulabat cū eo. Ille aūt precessit ⁊ ingressus in domū suā dixit. Uenite in occursū anachorite. Quos cum senex vidisset a lōge egressos cū lampadibus sensit ꝙ ad se venirēt: et statī despolians se vestimenta sua: misit in fluuiū ⁊ cepit lauare stās nudus. Ille aūt qui ministrabat ei: vidēs hec erubuit. Et rogabat hoīes dicens. Reuertimini. Senex ei noster sensum perdidit. ⁊ veniens ad eū ait illi. abba quid est hoc quod fecisti? Oēs eñ qui te viderunt dixerūt qz demoniū habet senex: cui ille. et ego volebam hoc audire. ¶ Idē alia vice volebat eū aliqs videre et iudicibꝰ ⁊ p̄cesserunt clerici dicentes ei. Abba prepara te qm̄ iudex audiēs opera tua: veniet ad te bn̄dici cupiēs a te. Ille aūt dixit ita faciā ego preparabo me Uestitus ergo lebetone suo ⁊ tollens panē et caseum in manibus ascendit in portam ⁊ diuaricatis pedibus sedens cepit mādūcare. Ueniens aūt cū officio suo iudex: ⁊ videns eū dixit. Iste ē anachorita de quo talia audiebamꝰ. Et contēnens eū ita discessit.

¶ Contra spiritum superbie.

Quidā senex dixit. qui ab hoībus amplius honoratur aut laudatur nō paruū dānū patitur q̄ aūt ab hoībus non honorat̄ desup gloriā accipit. ¶ Itē dixit. Fieri nō pōt: vt simul herba nascatur ⁊ semē: ita impossibile est vt laudē ⁊ gloriam habentes secularium simul et fructū faciamus celestem. Itē dixit. Quando cogitatio superbie vel certe vane glorie te impugnat p̄scrutare teip̄m: si oīa mādata dei seruasti: si inimicos diligis si gaudes. de gloria inimici tui ⁊ contristaris in deiectione eiꝰ si apud te habes quoniam seruus inutilis es: et ꝙ plus omnibus hominibus sis peccator: ⁊ neqꝫ tunc tam grande aliquid sapias tanꝙ aliquid boni feceris: sciens ꝙ elata cogitatio illa bona eīa dissoluit. ¶ Dixit senex cuidā. Nō apponas cor tuū aduersus fratrem tuū dicēs Quomodo tu amplius sobrius es ꝙ ille: ⁊ continentior: sed subditus esto gratie dei in spiritu paupertatis ⁊ per caritatem non fictam: ne spiritu exaltationis perdas laborem tuū. Itē dixit senex. Quātūcūqꝫ enim se deposuerit hō in humilitate tantū proficit in altū. Sicut eñ superbia si ascenderit in celū vsqꝫ ad infernū deducitur: ita ⁊ humilitas si descenderit ad infernum: tunc exaltabitur vsqꝫ ad celum. ¶ Abbas Macharius dū diluculo palmarum folia portans ad cellam suā reuerteret̄ occurrit ei diabolus cū falce preacuta: volens eum percutere: ⁊ non valebat. Qui exclamās ait. Magnam vim a te patior Machari. Qui cum te cupio nocere: non valeo: dum quecumqꝫ tu facis ego magis exuperem. Tu ergo interdum ieiunas: ego nunquā vllo cibo reficior. Tu sepe vigilas: me vero nunquā sopor oppressit: sed vna re me vincis ipse fateor. Cumqꝫ ab eo rem ipsam Macharius requisisset ait. Humilitas tua sola me vincit. Hec dicente inimico et extendente beato Machario manus suas ad orationē: spiritus immundus inter auras euanuit. ¶ Quidam ex patribus dicebat. Omnis labor sine humilitate vanus est. Humilitas enim precursor est caritatis. Sicut Ioannes precursor erat iesu: omnes trahens ad eū ita ⁊ humilitas attrahit ad caritatem h: id est ad ipsum deum: quia deus caritas est. ¶ Quidam frater requisiuit a sene. Quid est humilitas? Cui senex. Arbor est vite in altū excrescens. ¶ Item dixit. Terra in qua dixit deus sacrificium sibi offerre: humilitas est. ¶ Iterum req̄situs senex quidā: quomodo potest anima humilitatem adipisci: respondit: si sua tantūmodo mala homo cōsideret. Dicebat autem quia perfectio hominis est hūilitas. ¶ Dixit abbas Motois. Humilitas nec ipsa irascitur: nec alios irasci permittit. Itē dixit. Humilitas est si quando peccauerit in te frater tuus anteꝙ peniteat: indulseris ei.

¶ Quod perfecti viri q̄uis possint nolunt miracula facere ne extollantur.

Abbas Ioseph dum cum aliis fratribus ad abbatē Pimeniū veniret quidam ex parentibus predicti senis Pimenij: attulit infantem cuius facies per arreptionem diaboli fuerat deprauata: ⁊ sedens pater eius cū eo foris monasterium plorabat. Cum autem

vnus ſenex ad vocem flentis egreſſus eſſet ⁊ interrogaret eum cur ploraret: ille reſpondit. Parens ſum iſtius Pimenij: ⁊ ob hoc veni vt videret huic infantem. Vides domine que huic infanti per ſathanã contigerit tentatio. Timuimus em̃ vſq; nunc illum huc offerre: q non vult nos hic videre. Et nũc ſi cognouerit ꝙ hic ego ſum cum confuſione eijciet me. ego autẽ vos videns patres: qui mõ ad eũ veniſtis pſumpſi venire huc. Quõ ḡ vis vade ⁊ miſerere mei abba: ⁊ tolle ĩfãtẽ iſtũ: ⁊ defer int⁹ tecũ vt oret pro eo. Quem cum ſenex tuliſſet et ingreſſus fuiſſet in cellam ſapienti conſilio vſus nõ illum obtulit primo abbati Pimenio: ſʒ minoribus patribus ⁊ dicebat. Signate infantẽ fratres facientes orationem rogãs per ſingulos ſenes. Et poſt omnes detulit illum Pimemenio. At ille nolebat eum nec aſpicere. Cũʒ autem rogarent eum: vt ſicut omnes: ſic ⁊ ĩpe oraret ingemuit ⁊ ſurgens orauit dicens. de⁹ ſana facturam tuam ne dominetur illi inimicus. Et ſignauit infantem et mox ſanus eſt patri redditus. Cum quidam ſecularis in eccleſiam veniens ab immundo ſpiritu teneretur: et omnes orationem feciſſent nullatenus ſpiritus immundus egrediebatur ab eo. Dicunt ḡ inter ſe fratres. Quid poſſum⁹ huic ſpiritui facere: Nemo illuʒ poterat excutere niſi abbas Biſarion. Sed ſi hoc dixerim⁹ ille nec ad eccleſiaʒ acquieſcit venire. Sed faciamus taliter. Quando ad eccleſiam ante omnes ſolet venire: hunc qui patitur faciamus ſedere: et poſtea dicamus. Abba abba ſuſcita hunc dormientem. Fecerunt ergo ita. ⁊ veniente abbate Biſarione ſteterunt omnes in oratione et dicũt ei. Abba ſuſcita iſtuʒ qui dormit. Ille autẽ dixit. Surge ⁊ egredere foras. et mox egreſſus ẽ ab eo ſpiritus immundus: et ſanus factus eſt et illa hora.

¶ Qđ viriliter aliquotiens in ſordidis cogitationib⁹ derelinquimur ne extollamur.

SEpe dicebat beatus antonius niſi paſtor velaret oculos aĩalis mercedẽ ſuã recipiens ipſe ſumeret. Ita ⁊ nos per dei diſpenſationeʒ regimen accipimus vt ea que operamur bona non valeamus intendere: ne noſipſi beatificantes poſſimus extollere: et mercedem propriam amittamus. Nam et ab hoc quando relinquimur in ſordidis cogitationibus neceſſe ſit vt hoc tantũmodo preuideam⁹: vt noſipſos et noſtrã ſniam cõdẽnemus: ⁊ ea que ſunt ĩn nobis ſordida: illud paruũ bonũ opus noſtrũ in nobis obſcurent. Nũquã eniʒ homo bonus eſt: etiã ſi bonus eſſe deſiderat: niſi deus habitauerit in ipõ: qꝛ nemo bonus niſi ſolus de⁹. Oportet autem vt noſipſos ſemper veraciter incuſemus. Quãdo eni ſe quiſq; nõ repҺẽdit mercedẽ propriã amittit. ¶ Idẽ beatus antonius dum in cella ꝓpria oraret: venit ad eum vox dicens. Antoni. nec dũ perueniſti ad mẽſuram Coriarij: qui eſt in alexãdria. Quo audito ſenex conſurgens mane arrepto bacculo in ciuitateʒ feſtinus peruenit. Cũq; ad deſignatum hominẽ perueniſſet: ⁊ ingreſſus fuiſſet: ille viſo tãto viro obſtupuit. Cui dixit ſenex. Refer mihi opera tua: quia propter te relicto deſerto huc veni. Qui reſpondens ait. Neſcio me aliquando aliqđ boni perpetraſſe. Unde et cubili ꝓprio mane conſurgens: anteꝗ in opere meo reſideã: dico ꝙ omnis hec ciuitas a minore vſq; ad maiorem ingreditur in regnũ dei propter iuſtitias ſuas: ego auteʒ ſolus ꝓpter peccata mea penã ſempiternam ingredior. Qđ verbum mane: et anteꝗ quieſcam ſero: et cordis mei cenſeo veritatẽ. Qđ audiens beatus Antoni⁹ reſpondit. In veritate fili ſicut bonus artifex ſedẽs in domo tua cum requie regnũ dei adeptus es: ego autem velut ſine diſcretione omne temp⁹ meum in ſolitudine conuerſat⁹: nec dũ verbi tui aſſumpſi menſuram. ¶ Quidã frater requiſiuit abbatem Pimeniũ dicens. Quid eſt pater: ꝙ apoſtolus dixit: omĩa munda mũdis: At ille dixit. Si quis ad hũc ſermonem ꝑuenire potuerit: vt eũ intelligat: videbit ſe minorẽ eſſe totius creature. cui frater. Et quomõ me poſſuʒ videre minoreʒ ab eo qui homicida eſt: Reſpondit ſenex. Si potuerit homo ad ſermoneʒ hunc apoſtoli ꝑuẽire: ⁊ viderit hominẽ q forte aliuʒ occiderit: dixit in ſemetipſo. Ille quidẽ hoc ſolum peccatũ fecit: ego auteʒ om̃i hora homicidiuʒ committo meipſum interficiens. Et cum frater requireret quomodo hoc poſſet fieri. Reſpondit ſenex. Hec ſola hominis iuſtitia eſt: vt ſemꝑ ſemetipſum reprehẽdat: et tunc iuſtificabit: cum ꝓpria peccata condemnat. ¶ Quidã frater dixit ad ſeneʒ. cogitatio mea dixit mihi bon⁹ ſum. Reſpondit ei ſenex. Qui non videt peccata ſua ſemper ille in bonis eſſe ſe credit: qui auteʒ videt illa: cogitationes ei ſuadere non poſſunt ꝙ ſit bonis ſit: ſcit enim qđ videt. Opus ergo eſt labo

lior videtur qui nos vtrosq; et bene suscepit et bene pauit. Quo sermone cōperto vnus ex patribus ad dominū orauit dicens. Domine hāc mihi rem precor ostende q: vnus ꝓpter nomē tuū oēs hoīes videre aut appellare refugit alter vero oibus ꝓpter nomē tuū cōmunis est. Et ecce in extasi due illi naues p fluuiū ostēse sunt: et in vna quidē vidit spm̄ sanctū cū silētio et requie vna cū abbate Arsenio nauigantem in altera vero naui vidit abbatē Moysen et angelos dei mel et fauum in os et in dentes eius inferentes.

¶ De obsequijs infirmātiū vel īfirmitate ipa

Quidam frater requisiuit senes dicens. Duo fratres i vna sunt cella: et ille quidem vnus sex diebus integris ieiunat: ille aūt alter infirmanti facit obsequiū. cuius ergo op⁹ maius est apud deū. Rn̄dit senex. Si ille q̄ ieiunat sex dies per nares se suspenderit: non erit similis illi alteri in cōspectu dei. ¶ Joannes minor Thebeus: discipulus abbatis Ammoy. xij. annis ipsi seni infirmanti fecit obsequiū senex tamē cū vidisset eum laborantem: nunq̄ illi sermonē blandū ac placitum locut⁹ est. Cū aūt de hoc mundo transiret sedentib⁹ alijs senibus tenuit manus eius et dixit ei tertio: salueris salueris salueris: et tradidit illuz senibus dicens. Ille non homo: sed angel⁹ est qui tot annis mihi infirmanti seruiēs: nec bonū sermonem audiens fecit tamen obsequiuz cū magna potentia. ¶ Plures igitur diuersis laborantes necessitatibus cōuenerūt fratres ad sanctum Antoniū inter quos et Eulogius quidam monachus alexandrinus: cum alio q̄ elephantiaco morbo cruciabatur: quos illuc ꝓpter hmōi causam venisse memorabant. Hic Eulogius scolasticus erat secularib⁹ litteris eruditus. Qui immortalitatis desiderio capt⁹ huic mundo renunciauerat diuisisq; reb⁹ suis omnibus atq; dispersis parum aliquid pecuniarum reliquerat sibi quibus q: per se operari non poterat vteretur. Cum igitur eū quedā animi defectio fatigaret et neq; cū mltis ī monasterio degere neq; solitariā vitā posset ferre patienter: repperit quēdam publice in platea iacentem: ita in valitudine illa quam superius dixi impletū vt sine pedibus et manibus videretur: cui lingua tm̄mō īmunis a tantis cruciatibus erat: qua magis posset ab intuentibus maloꝝ suoꝝ remediū ꝓmereri: cumq; eū assistens vidisset. Eulogius orōne facta ad deum et facta quadā cū domino pactione: his allocutus est verbis. Dn̄e inquit deus in tuo nomine suscipio istū tam immani valitudine prepeditum: vt ꝓpter istū possim et ipse saluari. Assis ergo mihi Jesu xp̄e atq; patientiam in tali ministerio largiaris: moxq; ad iacentez illum ait. Uis frater suscipio te in domo mea: et quacūq; potuero ratione sustento cūq; hec ille libenter amplecti dignaretur se diceret. vadam ergo inquit et asinū quo veharis adducaz cui vehementer exultans consensit egrotus: quodq; mox fecit eulogius et memoratum ad hospitium suuz sine dilatione transuexit. per quindecim igitur annos iugi curatione et perpetua ei sollicitudine seruiebat: per quod oē tempus et ille cui tantū deferebatur obsequiū cum gratiarū actione cuncta tolerabat: et Eulogij manibus et medicamentis cibisq; et balneis prout competebat valitudini curabatur. Post quindecim vero annos instinctu demōis supradictus egrotus immemor tot laborū Eulogij: tantorūq; meritoꝝ cepit ab eo velle discedere: multisq; iniurijs atq; opprobrijs increpare eum dicens. Fugitiue qui propriam domū deuorasti: furatusq; es alienam substātiaz in me occasionē salutis tue repperisse te credis: Eulogius aūt rogabat eum et satisfaciens animo eius dicebat. Noli mi domine talia loq̄ sed dic potius quid te contristauerim et emendo. Elephantiosus autem cū furore dicebat. Uade nollo istas adulationes tuas. Proijce me in publicum refrigeratione tua non egeo. Eulogius autē: obsecro te inquit placare: aut quid te inquit contristauerī3 venerande senex edicito. Elephantiosus autem asperior in furore dicebat ad eum. Jam fraudulentas irrisiones tuas non fero: adulationes et subsannationes tuas nō tolero. Nec mihi hec arida parcaq; vita iocunda est: volo carnibus saturari. Cumq; ei exhibite a viro patientissimo Eulogio carnes fuissent: cepit iterum proclamare Nō potes inquit mee satisfacere voluntati: neq; tecum solitarius habitare preualeo populum videre: ad publicuz ire desidero. Dicit ei Eulogius: ego adduco tibi multitudinem fratrum: rursus ferocior ac pene blasphem⁹ egrotus ne inquit mihi tuam faciem videre volo: et adducis mihi similes tuos solius panis deuoratores concutiensq; semetipsum: inquieta voce clamat dicens. Hic esse nolo ad publicū ire desidero. O violentia. Jn eum locum me

strum merebitur coronari. Nihil ergo aliter feceritis: ne forte vas angelus veniens: in eo in quo dixi loco inuenire non possit: vtrisqꝫ coronis fraudem ini. Qui cū ad cellam suā ve lociter redeundo reintegrata pace venissent: intra quadraginta dies Eulogius prior obijt et post aliquod triduū supradictus defecit egrotus: animo vehemēter incolumis. ¶ Cronius autē cum plurimū tempis in thebaicis fuisset locis: ad mōasteria alexādrina descendit: euenitqꝫ vt ad illū occurreret diē quinquagesimus: alterius autē terti⁹ celebratus tunc a fratribus dicebat. Cu3 igitur Cronius hoc audisset obstupuit: sumptoqꝫ euangelio scō atqꝫ in medio fratrū posito: cū sacramento ipsis p ordinē cuncta exposuit dicens. Horū omnium que cōmemoraui interpres ipse fui sermonū: eo qꝫ grece loqui sanctus Antonius nesciebat. Ego autē vtramqꝫ linguam nouerā: atqꝫ inter ipsos loqbar: illi quidē greco: isti autē egyptio ore respondēs. ¶ Hoc qꝫ cronius ipse nobis referebat: qꝫ ei sanctus Antoni⁹ in illa ipsa nocte quā beatū Eulogiū dimisit dixisset: quia per totū annu3 deprecatus fuisset: vt ostenderentur eidē per reuelationē loca peccatoꝝ atqꝫ iustoꝝ. Et sevidisse dicebat procerū quenda3 vsqꝫ ad nubes gigantem: tetri coloris extensas habentem ad celum manus: atqꝫ infra pedes ipsius lacum ad speciem maris fusum: vbi tanqꝫ aues inquietas animas volantes vidit Antonius: et ille quidem quecumqꝫ supra ipsius manus caputqꝫ volabant conseruabantur: quecumqꝫ autem manibus ipsius reperte fuissent mergebant in lacū. Uocem aūt tunc talem sibi venisse referebat. Has omnes animas quas volantes vides: scias animas esse iustorum: que in paradisi habitatione requiescunt. Ille autem anime alie ad inferna mittuntur: qꝫ patiunt quicūqꝫ carnali obedierit voluptati: et quicūqꝫ iracūdiā retinētes reddere malis pa ria tēptauerint. ¶ Referebāt autē nobis tam Croni⁹ qꝫ sanct⁹ Jerax: atqꝫ alij plures vicini fratrū: ista q dicā. Quidā senex dixit: qꝫ si scit monach⁹ esse aliquē apud quē pficere possit: s3 necessaria corpis cū labore habet: et ppter ea non vadit ad eū: huiusmodi monachus nō credit esse deū. ¶ Dixit quidā senex. Qui vult heremum habitare debet esse doctor non qui doctrina egeat ne detrimentum sustinere videatur.

¶ Qꝫ infirmitas corporis prosit anime claret ex his.

Magnus quida3 senex infirmanti discipulo suo dixit: ne contristeris fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Summa enim religio est vt in infirmitate quis gratias agat deo si ferrū es per igne3 emittis eruginē si vero aurum es per ignē probatus a magnis ad maiora procedis. ne anxieris ergo frater. Si eñ te deus vult in corpore torqueri: tu quis es qꝫ eius voluntati resistas: aut moleste feras. Sustine ergo ꝛ roga deum: vt que ipse vult illa cō cedat. ¶ Quidam senex cum frequenter infirmaretur corpore ꝛ langueret contigit vt vno anno nulla eum egritudo contigeret: ꝛ ppter ea flebat ꝛ grauiter ferebat dicens. Reliquisti me domine et noluisti me presenti hoc anno visitare.

¶ De timore dei.

Abbas picmon requisitus a fratre queadmodū aīa resisteret ꝛ timere deum non vult. Rñdit senex: aīa quidē vult timere deū sed nec dū tēpus est. Timor eī dñi magna pfectio est. ¶ Quidam frater a sene requisiuit dicēs. Quō timor dei venit in aīam Et ait senex Si quis prius humilitatē possederit vt nemi nē iudicet vel cōdēnet vel largitor sit elemosynaꝝ ꝛ vt nihil habeat tunc venit timor dei in aīam. ¶ Dixit senex. Timor et humilitas ꝛ egestas victualiū maneāt in te. ¶ Frater quidam interrogauit senē dicēs. Uñ est abba cor meū durū: ꝛ nō timet deū: dixit ei senex. Puto si hō teneat increpationē in corde suo possideat timorē dñi. Dixit ei frater. Quid est increpatio Ait senex. Ut in omni re increpet homo aīa3 suam: dicendo ei. Memor esto qm̄ oportet te deo occurrere. Dicit autem ꝛ hic qd ego volui cum homine. Estimo autē: qꝫ si quis in his p manet veniet ei timor dei.

¶ De penitentia.

Requisiuit quida3 frater abbatem pimeniū dicēs. Quid est penitentia. Cui senex respōdit Penitentia peccatorū est vlterius non peccare. Hec eñ vox ad hoiem semp clamat vsqꝫ ad vltimam respirationē. Hodie conuertimini ne vobis repentina mors tanquam fur superueniat. ¶ Abbas pimenius dixit cu3 gemitu. Omnes virtutes ingresse sunt in cel

lā meā: preter vnā virtutē: et ex eius labore stat homo. Interrogauerūt eū fratres que est ista virtus abba. Rñdit senex. Ut semper seipsuȝ reprehendat homo.

¶ Quo per penitentiam vno die potest homo reconsiliari deo.

Quidaȝ ex patribus de aliquo referebat episcopo: eo q audisset duos ex plebe sua viros nimie impuritatis et adulteros. Rogauit ergo deū: vt si ita esset: agnosceret. Cuȝ ergo post oblationē consecratā vnusquisq ad cōmunionē accederet: per singulorū facies intelligebat et animos pctōȝ eniȝ facies nigras inspiciebat vt carbones: et oculos sanguine repletos: alios vero vidit clara facie et vestibus albis indutos: cū autē corpus dñi suscepissent: in quorūdā vultibus lumen: in quorūdā vero flāma videbatur. Ut auteȝ agnosceret de illis quorum crimē audierat: cōmunionē illis porrexit: et vidit vnum ex illis clara facie: et honorabili albisq vestib' circundatū: alterum vero nigrum et horribili vultu. Et postq diuini mysterij gratiam susceperunt: vnū lux quedā illustrauit: alterū autē quasi flāma succendit. Orauit ergo eps deum: de singulis que ei ostensa fuerant se edoceri. Astans autē angelus dñi dixit ad eum. Oīa q de istis audisti vera sunt. Sed ille vnus in sordibus suis adhuc permanet: et in voluntate peccandi: ideo illum nigra facie et flamma succendi vidisti. Ille autem alter similis illi quidem erat sicut audieras: sed ideo illum clara facie illustrari vidisti quia recordatus eoȝ que prius fecerat: abrenunciās illis malis operibus cum lachrymis et gemitibus dei misericordiam postulabat, pmittens vt si preterita illis fuissent dimissa peccata: vlterius ad eandem non rediret: et ideo prioribus criminibus deletis: ad hanc gratiā quam vidisti: peruenit. Cum auteȝ episcopus de gratia dei miraretur eo q non solū de tormentis tam turpis vite hoīem liberȝ statuerit: sed et tāto honore decorauerit. Respondit angelus. Bene miraris: homo eñ es. Nam dñs noster ac vester: naturaliter bonus et humanus est cessantibus a peccatis: et penitentibus in confessione: q: non solū tormenta dimittit: sed et honore efficit dignos. Sic eñ deus dilexit homines: vt vnigenitū suū daret, p peccatoribus: et p ipsis ad mortem destinaret. Qui ergo cū inimici eius essent mori pro ipsis elegit: quanto magis miseretur eoȝ: cum illius proprij sint. Hoc ergo scias quia nulla peccata hominum dei bonitatē vincunt: si tantummodo p penitētiam vnusquisq qui prius fecerat aboleuerit mala. Misericors est eñ deus: et infirmitateȝ generis humani scit et passionem fortitudinē: et diaboli virtutem vel maliciā: et cadētibus qdem hominibus in peccatū tanq filijs indulgens: expectat emendationem: penitentibus vero tanq languidis cōpatit et miseret et mox soluens peccata eoȝ iustorū illis etiā premia tribuit. Audiens aūt eps miratus est nimis: et glorificauit deum: manifestans omnibus que facta sunt.

¶ De eodem.

Abbas paulus simplex habebat hanc grām: vt egredientes in ecclesiaȝ senes aspiciens: ex ipa facie eorum: vniuscuiusq cogitationes: siue male siue bone essent: sentiret. Cuȝ ergo aliquādo venissent ad ecclesiā: vidit eos clara facie et leto animo ingredi: et angelos eorum cū gaudio pariter cum ipsis. Unum autē vidit nigrum et nebulosum habentē corpus: et demones hinc atq inde trahētes eū ad se: misso freno in naribus eius: et angelum sanctum eius de longe sequentē tristē. Btūs ergo paulus: cepit flere amarissime: et pectus suū tondere: sedens ante ecclesiam, pter eum quem talem aspexerat. Oēs autē alij senes vidētes eū sic flentem: ceperunt rogare vt si quid in illis vidisset manifestaret: aut cū illis ingrederetur in cōgregationē. Ille aūt noluit ingredi: sȝ semper flebat propter eū quē sic viderat. Post paululū autē cū absoluta congregatione discederēt: iteȝ oīm vultus circunspiciebat: si tales egrederentur quales ingressi sunt. Et vidit illū quē aū viderat nigrū et nebulosū egressum clara facie: et cādido corpe: demōes de lōge sequentes eum sanctum autem angeluȝ ei' prope eum hylarem: et gaudentem super eum nimis. Tunc sanctus Paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens deum ac dicens. O quanta misericordia et benignitas dei est quanta miseratio eius est. Et ascendens in altiori loco voce magna dicebat. Uenite et videte opera dei: venite et videte quemadmoduȝ omnes homines saluos vult fieri: et ad agnitionem veritatis venire. Uenite adoremus euȝ dicentes: quia tu solus potes peccata dimittere. Cum autē omnes cōuenissent exposuit eis Paulus que vidisset anteq ingrederentur in

ecclesiam: et que postea: et petebat illum fratrem quem sic viderat: vt ei manifestaret cogitationes et actus suos: vel quemadmodum tantam commutationem illi deus donasset. Ille vero ante omnes cepit referre: dicens. Ego homo sum peccator: et multis temporibus semper fornicationi fui deditus. Ingressus autem nunc in ecclesiam dei: audiui verba que locutus est dominus per Esaiam prophetam dicens. Mundi estote: et tollite malitias de manibus vestris: a conspectu oculorum meorum. Discite benefacere: querite iudicium. Et si fuerint peccata vestra vt coccinum: vt nix dealbabuntur. Si volueritis et audieritis me bona terre comedetis. Ego enim fornicator compunctus in hoc sermone prophete: et ingemiscens intra pectus meum: dixi ad dominum. Domine tu es qui venisti saluare peccatores. Hec ergo que nunc per prophetam promisisti opere comple in me indigno et peccatore. Ecce enim ammodo profiteor tibi: et promitto ex toto corde: quia vlterius hoc malum non faciam: sed renuncio omni iniustitie: et ammodo tibi seruio in conscientia munda. Ab hodie ergo domine et ab hac hora suscipe me penitentem: et adorantem te: et renunciantem omnibus peccatis. Iuraui et statui apud me seruare omnes iustificationes tuas. Sub hac sponsione egressus sum de ecclesia: statuens apud me nihil de prioribus peccatis vlterius facere. Quod cum audissent omnes clamauerunt vna voce ad dominum: dicentes. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti.

¶ Quia et in proposito penitentie: si transeat homo tamen suscipiatur.

VEnit quidam frater ad abbatem Pimenion dicens: quod grandem tribulationem passus esset. Dixit ei senex. Fuge de loco illo quantum tribus diebus et tribus noctibus ambulare potes: et fac annum integrum ieiunans vsque ad noctem. Cui ille. Si mortuus fuero antequam vnus annus transeat: quid de me fiet? Dixit abbas Pimenion. Confido in deum: quia si tu cum tali proposito a me fueris egressus: vt hoc facias: etiam si mor mortuus fueris cum desiderio bono suscipitur penitentia tua apud deum. ¶ Quidam frater sedebat in cella sua in egypto: in magna humilitate precipuus: et habebat sororem in ciuitate meretricem: que multis animabus perditio fuerat. Frequenter autem insultabant senes fratri illi: et vix potuerunt persuadere illi: vt veniret ad illam: quatenus per admonitionem eius posset peccatum quod per eam fiebat euincere: cum ergo venisset ad locum quidam ex notis eius videns eum: precessit et nunciauit illi dicens. Ecce frater tuus venit ad te. Illa autem pre gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat capite discooperto ad occurrandum fratri egressa est: dum ergo temptaret eum amplecti dixit ei. Soror mea karissima parce anime tue: quoniam propter te multi pereunt et quemadmodum poteris sufferre amara illa et eterna tormenta. Illa autem contremiscens dixit ad eum. Scis frater: quia est mihi salus: vel ammodo? cui ille. Si volueris est salus. Illa autem iactans se ad pedes fratris: petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frater. Vade cooperi caput tuum et sequere me: cui illa. Eamus: oportet me enim deformari inter homines nudo capite deambulantem quam in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum vero pariter ambularent: monebat eum ad penitentiam. Videns autem: quia quidam obuiarent sibi dixit ei. Omnes non omnes sciunt quod soror mea es: paruum de via secede donec transeant. Et post transgressis illis: vocauit eam et dixit. Eamus soror viam nostram. Illa autem non respondente: perquirens inuenit eam mortuam: et vestigia pedum eius sanguine plena. erat enim discalciata. Cum autem senibus renunciasset factum: contendebant inter se de salute eius. Manifestauit autem deus vni seni de ipsa: eo quod nulla cura fuit illi in itinere de corporali vsu: sed vulnus proprium neglexit: et suspirauit in tam grandi perditione: ideo pro deuotione cordis eius suscepit deus penitentiam eius.

¶ De impugnatione demonum.

QUidam frater requisiuit a sene dicens. Cur abba a demonibus impugnamur? Respondit senex. Quoniam arma nostra abiecimus: idest penitentiam humilitatem: obedientiam et penuriam. ¶ Frater quidam abbatem Sisoyum requisiuit dicens. Putas abba: si modo persequitur nos diabolus: sicut antiquos? Respondit. Magis modo homines nostre etatis persequitur: quia appropinquant genera penarum: vbi ille cum legionibus suis angustiatur dum scit stagnum vbi in igne et sulphure arsurus erit. ideo hominibus infestatur: nec tamen infirmos quosque

dignatur appetere: quos vbi voluerit cito subuertit: sed fortes magis ac magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. ¶ Abbas Pimani⁹ requisiuit abbatē Abrabā. Quēadmodū nos demones impugnant? Ait senex Demones nobiscum non pugnant: quia voluntates eorum facimus: sed nostre nobis voluntates demones facti sunt ꝛ tribulant nos. Unde apostolus: caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: vt non quecunqꝫ vultis illa faciatis. Nam vis scire cū quibus demones pugnauerunt cum abbate Moyse: ꝛ similibus eius: nos autem voluntates cordis nostri impugnant. ¶ Quidam frater requisiuit abbatem Achillam. Quemadmodum aduersum nos possunt demones? Respondit senex. Per voluntates nostras. Et adiecit dicens. Ligna libani dixerunt. Quod grandia sumus ꝛ alta: ꝛ paruissimo ferramento incidimur. Nihil ergo ei demus ex nobis: ꝛ nos non poterit incidere. Venerunt ergo homines ꝛ fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis: ꝛ ita inciderūt. Ligna ergo sunt aie: securis diabol⁹ manubriū voluntas nr̄a est. Per malas ergo voluntates nostras incidimur.

¶ Qualiter homo in se mortificare vitia pōt.

Quidam frater requisiuit abbatē moysen dicēs. Quomō potest se homo mortificare? Dixit ei senex. Nisi quis arbitratus fuerit se habere iam trienniū in sepulchro: ad hūc sermonem peruenire non potest. ¶ Abbas Pimenius dixit. Ille monach⁹ potest tanq̄ mortuus huic seculi esse: qui duas res horruerit: idest carnis sue requiem ꝛ vanam gloriā. Senex quidam dixit. Tunc erit monachus liber ab omnibus: cum in vno ope tm̄ intentus est bono. Quando enim bona opera exercet: veniens diabolus locum nō inuenit: ꝛ discedit. Si autem malum opus exercet: veniens frequenter: ꝛ impugnat eum: ꝛ in deteriora subuertit. ¶ Beatus Antonius monebat discipulum suum dicēs. Horre ventrē tuū ꝛ necessitates huius seculi: ꝛ ↄcupiscētiā malā ꝛ honorē tanq̄ absens de hoc seculo. ꝛ requiez possidebis.

¶ De perseuerantia.

Abbas antonius dixit. Monachus si paucis diebus laborat: ꝛ iterum relaxat ꝛ rursus laborat ꝛ inde negligit: hic nihil agit: nec patientie perseuerantiam possidebit. ¶ Dixit senex. Quid est opus incipere artificium: si non discat perficere illud. Nihil est ergo: quod incipitur ꝛ non perficitur.

¶ De labore sanctorum.

Quidam senex dixit vsqꝫ tunc laboret homo: vsqꝫ quo possideat xp̄m. Qui autem semel illuz adeptus fuerit iam non periclitat. Permittitur tamen laborare: vt rememorans tribulationem laboris: vndiqꝫ semetipsum custodiebat: timens ne tantos labores amittat. Nam et filios israel: ideo deus per desertum quadraginta annis circūduxit: vt rememorātes vie tribulationū nollent redire retrorsum ¶ Quidam frater requisiuit senem. Quemadmodum laborant postulantes de remissione peccatorum? Respondit senex. Antecq̄ perueniat in eos gratia que operetur pro labore ipsorum: ipsi pallidi ꝛ in labore sunt super quos vero ex priori patientia iam gratia christi peruenit: isti florent ꝛ exultant anime eorum: ꝛ facies eorum clara est sicut sol: cum nubes non habet ꝛ lucet. Quando vero sol nube cooperit pallescit: sic ꝛ anima quando passiones eam ꝛ tentationes obscurāt. Que autem per gratiaz dei mundata est: ita fulget sicut scriptum est. Magna est gloria eius in salutari tuo. ¶ Itez dixit. Quamuis laborant hic sancti viri: tamē ꝛ aliquem requiem possident: quoniam liberi sunt a cogitationibus huius mundi. ¶ Quidā frater requisiuit a sene dicēs. Quamadmodū nunc laborantes in conuersationibus viri: nō accipiunt gratiam sicut antiqui. Ait ei senex. Tunc erat charitas et vnusquisqꝫ proximū suum sursum trahebat: nunc vero postq̄ charitas refriguit: singuli proximos suos in inferiora deducunt: ꝛ ideo gratiam dei non merentur.

¶ De exhortatione doctrine

Interroganti cuidam abbatem Pimenionem de duritia cordis. Respondit senex dicens: natura aque mollis est ꝛ lapidis dura. si autem frequenter aqua stillat super lapidez stillādo perforat illum. Sic ꝛ verbū dei dulce ꝛ molle est: nostrū autē cor durum: homo ergo audiēs frequenter aut meditans verbum dei dat locū timori dei ingredi in eum.

De curiositate vitanda.

SEnex quidaz dixit. Nō oportet monachum requirere qualiter sit ille aut quemadmoduz ille: q2 per interrogationem abstrahitur ab oratione in detractiones τ verbositates. Unde nihil melius est ꝙ tacere. Frater quidaz requisiuit a sene dicens. Si venerit frater aliquis sermones mihi deforis inferens alienos iubes vt dicā illi: quatenus mihi illos non afferat? Ait senex. Nihil dicas: quia nec nos potuimus obseruare. Cauendum est ergo: ne forte dicentes proximo: hoc ne facias: nos idem vel peiora postea faciamus. Cui frater: Quid ergo oportet facere? Et senex. Si voluerimꝰ inquit tacere exemplum solū sufficit proximo

De contemptione vitanda.

QUidā senex dixit. Si quis tecuz aut de scripturis aut de quacunqꝫ causa locutus fuerit: ne contendas cū eo: sed siquidē bene dicit cōsenti ei. Si vero male: dic illi. Tu scis quomodo loquaris. Ait apostolus. Noli cōtendere verbis. Hec obseruans τ humilitatē possidebis: τ odium vitabis. Nam si persistas contendēs τ vis defendere sermonē tuū: nascitur inde scandalū. Frequēter ergo dum laudas alterū: fit etiam ex iustificatione contentio. De quacūqꝫ autē re si grauiter contenderis: non paruam noxietatem senties: τ nullo modo requiem possidebis. Magis stude silentium: τ de nullo esse sollicitus. Attende meditationi tue: cum timore dei exurgens tam mane ꝙ vespere: τ impetum inimicorum non timebis.

De silentio.

BEatus Antonius discipulo suo solebat dicere. Si affectaueris silentium: ne arbitreris te exercere virtutem: sed indignū te ꝓloqui cofitere. Cuz quidam frater abbati silloy dixisset: volo animam meam saluare respōdit Qua ratione possumus animaz nostram saluare: cuz lingua nostra aperto ostio sepe prosiliatur? Quidam frater interrogauit senem dicens. Usqꝫquo seruandum est silentium pater? Respondit senex. Usqꝫ quo interrogeris in omni eñi loco si taciturus fueris: requiem possidebis. Dixit senex. Peregrinatio est tacere. Dixit quidaz senex. Peregrinatio que propter deum fit: bona est: si habuerit τ silētiū nam fiducia non est iam peregrinatio. Abbas Arsenius solebat dicere. Peregrinꝰ monachꝰ in aliena terra nullius cause mediator: accedat τ quietem poterit adipisci. Abbas ampo dicebat. Sicut apis quocunqꝫ vadit mel operatur ita τ monachus quocūqꝫ pergit si propter opꝰ dei perrexerit: dulcedinem bonorum actuum potest afferre.

De fugiendo clericatus honorem.

ABbas Theodorus dū esset in scithi dyaconus ordinatus nullatenus permanere acquiescebat: sed multis locis fugiebat. Et iterum senes reducebant euz dicentes. Ne derelinquas locum tuum. Quibus ille ait. Permittite me deprecari deum: si me iubet ministrare loco meo. Et orauit sic: domine si voluntas tua est: vt in ordinatione mea persistā: ostēde mihi. Et ostensa est illi colūna ignea a terra vsqꝫ ad celum pertingens: τ vox ad eū. Theodore: si potes fieri sicut columna ista: vade τ ministra. Sufficit quod leuitis et sacerdotibꝰ per moysen dictum est: vt mundo corde τ corpore: in noxijs manibus τ vestimento mundissimo: pro filijs israel offerrēt sacrificia. Quod ille audiens vltra nullatenus acquieuit. Sed cum venisset in ecclesiam deprecabātur eum: vt si non ministraret vel calicem teneret. Qui non acquieuit dicens. Si mihi de hac re amplius verbum feceritis discedo hinc τ sic eum dimiserunt. Abbas Isaac audiēs quia presbyterum eum patres volebant facere in scithi fugit in egyptum. Et ingressus in agrum latuit inter herbas. Contigit autem vt patres q̄ sequebātur eum in eodem agro requiescerent quia iam nox erat: τ dimiserunt asinum vt pasceretur. Ille autem peruenit pascendo ad locum vbi latebat abbas Isaac. Et mane facto q̄rentes asinū: inuenerunt τ senem: τ mirati sūt Cū aūt vellēt eū ligare dicit eis. Iam non fugio: q2 scio ex iussione dei esse: τ quocunqꝫ fugero ad hoc peruēturus sū. Abbas motoys venit aliquando de loco qui vocatur ragita: in partibꝰ gebilonis. Erat autē cū eo etiā discipulus eius. Uidens autem illum episcopus illiꝰ loci: tenens eum inuitū presbyterum fecit. Et dum pariter comederent: dicit ei episcopus. Indulge mihi abba. Scio enim quia hunc honorem nolebas: sed ego a te benedici deside-

rans hoc facere presumpsi: cui senex pro humilitate ait. Et mea cogitatio parum volebat sed in hoc laboro: quia diuidi habeo a fratre qui mecum est: et solus non sufficio orationes meas implere. Dixitque ei episcopus. Si scis eum dignum: ordinabo et ego illum. Respondit abbas motoys Si quidem dignus sit nescio: vnum tamen scio quia melior est me. Ordinauit autem et illum. Vterque tamen ita permanserunt vsque ad finem suum vt ad altare quantum ad oblationem sacrandam: nunquam accederent. Unde dicebat senex. Confido in deum meum: quia non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc quia oblationem offerre non presumpsi: nam ordinatio illorum est: qui sine culpa sunt iusti et immaculati: ego autem me bene cognosco.

¶ De heremo et quare fugierunt in solitudinem

Abbas arsenius ab abbate Marco requisitus est aliquando cur fugeret homines. at ille respondit. Scit deus quia diligo homines sed cum deo pariter et hominibus esse non possum Superne enim multitudines ac virtutes vnius sunt voluntatis homines vero et multas habent voluntates et varias et ob hoc deum relinquere et cum hominibus esse non possum. ¶ Quidam fratres dum linum et thebaida pergerent comparare dixerunt per occasionem beatum Arsenium videamus. Quod cum daniel discipulus eius ei nunciasset precepit vt pro qua causa illic aduenissent de alexandria ab eis inquireret. Cum ergo nunciasset quod propter linum pergerent comparandum respondit Arsenius. Ergo faciem meam non videbunt: quia non propter me: sed propter suum opus aduenerunt. Uade itaque et susceptis eis fac obsequium et dimitte eos dicens. Quia senex non potest vobis occurrere. ¶ Abbas Bisarion dum deambularet cum discipulo suo per heremum venerunt ad quandam speluncam. Et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem et funiculum operantem: qui neque respexit in eos: neque salutauit eos neque aliquid locutus est eis. Dixit ergo abbas Bisarion ad discipulum suum. Eamus hinc: quia non vult hic senex loqui nobiscum. Et profecti sunt ad Joannem abbatem. cum autem reuerterentur venerunt ad eandem speluncam: et dixit abbas Bisarion. Ingrediamur iterum ad hunc fratrem. si forte vel modo persuadeat illi deus vt loquatur nobiscum. Et cum ingressi fuissent: inuenerunt eum mortuum. Et dixit discipulo suo. Ueni frater componamus illum: quia propter eum deus huc transmisit nos. Cum autem sepelirent eum inuenerunt quia mulier esset: et admirati sunt et dixerunt. Quia magna misericordia domini est: quia et mulieres colluctantur et vincunt demonia. Et glorificantes deum qui est protector omnium ad propria redierunt narrantes que viderant.

¶ Que sit obseruantia heremite.

Abbas Moyses ad solitarios solebat proferre sermones dicens. Quattuor sunt principalia obseruantie. i. tacendi: seruandi mandata dei humiliandi semetipsum: et angustia paupertatis. tres autem has virtutes homo difficile possidet vt semper lugeat: et semper suorum memor sit peccatorum: et omni hora ponat sibi pre oculis mortem. ¶ Beatus Antonius solebat dicere. Patres inquit egressi sunt in desertum: et ipsi sani effecti facti sunt medici: et reuersi alios sanauerunt: et nobis autem si quem egredi contigerit in desertum antequam ipsi sanemur: curam alijs adhibemus et reuertitur ad nos infirmitas nostra et fiunt vltima nostra peiora prioribus: propter quod dicitur nobis. O medice prius tibi curam impende.

¶ Qui sunt similes vnius meriti fratres.

Quidam frater interrogauit Pimenionem abbatem dicens qui sunt vnius meriti fratres? Respondit senex. Si fuerint tres simul vnus quidem in omni verbo vel opere descendens alter autem infirmans et gratias agens. tertius vero cum munda conscientia illis obsequium faciens hi tres vnius meriti sunt. ¶ Dixit senex. Iniuriare aut mentiri aut periurare alienum a christo est. Per has quattuor res anima maculatur idest si amicitiam quis cum potentibus habuerit concupiscentias carnales studens vel si de proximo suo detractauerit: aut si per ciuitatem ambulans oculos suos non custodierit. et si quamcunque noticiam cum muliere habuerit. ¶ Beatus Arsenius referebat quod cum in propria cella resideret voces sibi audiret dicentem vt egrederetur foras propterea opera manuum contemplanda. Et egressus vidit hominem quendam aquam de puteo haurientem atque in vas perforatum mittentem et aqua egrediens refundebatur in puteum. Et iterum

progressus arsenius vidit ante portā ciuitatis duos iuuenes sedētes in equis qui lignū trāsuersum portantes ingredi non poterant ciuitatem. Lignum enī quod ab eis portabatur nō eos permittebat intrare: et sequi vel humiliare alteri alter non valebat: et ita foris ciuitatē vterque remanserunt. Ille vero qui hoc sancto arsenio in spū ostendebat dixit ei. Nunc quem prius vidisti aquā de puteo haurire: et de vase pforato rursum in puteū fundere: simili modo est hoīs facientis elemosinam qui bonū opus imitatur efficere: sed qz in alijs operibus sepe cōmittit iniquitatem ppter hec mala illud parū boni se coinquinans perdit. Illum autē quem vidisti ligna cōcidere et grauem sarcinam addidisse facereque grauiorē: homo est in peccatis plurimis constitutus qui post penitentiaz aliud super pctis suis onus augmentat. Nos vero quos transuerso ligno renitente ciuitatem non posse ingredi cōspexisti: isti sunt qui iugum miserabile videntur ferre superbiam: et alter alteri se humiliare noluerūt vt per hoc emendati viam christi humile sequerētur atque ideo extra regnum dei tam hi quam illi remanserunt. ¶ Interrogauit frater abbatem Sisoyum dicens. Dimissa est mihi hereditas a parentibus meis: quid faciam de illa? Respondit senex. Si dixero, da illam in ecclesiam clericis illi epulantur ex ipsa. Si dixero da illam consanguineis tuis: nullam habebis mercedem. Si ergo vis implere mandatum diuinum da hanc pauperibus et egenis: et perfectus eris.

¶ Temporalis profectus derelinquendus est propter amorem charitatis.

ABbas Sysois dixit: Cum fuissem aliquando in mercato: et sportellas meas fratri venderem: videns quia iracundia approximabat mihi: dimisi vascula mea fugiens. ¶ Dixit abbas Johannes. Ascenderam aliquando per viam heremi in Scithi: texens plectam: et audiui camelarium loquētem sermones varios. et ne forte irascerer: dimisi plectam meam et fugi. ¶ Interrogauit frater abbatem pimeniuz dicens. Quid est qđ dñs dixit maiorem charitatem nemo habet quam vt animā suam ponat quis pro amicis suis: quo hoc facit? rñdit senex. Siquis audit verbum malum a proximo suo: et dum possit similia rñdere: pugnat tamē in corde suo portare laborē et vim sibi facit ne respondeat malum vt contristet illum: iste talis animā suā ponit pro amico suo. ¶ Abbas macharius dixit. Si reminiscimur malorum que ab hominibus patimur. perdimus memorie virtutem. Item dixit si autez recolimus malorum quę nobis a demonibus mittunt: sine perturbatione erimus: sciētes quod ab initio bona deus creauit: dyabolus vero mala superseminauit. En sunt perditiōes innumere. Et addidit dicens. culpa est monachi: si lesus a fratribus primus in charitate purgato corde nō currit. Nā sunamitis non meruisset recipere Helyseum pphetā in domum suam nisi quia cū nullo alio habuit causaz. Sunamitis enī in persona est anime. Helyseus vero in persona spiritus sancti figurata: quia nisi pura sit anima: nō meretur suscipere spiritū dei. Ita ira iueterata excecat oculos cordis: et animam excludit ab oratione.

¶ Quid lamentatio vel paupertas que fit propter deum operetur.

SAnctum Antonium requisiuit frater dicens. Quid faciam pro peccatis meis? Respondit. Qui vult liberari a peccatis: fletu et planctu liberabit ab eis: et qui vult edificari in virtutibus p fletū lachrymarum edificatur. Ipsa laudatio psalmorum planctus est. Memento exemplū Ezechie regis iude: sicut scriptum ē p esayam pphetā: qđ flendo non solum sanitatē recepit: sed etiā p .xv. annos augmentum vite promeruit: et superuenientē hostis exercitū videlicet cētum et octogintaquinque milia: per lachrimarū eius rigationem: virtus dñi in mortē prostrauit. Sanctus petrus apostolus flendo recepit qđ in xpm negādo cōmiserat. Maria cum lachrymis rigauit pedes dñi meruit audire optimā partē elegisse. Ipse timor sanctus permanens in seculum seculi. ¶ Btūs macharius dixit. In veritate si facta est monacho despectio quasi laus paupertas sicut diuitie: inopia sicut epule: nunquam moritur. Impossibile ē hō credentē et pie colētē deū cadere in passionem immūdā et in errorē demonum.

¶ In hac vita homo requiem inuenire non potest.

ABbatē sisoyum requisiuit frater post quantum tēpus debet homo a se abscindere passiones?

Respondit. Scriptum est in euangelio: quia peccatores deus non audit: sed qui cultor dei est et voluntatem facit. Ideo cum venerit impugnatio abscinde illam: quia fragilis est aia. Ante armetur q̄ a peccatis inquinetur ¶ Abbatē pimeniū interrogauit frater. Quid faciam: quia cōturbabant me cogitationes sedentem in cella? Respondit. Neminē despicias: nullum diiudices: de nullo male loquaris et deus dabit tibi requiem: et statuet sessionem tuam sine conturbatione. Custodiam em̄ seniorū: et quietem ipsorum considera. Meditare in diuinis officijs: et scias horas cāonicas die ac nocte. Timor domini nō discedat a corde tuo: et non glorieris: neq̄ te estimes cum iustis: et ex omni virtute tua custodi: vt non facias propriam voluntatem. ¶ Idem dixit sicut ad succensam ollam musce non appropinquant: si vero tepida fuerit incidunt in eā: et faciunt vermes: ita et monachū succensum igne diuini spiritus demones fugiunt tepidum vero illudūt et insequuntur.

¶ Unde vitia oriuntur.

Sanctum Antonium requisiuit frater. Quomodo deus reprommittit bona anime per assiduitatem scripturarum: et nō vult anima in bonis permanere: sed declinat ad transitoria caduca et immunda? Respondit ad hoc iungitur quod psalmista ait. Iniquitatem si conspexi in corde meo non exaudiet deus. Ignoras q̄ cum venter plenus fuerit esca: statim ebulliūt magna vitia: que saluator noster per euangelium predixit. Nō coinquinat quod in os intrat animam hominis: sed de corde exeunt que in interitum demergunt homines. Uide quid dixerit primum. Cogitationes male homicidia: adulteria: fornicatiōes: furta: falsa testimonia et blasphemie. Quia nec dum gustauit dulcedinem celestium: vt ex toto corde exquirat deū ideo ad immunda reuertitur. Quis poterit recte dicere: vt iumentum factus sum apud te et ego semper tecum?

¶ Qualiter virtutes obtinere oportet.

Quendam senem requisiuit frater dicens. Doce me pater et dixit ei vade ama tibi ipse vim facere. Euagina gladium tuum: et exi in bellum. Dixit ei frater. Non me permittunt cogitationes. Respondit senex. Scriptū est. Inuoca me in die tribulationis tue: eripiam te et glorificabis me. Inuoca ergo deum et eripiet te. ¶ Perrexerunt duo fratres ad vnū senem sanctum in scithi sedentem singularem dixitq̄ vnus ex illis. Abba omne vetus et nouum testamentum memoriter didici. Dicit ei senex. Implesti aerem verbis. Et alter dixit. Ego vetus et nouum testamentum totum scripsi: et penes me habeo. Et huic respondit: et tu implesti fenestras tuas cartis. An ignoratis que dixit. Regnum dei non est in sermone: sed in virtute? Et iterum. Nō auditores legis iusti sunt apud deū: sed factores legis iustificabuntur. Inquirebant ergo ab eo viam salutis. Ille autem dixit eis. Initiū sapientie timor domini: et humilitas cum patientia. Omnibus his incertis vel his vtentibus pauca sufficiūt:

¶ Quomodo in cenobijs viuendum sit.

Cum quidā adolescēs frater abbatem agathonē requireret dicens: volo permanere cū fratribus. Dic mihi quomodo habitaā cum ipsis? Respondit ei senex. Obserua pre omnibus hoc vt qualis primo die ingredieris apud ipsos talis reliquum peragas tempus: et cum quiete adimplebis peregrinacionē tuā. Custodi em̄ ne quando fiduciam loquendi assumas dicente apostolo. Nemo militans christo implicat se negocijs secularibus. ¶ Item dixit Agathon. Si habitas cum proximo esto sicut columna lapidea: que si iniuriatur non irascitur: si glorificatur non extollitur. ¶ Abbas Pimenius ad abbatem Nesterionem sedentē in cenobio requisiuit dicens. Unde adeptus es hanc virtutem frater: vt quotienscū q̄ tribulatio contigit in cenobio: neq̄ loquaris: neq̄ mediator accedas? Et cum nollet dicere: postea compulsus a sene dixit. Indulge mihi abba: quia in principio quādo ingressus sum: dixi cogitationi mee. Ecce tu et hic asinus estis. Sicut enim hic asinus vapulat et non loquitur iniuriatur: et nihil respōdet: ita ergo esto et tu: nam sic dicit et psalmus. Ut iumentum factus sum apud te: et ego semper tecum. ¶ Cum aliquando gens mazicorum in scithi superueniens: multos ex patribus occidisset abbas Pimenius vna cum alio patre seniore nomine Anub: et cum alijs quinq̄

patribus fugiens inde venit ad locum qui di-
citur thereinithi: et inuenerũt ibi templuz an-
tiquum desertum: et manserunt in eo hi septẽ
pariter: donec cognoscerẽt vbi vnusquisqȝ in
egypto mãsurus esset. decreuerunt autẽ inter
se dicẽtes. Septimana hac vnusquisqȝ requi-
escat apud se: et alter ad alterũ non loquatur:
cum autem id facerent erat in templo illo sta-
tua cuiusdã idoli. Abbas ergo anub exurgẽs
mane lapidabat eam in facie et vespere veniẽs
dicebat ad eam peccaui: indulge mihi et sic fe-
cit per totam hebdomadam die autem sabbati
cum venissent pariter dixit ei abbas pimeni⁹
Quid voluisti hoc tota hebdomada facere: vt
homo fidelis diceres idolo indulge mihi. Di
xit ei senex anub. Hoc ego propter vos feci.
Dicite mihi: nũquid quando hoc idolum lapi
dabam: locutum est aut iratum: aut quando in
dulgentiam petebã: nunquid exaltauit se aut
gloriatum est. Cui abbas pimenius respondit
Non vtiqȝ. Tunc dixit senex: fratres ecce se-
ptem sumus si vultis ergo pariter manere: vt
lucrum anime faciamus: sit idoluz nobis istud
in exemplum: ne quando iniuriatus aliqs ira
scatur ne quando ab eo venia petitur glorief
aut extollatur. Si autez vultis: vnusquisqȝ va
dat quo vult. At illi proijcientes se in terram
spoponderunt se ita facturos et sic permanse-
runt per multos annos cum magna humilita
te et abstinentia vnum et ipsis facientes dispẽ
satorem. Et erat eis perfectio et vnuz deside
rium: et quicquid positum esset in mensa refi-
ciebantur: nullo dicente affer nobis illud: aut
istud nolo comedere. Quattuor siquidem ho-
ras dormiebant in nocte: et quattuor psallebãt
et quattuor operabantur. In die vero p inter
ualla horarum officijs diuinis insistebant ope
rantes et legentes et fundentes folia palmarũ
vsqȝ ad horam nonam. Post hoc vero victum
sibi preparabant: colligentes quasdaz herbas
terre.

¶ Que sit obseruentia spiritualis discipline.

Quidam frater requi-
siuit sanctum Serapionem abba-
tem habentẽ sub regimine suo de
cẽ milia monachorum dicens. alij
fratres de cenobio elegerunt me vt ego illis p
cipiam: ostẽde mihi quomodo iubes: respõdit
Serapion. Durum est meuz fortasse imperiũ
Nam dñs noster iesus xp̃s per euangeliũ suũ
instruit dicens. Si diligitis me: mãdata mea
seruate. Et cum discipuli de primatu inter se
disceptarent: quis esset senior: ait ad eos. Si
quis voluerit inter vos maior fieri: erit vester
minister: et quicũqȝ voluerit in vobis prior eẽ
erit oĩm seruus. Petr⁹ apostolus in ep̃la sua
monet pastores. Pascite qui in vobis ẽ gregẽ
dei: nec expulsione sed voluntarie scd̃m deum
nec in turpe lucrum: sed forma estote gregis:
vt cũ apparuerit princeps pastor pcipiatis im
marcessibilem glorie coronam. Ita facito pri
us quod precipis vt nõ tm̃ illis precepta: sed
formulam prebeas: vt tua imitẽtur exempla
Ne sis mercenarius: sed pastor ouiũ: q: salua-
tor noster beatum dixit: quẽ cõstituit super fa
miliam suã vt det illis cibũ in tẽpore. ¶ Inter
rogauit abbas Moyses abbatem Siluanum
dicens. Potest hõ per singulos dies apprehẽ
dere cõuersationis initiuz. Respõdit opz eũ
apprehendere vnũquẽqȝ aliud ex oĩbus. Sur
gens mane sumat initiũ sapientie in oĩ virtu-
te et in oĩ mandato dei in magna patientia et
longanimitate et charitate dei: cũ humilitate
aĩe et corporis in multa sustentatione et cõmo-
ratione celle in oratione et deprecatione cũ ge
mitu cũ puritate cordis et oculorum custodia lin
gue ac sermonũ in abrenũciatione rerũ mate-
rialiũ: desiderio et carnis cruciationem hñtes
in certamine in cõtinẽtia spiritali et agone pu
gne in penitentia et luctu in simplicitate aĩe
et taciturnitate in ieiunijs et vigilijs noctur-
nis: in operatione manuũ scd̃z quod dicit apo
stolus Paulus: operãtes manibus vestris: in
fame et siti in frigore et nuditate in laborib⁹ et
ãgustijs et persecutionib⁹ in foueis et spelũcis
et cauernis esto factor verbi et nõ auditor tãtũ
operans talentum in duplum habens vestem
nuptialez: firmatus supra firmã petram. Ele
mosyna et fides nõ te derelinquant. Cogitãs
esto omni die mortem vicinã esse et quasi iam
clausus in monumẽto nihil de hoc seculo cu-
res: q: sollicitudo seculi et cupiditas diuitiarum:
hec sunt spine quas dñs cauere dixit in euan
gelio que bonũ semẽ suffocant. Inedia escarũ
humilitas et luctus nõ recedant a te: q: domi-
nus dissipat ossa hoĩm sibi placentium. timor
omni hora pmaneat in te sicut scriptũ est pro-
pter timorem tuũ dñe in vtero cõcepim⁹ et do-
luim⁹ et peperimus spiritũ salutis. Hec ergo
et si qua alia virt⁹ inest his pspice: et ne te mẽ
sures cum magnis aut iustum te estimes: sed
te crede inferiorem esse totius creature: id est
viliorez quouis homine peccatore. Qui se exi

stimat aliquid esse cū nihil sit: ipse se seducit. Non diiudices proximū neqȝ despicias aliena delinquētia: sed tu plange peccata: ⁊ de nulli⁹ hominis actu sollicitus sis. Esto mansuet⁹ spiritu: ⁊ non iracundus nihil in corde tuo neqȝ odiū neqȝ cōtra inimicū aliquid sine causa habeas: neqȝ despicias eū in tribulatione eius neqȝ reddas malum pro malo: sed esto pacificus cum oībus hoc est vinculum perfectionis Non te credas malum facienti: neqȝ congaudeas ei qui fecit proximo suo malum. Non detrahas alio qȝ deus iudex ⁊ testis est in oibus Ne oderis aliquē propter peccatū eius: quia scriptum est. Nolite iudicare vt nō iudicemini. Dum aliū arguis: vide ne peiora cōmittas non despicias peccātē: sed ora pro illo: vt de⁹ illi det conuersionē ad penitentiam: ⁊ si audieris de aliquo qȝ agat iniqua: responde dicens. Nunquid ego hoꝝ sum iudex: homo sum peccator mortuus sub peccatis meis. Mortu⁹ ei causam non habet curare pro aliquo. Qui hec oīa procurat ⁊ cogitat operarius est omnis iustitie. Dum de xp̄o redemptore nostro prophe ta denunciet dicens: ego aūt sum vermis ⁊ nō homo. Et alius ꝓpheta Abacuch dicit. Lapis de pariete clamauit ⁊ scarabeus de ligno loqͥ nos vero dum in multis extollimur: in multis supplātamur. Qui vero hec custodit viuit sub gratia et virtute domini nostri iesu christi.

¶ De meditationib⁹ duodecim anachoretaꝝ.

Anachorete aliquādo sapientes sancti ⁊ spiritales duodecim numero congregati in idipsum experierūt a semetipsis dicere vnūquēqȝ que emendauerit in cella sua: ⁊ quā meditationem meditatus sit spiritaliter. et dixit primus qui ⁊ senior eorū. Ego fratres ex quo cepi quiescere totum crucifixi meipsum his que extrinsecus sunt actionibus reminiscens quod scriptum est. Dirumpamus vincula eoꝝ et proiiciamus a nobis iugum ipsoꝝ. Et velut murū faciens inter animā ⁊ corporales act⁹ dixi in mente mea. Quemadmodum is qui intra murum est: stantem foris non videt sic nec tu velis exteriores actus aspicere sed teipsū intuere sustinens quottidie spem dei. Sic autem habeto malignas cogitationes aut malas concupiscentias: sicut serpentes: ⁊ scorpionū prolem. Si quando autem eas in corde meo nasci sensero: attendens illas cum cōminatione et ira arefacio eas: nec vnqȝ cesso irascens corpori ⁊ menti mee ne quid paruum faciat. ¶ Secundus ait. Ego dixi ex quo renunciaui terre hodie renatus es: hodie cepisti seruire deo: hodie hic inhabitare cepisti: sic esto quottidie peregrinus ⁊ crastino liberandus: hoc mihi quotidie consulebam. ¶ Alter dixit. ego diluculo ascendam ad deum meū: ⁊ adorans illum: iactans me in faciem meam: confitēdo culpas meas: ⁊ sic descendens adoro angelos dei rogans illos supplicare deo pro me: ⁊ oēm creaturam. Et cum ista adimpleuero vado ad abyssum: et quid iudei faciunt hierosolymis: euntes conscidentes se ⁊ lachrymantes ac lugentes casum patrum suorum. Hoc ergo circuiens ⁊ expectans propria membra tormentis subdita: et cum plorantibus ploro. Quartus ait. Ego sic sum: ac si in monte oliuarū sedens cum domino et discipulis eis. Et dixit mihi: ex quo nullum agnoscas secundum carnem: sed cum his esto semper celestis conuersationis imitator: sicut bona Maria ad pedes Jesu sedens: et verba eius audiens. Efficiamini sancti et perfecti sicut et pater vester qui in celis est. Et discite a me quia mitis sū et humilis corde. ¶ Quintus ait. Ego angelos aspicio ascendentes et descendentes ad vocationem animarū: ⁊ semper finem meum operior dicens. Paratum cor meum deus paratum cor meum. ¶ Dixit sextus: ego per dies singulos statui verba mea audiri a domino putans mihi dici: laborate ꝓpter me: et ego qui escere faciam vos. Adhuc modicum decertate et videbitis salutare meum et gloriam meam. Si diligitis me: si filij mei estis ad patrē rogantes reuertimini si fratres mei estis erubescite pro me quemadmodum propter vos multa perpessus sum. Si oues mee estis dominicam passionem sequimini. ¶ Septimus ait. Ego ista assidue medītor et sine intermissione colloquor mihi fidem: spem: et charitatem: vt spe quidem gaudeam: dilectione vero neminem aliquando contristem: et fide corroborem. ¶ Octauus ait. Ego volentem diabolum expecto: querentem quem deuoret et vbicunqȝ ierit expecto illum interioribus oculis meis: et dominum deum aduersus illum interpello: vt sine effectu maneat: ⁊ in nullo preualeat: maxime in timentibus deum. ¶ Nonus ait. Ego quotidie ecclesiam intellectualium virtutum expecto: dominum

glorie in medio earũ video super omnes splẽdentem. Quando autem abscedam ab eo ascẽdo in celum expectans admirandas pulchritudines angelorum ⁊ quos emittũt hymnos incessabiliter deo ⁊ dulces eorũ cantilenas differorꝙ sonis ac vocibus ⁊ suauitate: vt libeat reminisci quod scriptũ est. Celi enarrant gloriam dei: ⁊ opera manuũ eius annunciat firmamẽtum: ⁊ omnia que super terram sunt sicut cinerem ⁊ stercora opinor. ¶ Decimus ait Ego angelum meum assistentẽ mihi iuxta me expecto ⁊ custodio memetipsum qđ scriptũ est reminiscens prouidebam dominum in conspectu meo semper quoniã a dextris est mihi ne commouear. Timeo igitur eum vt custodientem vias meas ⁊ quotidie ascendentem ad deum ⁊ insinuantem actus meos ⁊ verba. ¶ Undecimus ait. Ego personã inponens virtutibus: veluti si abstinentie castitati benignitati dilectioni in meipsum steti ⁊ circundans mihi illas ⁊ vbicũꝙ iero dico mihiipsi vbi sũt sequaces tue? Ne pusillanimis sis: ne deficias habens iuxta te ea semper. Quecũꝙ libent loquere de virtute vt post mortem testificentur de te coram deo quia inuenerunt requiem in te ¶ Duodecimus ait. Uos quidem patres celestem habentes conuersationem celestem ⁊ sapientiam possidetis. Nihil mirum. Eleuatos vos operibus video: et superiora sectantes. Quid dicam? Uirtute enim etiam transpositi estis terram: vosmetipsos ex toto alienantes ab ea. Quid dicam? Uos terrenos angelos et celestes homines dicens non peccaueris. ego vero me his indignum iudicans peccata mea vbicunꝙ iero precedunt me semper: ad dexteram ⁊ sinistram in infernum vero adiudicaui meipsum dicens. Esto cum his quibus dignus es. istis post modicum annumeraberis: video ibi pares gemitus ⁊ incessabiles lachrymas q̃ a nullo referri queunt. Aspicio quosdam stridentes dentibus ⁊ saliẽtes toto corpore: ⁊ trementes a capite vsꝙ ad pedes. Et iactans me super terram ⁊ amplectens cinerem deprecor deum nunq̃ casum me illorum experimenta accipere. Uideo ⁊ mare ignis bulliẽtis immẽsibile: ⁊ circum flentes ⁊ mugientes: vt putent aliqui vsꝙ ad celos attingere fluctus ignis ⁊ in tremendo illo mari innumerabiles homines deiectos ab agrestibus ⁊ vna voce omnes illos clamantes ⁊ vlulantes simul quales nemo super terram vlulatus et voces audierat: ⁊ sicut arentia omnis virgulti cremare misericordia autem dei auertente se ab illis propter iniustitias eorum. Et tunc lamento genus hominum quomodo audeo loqui; vel cuilibet attendere tantis mundo repositis malis. et in his teneo mentem meam luctum meditans: quod ait dominus indignum me celo et terra iudicans reputansꝙ quod scriptum est: facte sunt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Hec sapientium ⁊ spiritualium responsa patrũ. Et veniat ⁊ in nos digna memoria vt narrationem conuersationis opere ostendere possimus vt facti inuituperabiles ⁊ perfecti ⁊ irreprehensibiles placeamus saluatori nostro. Cui est honor ⁊ gloria in secula seculorum.

¶ Amen.

¶ Finit quarta principalis pars huius operis.

¶ Sequitur opusculũ ꝓ cõclusione annexum de virtutũ laude ⁊ effectu intitulatum.

¶ Incipiũt capitula subsequenti opusculi.

¶ Ammonitio de laude charitatis. Ca. I.

Te non immemor petitionis hanc ammonitionem pro anime tue profectu o frater charissime tibi vt rogasti prebere studui noui em̄ ardorem animi tui erga scripturas diuinas: noui tibi inesse studium legendi et implendi quod legis. Memor igitur sum lachrymarū tuarū: ⁊ oīs studij tui qđ in te sepe pspexi: duʒ tecum de anime tue sermocinaciter profectu: et idcirco me non piguit: hoc qđ mihi tua sug gerere voluit charitas adimplere: quaten⁹ et tu ex hac ipsa ammonitione in domini gradatim amore proficias: ⁊ ego tue mercedis effici merear particeps. Scio vere non mediocriter esse beatum: qui se solūmodo domino adiuuante saluat: sed noui multo beatiorem fore: q̄ secum alios ad celeste regnuʒ trahere festinat Quapropter hortor tuā eximiā dilectionē vt hanc āmonitionē subinde legas: ⁊ memorie cōmendes atq̄ opere cōpleas vt alijs bonum exemplum monstrando ⁊ te et alios salues vt de tuo aliorumq̄ profectu felicem remunerationem ab immortali sponso recipere merearis. Mente solerti tracta: ne hoc agas vnde celesti tuo sponso displiceas: q: ipse tibi si bene vt cepisti perseueraueris: inauditaʒ leticiā inuisum gaudium cum ceteris cōdonabit sanctis paulo affirmante qui ait. Quod ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit: que preparauit deus diligentibus se. Festina igitur ad illud gaudium ad illam leticiam in qua multi sanctorū requiescunt considera deo dilecte: quāta sit felicitas dei vultum sine defectu cernere: sanctorꝫ angelorum choris interesse: cū sanctorꝫ hominū multitudine sine fine gaudere ⁊ ad hec gressibus virtutuʒ quotidie appropinquare stude. Ut ad ea que cōmoraui recto tramite pergas citiusq̄ peruenire queas: hanc tue beatitudini ammonitionem scripsi per quam non de vna solummodo virtute sed de multis te cupio cōmonere virtutibus. Quē sermonē ideo singulari nūero ammonitionem voco q: q̄uis multe sint virtutes et innūerabilia hortamenta: ad vnam tamen pertinent viam: ad vnū iter: ⁊ ad vnam felicitatem perducūt hominem. Cum igitur de pluribus virtutibus te ammonere desiderem primū cū Paulo apostolo hortor vt charitatis virtutem ante omnia habere studeas q: sicut panis oībus cibis est melior: ita charitas omnes antecellit virtutes. Et sicut sine pane mēsa efficitur inops: ita sine charitate nulla proficit virtus. Sine charitate em̄ nec lachryme nec vigilie nec nuditas nec castitas nec elemosyne: nec martyriū hominē saluare potest. hanc dñs ac redemptor noster spāliter nobis cōmēdauit. Hec inquit mando vobis vt vos inuicē diligatis. Et iterū. In hoc cognoscent omnes quia mei estis discipuli: si dilectionem habueritis adinuicem. Hanc Joānes apostolus laudat dicens. Qui manet in charitate: in deo manet ⁊ deus in eo. Hanc predicator egregius cunctis virtutibus preferens dicit. Si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: et si tradidero corpus meuʒ ita vt ardeam: charitatem autem non habuero nihil mihi ꝓdest Deinde subiungit. Patiens est charitas benigna est. Patiens est ad toleranda aduersa: benigna est ad bona prestanda. Stude ergo fidelissime frater oīa patienter tolerare aduersa ipsos quoq̄ quos toleras cura diligere.

¶ De charitatis et humilitatis conneri one. Cap. II.

Certissime tibi conuenit credere q̄ nunq̄ charitas sine humilitate et obedientia regnet in homine. Si veram habueris charitatem mox eris humilis ⁊ obediens. Humilitas namq̄ eximia virtus est. Hec de terrenis hominibus facit celestes. Per hanc diabolus superatur: p hanc eius laquei vitantur: sicut beatus Antonius dicit abbati Pastori. Uidi oēs inimici laqueos tensos in via ⁊ īgemiscēs dixi. Quis putas transiet istos laqueos? Et audiui vocem dicentē: humilitas: hoc vero beat⁹ Antonius vt puto nō pro se tantū vidit ⁊ audiuit: et pro nobis qui peccatores ⁊ insipientes sumus: ⁊ longe ab illis meritis distamus vt nos hec legentes: ⁊ opere complentes diaboli laqueos possumus vitare: qui semper inquirit quomodo nos decipiat. Igitur q̄ magna sit humilitatis virtus. Martini etiā monachi vita insinuat: quem dicūt etiam in iuuētute valde fuisse mansuetum: humilem ac sapientem: et pro eius virtutibus tantum dicūt deo fuisse amabilem: vt dum ad dominicū corpus accederet: angelus ei sacramenta pberet. Pensare vero debemus ex hoc miraculo q̄ magnum donum sit humilitas: per quod donum

tam amabilis et tā acceptabilis deo adhuc hō mortalis efficitur. ¶ Abbas etiā Daniel miraculum narrat per quod virtus humilitatis declaratur. Erat autem ait in babylone filia cuiusdam illic prioris demonium habens. Pater autem eius diligebat quēdam monachum: qui dixit ei. Nemo potest curare filiā tuam nisi quos scio solitarios. Et si perrexeris ad eos: non acquiescent hoc facere propter humilitatem. Sed hoc faciemus quando veniunt afferentes venalia que operantur: dicamus nos emere velle quod vendunt. Et cum venerint in domum precium accepturi: dicemus eis vt faciant orationem pro ea: et credo ꝙ saluabitur filia tua. Exeuntes ergo in plateam: inuenerunt vnum monachum sedentem vt venderet sportellas suas: et tulerunt eum in domū quasi preciū acciperet sportarum: et cum intrasset in domū venit puella que a demonio vexabatur: et dedit alapam monacho. Ille autē cōuertit ei et aliam maxillam secundū diuinum preceptum. Demon autē dum torqueretur clamare cepit. O violentia mandatorum christi expellit me hinc. Et statim mundata est puella. Cū autē venisset senex indicauerunt ei quod factū erat: et glorificauerunt deum et dixerunt. Consuetudo est diabolice superbie ab humilitate christi corruere. Consideremus et nos o sanctissime frater humilitatem huius felicissimi monachi et quantum possumus imitari curemus. Si igitur humilitas alterius ab alio demonium expulit sine dubio firmiter credere debemus ꝙ nostra humilitas diabolum in cordibus nostris regnare non sinat. Tunc vere iam humilitatem habemus si omnibus nos putamus esse inferiores et omnibus venerationem deferimus: et omnia que nobis alij faciunt aduersa humiliter toleramus propter dei amorē. De hac virtute dominus in euangelio dicit. Omnis enim qui se humiliat: exaltabitur. et qui se exaltat humiliabitur. Ex isto enim versiculo discere debemus ꝙ superbia cōtraria sit humilitati. Ergo si vere humiles eē volumus superbiā fugiam⁹ quia sup̄bia deijcit hūilitas eleuat. Ad hāc virtutē princeps apostolorum inuitat dicēs. Hūiliamini sub potenti manu dei: vt vos exaltet in die tribulationis. Hec sententia manifeste nobis insinuat: ꝙ si hic dum viuimus humiliare nos curauerimus in tempore tribulationis vel retributionis id est in die iudicij domini nos pietas exaltabit in celesti scilicet regno. Jam vero superius dixi ꝙ caritas et humilitas atque obedientia ab inuicem separari non possint.

¶ De obedientie bono eiusque laudibus. Capitulum. III.

Et quia hacten⁹ de caritate et humilitate dictum est: restat vt solerter attendas: qualis sit obedientie virtus. Propter inobedientiam primus homo abiectus est de paradiso. Quapropter si illuc vis ascendere: obediens esse stude. Ut autem ꝙ magna sit hec virtus agnoscas miraculū tibi ad memoriam reuocabo. ¶ Quidā secularis habens tres filios renunciauit seculo: et venit ad monasterium: relinquens filios suos in ciuitate. Et cum fuisset tres annos in monasterio: ceperunt cogitationes sue ei filios ad memoriā frequenter adducere: et contristabatur pro eis valde: neque tamen dixerat abbati se filios habere. Uidens autem abbas eum tristem dixit ei. quid habes ꝙ tristis es? Et narrauit ei ꝙ tres filios haberet in ciuitate: et quia vellet eos ad monasterium adducere: precepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cum perrexisset ad ciuitatem: inuenit duos ex his mortuos: vnum vero solummodo remansisse. Quem sumens duxit ad monasterium. Et requirens abbatem non inuenit illic. Interrogauit autem fratres vbi esset: et dixerunt ei ꝙ ad pistrinum perrexisset. Ille vero tollens filium quem adduxit: abijt ad pistrinum. Et videns eum abbas venientem salutauit. Et tenens infantem quem adduxerat: amplexatus est eum et osculabatur: et dixit patri eius. Amas eum? Et ille respondit: etiam. Omnino inquit: diligis eum? Et respondit: etiam. Postea vero dixit ei: tolle ergo si amas eum et mitte in fornacē ignis modo dū ardet. Et tenens eū pater iactauit in fornacem ardentem. Statim autem fornax facta est velut ros: et qua obedientia acquisiuit gloriam: quemadmodum Abraam patriarcha. Hoc ergo miraculum hortor vt memorie tradas: vt semper obedientie virtutem ante oculos habeas. Quia sicut illo tempore illius monachi obedientia extinxit ignem fornacis: sic et modo si fueris obediens: ipsa virtus in corde tuo ignem vitiorum extinguet in te: neque ꝙ post mortem in ignem descendens eternum: sed ad gloriam ascendens celestem: sine fine manentem. Ergo ama obedientiam:

dilige obedientiā: quia magna virtus est. Ut autē illius magnitudinē adhuc lucidius intelligas sequens miraculum frequenter lege. Dicebant fratres: quia narrauit quidam patrum vidisse se quattuor ordines in celo quorum primus erat hominum infirmorū gratias deo agentium: secundus hospitalitatem sectantium instanter ministrantes eis: tertius ordo in solitudine commorantium: et non videntiū homines: quartus ordo erat qui ad obediendum patribus spiritualibus se subiiciūt: propter dominū. Uidebat̄ āt ordo obediētiū torquē aureā habere et multum maiorem q̄ alii gloriam habebat ego autē dixi ei qui mihi hec omnia ostēdebat. Quomodo iste ordo qui paruus est maiorē q̄ alii gloriā habet? Et ille respondit q̄ hi qui hospitalitatē sectātur scdm propriā voluntatem: idipm faciunt similiter qui in heremo se religant arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autē ordo qui se ad obediendum dedit: omnes voluntates suas abiiciens: pendet ad deū et ad iussionem spiritualis patris: propterea et maiorē gloriam aliis habet. Quapropter frater karissime bona est obedientia que propter deū fit. Intende ergo dilectissime virtutis eius aliquod vestigium: vel ex parte obediētia salus est omnium fideliū: genitrix est omnium virtutum obedientia regni celorum inuentrix est: celos aperiens hominē de terra leuat: obedientia cohabitratrix est angelorū: et sanctorū omniū cibus est: ex hac enim abluti sunt: et per hanc ad perfectionem venerunt.

¶ Ammonitio d̄ virtute cōtinētie. Capi. IIII.

Iam tempus est vt post trium virtutum doctrinam vigilanter attendas q̄ta sit continentie virtus: et q̄ continentia non solum in cibo et potu sit: sed etiā in locutiōe et in somno ac vestitu innumerabilibus causis. Ammoneo igitur dilectionem tuam: vt non delicatos cibos queras: nec ante horā congruā comedere velis: nec dicas in corde tuo: ecce alii ita vel ita faciunt: scito pro certo: q̄ vnusquisq̄ qui in hac vita plus in dei seruitio laborauerit: eo maiorē mercedē post mortē a deo consequet̄. ne igr̄ tibi grauis videatur cōtinentie virtus: miraculū hinc qd̄ in tripertita hystoria legi profero. ¶ Dorotheus genere thebeus: talē ducere curauit vitā: vt quotidie lapides a mari colligeret: et in annis singulis hospicium edificaret: et ipsa hospitia dedit illis qui non habebant. Noctibus autē propter eorū cibū faciebat sportellas. Cuius cibus erat panis vncie sex: et olerum minutorū vnus vasculus: et ad bibendū aquā: hic a iuuētute sic viuens nec in senectute defecit. Nunq̄ visus est in lectulo soporatus: vel pedes prequiē extendisse: aut dormire pro voluntate: nisi q̄tum operando aut comedēdo natura cōpressos oculos claudere potuisset: ita vt sepe dum comedendo dormiret: cibus ex ore eius laberetur. Aliquando ergo somno valde grauatus: cum in stercore cecidisset obdormiuit. Expergefactus autē et cōtristatus sub silentio dixit. Si angelus dormire suaseris et mihi vlterius suadebis. Qd̄ forte dicebat ad somnum vel ad demōem qui nitebatur bonas eius actiones impedire. Huic laboranti quidam dixit. Cur ita perimis corpus tuū? At ille: quia me inquit illud occidit. Huius vero sacratissimi monachi cōtinētiā tibi scripsi: ne ipa tibi virtus grauis videretur: vt cognosceres q̄tum ab antiquis vel modernis quibusdam patribus distemus. Audiuit ergo beatitas tua q̄ dorotheus omni anno edificauit cellam et aliis donauit. Audisti etiam q̄ in lecto non iacebat: et de pane et aqua et herbis viuebat. Non ideo hoc dico vt tantum facias tu: sed te humilies simul q̄ scias quantam abstinentiam habuerant patres nostri: et nequaq̄ delicatos cibos queras presertim cum in prefato libro moysi monachi scriptum sit: q̄ per multos annos panē tantūmodo comederet: et multum opus faceret. Sex autem annis per totā noctē stans orauit: neq̄ genibus inclinatis: nec oculis in somno sponte clausis: insuper etiam circuibat cellulas monachorū: et lagenas eorum aqua impleuit: cum lōge aut decem aut viginti milium aqua maneret Qui licet ita domaret corpus: priorem tamen valitudinem non amisit. Hec miracula assidue lege sanctissime frater: et per hec dei adiutorio in abstinentia proficere stude. Non simus autem parati ad omnia quidem concupiscēda recolamus cōtinentiā beati Zenonis abbatis Abbas Zenon ambulans aliquando in palestina: et cum laborasset: resedit vt manducaret iuxta cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus dicendo. Tolle tibi vnum cucumerem et mānduca. Qui increpans cogitationē suam dixit sibi. Fures ad tormenta vadunt: proba ergo teipsum in hoc: si potes ferre tormenta. Et surgēs stetit in ardore solis diebus quinq̄ et dixit. Si ardorem solis non possum sufferre quomodo sufferre potero ignem eternū. Et di

rit ad animum suum Si nō potes portare tormenta non rapies cucumerem vt manduces. Uerba igitur tāti viri considerare nos ammonent: q̄tū ab ipsius conuersatione distemus. Quapropter perpendamus nos peccatores: et infirmos esse in comparatione sanctorum virorum: vt nosipsos ex illorum meritis despicientes: per domini piam misericordiam eorū cōsortium habere possimus.

¶ De continentia visus. Capi. V.

Quod autem non in cibo tm̄ sed in visu sit continentia: sequens miraculum insinuat. Pyor cū de domo patris ad philosophiā conuersationis exiret, pmisit denuo nullum se propinquorum fore visurum. Post aliquot vero annos: dum eius soror eum viuere et habitare in heremo cognouisset: non cessabat donec eum inspiceret. Quam cum episcopus loci illius iam grandeuam propterea videret affligi: scripsit presulibus heremi vt piorem dirigerēt At ille: qm̄ contēnere nefas est iussionibus seniorum obediens et assumens quendam venit ad patriam. Cumq; ante domus sue ianuā venisset: et suum nunciasset aduentum veniente germana dixit. Ecce ego sum pior: quanto vis aspectu satiare. Tunc illa gratificata laudauit At ille oratione facta: remeauit ad heremum: vbi fodiens aquam inuenit amarā eaq; vsus est vsq; ad vltimum vite sue diem. Post huius obitum nullus ibi habitare preualuit. Ego autem reor: quia per orationem ad suos vsus fecerit dulcem dum etiam alibi: non errante oratione meruit emanere. Nā cum moyses et ei⁹ monachi puteum aliquando foderent: et nec venam aliquam reperirent: nec amplius iam fodere altitudo permitteret medio die superuenit pior: et oratione facta descēdit in foueā. Cūq; tertio percussisset terram mox emanauit aqua. Cūq; oratione facta descēderet illis eū penitātibus: vt vel ex aqua gustaret: ad hoc inquit directus sū: et propter qd̄ veni peractū est Propterea vero o sanctissime frater: hec tibi de Piore scripsi: vt per te scires q continētia etiā in visu sit necessaria. Audisti vero nunq̄: iste monachus incaut⁹ fuit: q: nec inobediēs fuit precept; seniorum: qui illum ad sororē ire iusserunt: nec ipsam vidit: visus ab illa ne contra suū votū faceret videret. quapropter hortor tuam sanctitatem vt illum studeas imitari. Nō sit tibi cura videndi ppinquos tuos vel amicos quos in seculo reliquisti: et pro illorū cura oratio tueq; lachryme non minuantur: ne cum vxore loth retro respiciendo in statuā salis cōuertaris. recolo ergo illū euangelij versiculū: q nemo mittens manum in aratrum: et aspiciens retro aptus est regno dei.

¶ De continentia locutionis ammonitio. Capitu. VI.

Hortor etiā vt in locutione sis continens: vt assidue cum psalmista decantes. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiā. Noli igitur alijs detrahere. Memento vero q Maria soror Moysi: seruo dei suoq; fratri cum detraxisset quid illi accidit. narrat enim hystoria quia hāc culpā lepra fuerit maculata: septemq; diebus mansit extra castra que postmodū p orationē Moysi fratris sui mundata est. Absit autem vt ex lingua per quam patrem benedicim⁹: inde maledicamus aut detrahamus proximo. Recolamus igitur quod scriptū est: quia omnis detractor eradicabitur. vnde eradicabitur omnis detractor. Sine dubio de cetu sanctorū Ergo ne et nos de sanctorū consortio eradicemur custodiamus a detractōne linguā nostrā Nō deterabam⁹ proximo quē iubemur diligere sicut nosmetipsos. Et non tantū a detractione nos oportet cessare sed etiam ab ociosis verbis: quia euangelium clamat de oī verbo ocioso qd̄ locuti fuerint homines: reddēt rationē in die iudicij. Ociosus vero sermo est qui nec a eius qui eum loquitur nec ab ipius qui illū audit ptinet profectū. Noli ergo proferre verba que risum aut cachinnū moueāt: sed magis que ad cōpūctionem et lachrymas: et ad animarum profectum pertinent. Tuus sermo semp sit sale conditus. Narrat nāq; hystoria tripartita: ammonē heneseorū presulem atq; theonem multorum monachorum presides fuisse Ambo namq; operatores fuerunt inopinabilium rerū: et diuina prouidentia prophetiaq; cōpleti. Dicitur theonem fuisse eruditū egyptiorum: grecorum: latinorūq; studijs: et triginta annos habuisse taciturnitatem. Porro ammonem a nullo homine visum irascentem: aut iurantem: aut mentientem: aut vanum aliquem vel asperū vel infirmū ptulisse sermonē. Horū temporibus fuit helias monachus in heremo agens annum centesimū et decimum: ante ta

men septuaginta annis solus vixerat in solitudine: et vsq; ad hanc etatem ieiunando: multum silendo: ⁊ viriliter conuersando peruenit. Hec miracula hortor vt frequenter legas vt scias ꝙ cautum te in loquendo esse oportet. Audisti ergo nunc: ⁊ vt puto memorie commendasti ꝙ doctissimus theon monachus per triginta annos tenuit taciturnitatē. Hortor igitur vt quia nobis assidue tacere non licet: vel etiam quodlibet id placeat: vt semper a malo detractionis sileas. Ut ergo tibi virtus taciturnitatis placeat audi adhuc quid Zachariās de ipsa interrogatus respōdit. Dixit abbas pastor: quia interrogauit abbas moyses fratrē zachariam dicens. Quid tu vides? Et ille. Nihil melius ꝙ tacere pater. Et dixit. Uerum ē fili tace. Hora autem mortis eius sedens abbas Isidorus: respexit in celum ⁊ dixit. Letare: letare fili Zacharia: quia aperte sunt tibi ianue regni celorum: vides o sanctissime frater ꝙ zacharie per taciturnitatis maxime virtutem: aperte sint ianue celi: vt ergo ⁊ tibi aperiātur ama tacere delecta silere. Legi ergo de quodam seruo dei: ꝙ vt taciturnitatem disceret: per plures annos lapidem in ore portaret. Ammoneo ergo: atq; iterum ammoneo: vt linguam tuam custodias: nulli detrahas: nemini maledicas: nulla risum mouentia verba proferas: cogita ꝙ breuis sit ista vita: ⁊ ꝙ misera in comparatione eterne. Hec cogitando: et linguam referendo: imitando scilicet eorum actum: quorum superius mentio facta est: adueniens eorum consortio. Quomodo autem animo tuo multam taciturnitatem inculcare volo et quia multa bona opera propter vicium lingue pereunt: ideo adhuc vnam sententialem subiungam. Uenit in itinere conuersionis abbas euagrius ad quendam senem ⁊ dixit. Dic mihi abba sermonem quo saluus fiam? Et ille respondit. Saluus si vis fieri quando venies ad aliquem non prius loquaris: ꝙ ipse inquirat. Euagrius compūctus in hoc sermone penitentiam egit in conspectu senis: ⁊ satisfecit ei dicens. Crede mihi multos codices legi: ⁊ talem eruditionem nunꝗ inueni. Et multum proficiens exiuit. Ex his enim verbis o beatissime frater luci demonstratur: ꝙ beata est illa anima que taciturnitatis perfecte habet virtutem. Dilige hanc virtutem: posside hoc donum: conserua hanc margaritam. Amandum est ergo silentium: q: per illud humilitas nutritur lachryme generantur ad extremuz multa mala per illud declinantur.

De vilium vestimentorum appetitu. Capi. VII.

Scias deniq; o frater ꝙ ⁊ in vestimētis sit continentia valde necessaria. Sunt enim multi qui putant: ꝙ appetitus preciosarum vestium non sit peccatum. Quod si peccatum non esset: nequaꝗ dominus iohannem de asperitate vestimenti laudasset. Ait enim turbis. Quid exiistis in desertum videre hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Johannes vero mollibus vestitus esse negatur: quia qui mollibus vestiuntur: magis terreno regi seruiunt ꝙ celesti. Johannes vero primus noui testamenti monachus: pillis camelorum indutus fuisse perhibetur. Si ille qui in vtero matris sanctificatus fuit: ⁊ ideo multum amabilis atq; dilectus extitit: qui fuit verus propheta ⁊ plusꝙ propheta: pillis vero camelorū fuit indutus nos qui peccatores et infirmi sumus: quanto magis debemus vilibus vestibus esse contenti? Si hoc culpa non esset: nequaꝗ Petrus apostolus per epistolam firmans a preciosarū vestium appetitu compesceret dicens. Non in veste preciosa. Nemo namq; vt ait papa Gregorius: preciosa vestimenta nisi ad inanē gloriam querit. Peccatores enim sumus: ⁊ ideo preciosa vestimenta querere non debemus. magis vero ornatum mentis querere ꝙ corporis debemus. Ornatus mentis est charitas: fides humilitas: bōitas: ac benignitas. De his namq; virtutibus mens ornatur: sine fine cuz deo victura. Caro enim quamuis preciosis vestimentis cooperiatur ꝗuis auro argentoq; ornetur: nihil est aliud ꝙ caro ⁊ puluis ⁊ lutum et stercus. Quapropter magno opere procurare corporis labore debemus: non balneū subinde inquirere: non ornata vestimenta: q: si delicate corpus nostrum fouemus hostē nostrum nutrimus. Nullum eñ maiorē inimicū nutrit homo ꝙ corpus. Corpus autem trahit mētē ad peccatū. Semper debet illud seruus vel ancilla dei subiugatum habere.

Quod supradicta cum discretionis virtute debeant perfici. Capi. VIII.

Debet namq; corp⁹ affligi per abstinentiā: per vigilias ⁊ per diuersos modos ita tñ vt sem

per suum officium suamq obedientiam possit perficere castigandum semper: et affligendum est corpus: vt ad malum opus animam non trahat: et ad pergendum bonum sit semper idoneum. Nam qui ita corpus macerat vt nec quidã bonum opus facere valeat: discretionis adhuc ignorat virtutem. Ut igitur et corpus scias affligere et temperare vnum supra relatum de vitispatrum dicam sermonem. ¶ Dicebãt de quodam patre: quia dum secularis esset et coniugẽ habuisset: postea conuersus temptabatur a sathana de ea. Ipse vero narrauit hoc patribus. Qui cum hoc audissent: quia operarius esset et maiora facere potuisset q̃ officio suo agebat imposuerũt ei maiora vt debilitaretur corpus eius: vt nec surgere posset. Deo autem disponente: quidam peregrinus aduenit et pertransiuit: ammiraus q nemo egressus esset in occursum eius. Et reuersus pulsauit dicens. Ne forte frater qui in ea habitat infirmetur: qui cum pulsasset intrauit et nimis infirmum inuenit eum: et dixit ei. Quid habes pater? Et narrauit ei dicens. Ego de seculari vita sum: et sollicitat me inimicus de vxore mea: et narraui patribus et imposuerunt mihi onera diuersa. Et cum implere vellem iussa: defeci et tamẽ stimulus crescit. Audiens hec senex: contristatus ẽ et dixit ei. Siquidem patres magni viri bene imposuerunt tibi onera quibus grauaris. Si vero me paruulum audire volueris cito inuenies requiem. Nunc paululum cibum sume in tempore suo: et recollige vires tuas: fac aliquãtulum opus dei: et iacta in domino cogitatum tuum: quia tuis laboribus hanc impugnationem superare non poteris. Corpus enim nostrum velut vestimentum est si cum discretione tractaueris stabit. Qui cum audisset eu3 fecit ita: et infra paucos dies recessit stimulus eius. Hanc sententiam: ideo volui scribere in isto ordine: quia ea que superius ammonui: id est silentium: nuditas: abstinentia: corporisq castigatio cum discretione sunt agẽda. Discretio vero magna virtus est: quia per ipsam mala declinantur: et bona seruantur. Bonum ergo opus si sine discretione fit: cito deficiet. Discretio enim mater est omnium virtutu3. Quapropter et tuam frater hortor dilectionem: vt omnia cum discretione facias: vt nec ad dexteram nec ad sinistram corruas. ¶ De hac etiam discretionis virtute habes hoc supra in vitaspatrum. ¶ Dixit abbas Antonius. Quia sunt quidam conterentes corpora sua in abstinentia: et quia non habuerunt discretionem longe facti sunt a deo. Superuenit autem quida3 venationem faciens in siluans agrestium animaliũ: et vidit abbatẽ Antoniũ gaudentẽ cũ fratribus: et displicuit ei volens autẽ senex ostẽdere ei q: op3 aliqñ cõdescẽdere fratrib9 dixit ei. Pone agittã in arcu tuo et trahe. et fecit sic. Et dixit ei. Iterum trahe: et traxit: et dixit senex trahe adhuc. Tunc dixit venator. Si supra modũ traxero frangetur arcus. Respondit abbas Antonius. Ita est in opere dei. Si plus a mẽsura tendimus fratres cito deficiunt. Expedit ergo vel ad momentum hore relaxare iugum eorum. Hec audiens venator compunctus est et multum proficiens in sermone senis discessit: et fratres cõfirmati reuersi sunt ad loca sua. Maxima aũt mihi cura fuit hec scribere religiosissime frater: vt ab vtroq piculo te immunem custodias: videlicet: vt curam corporis nõ dei preponas seruitio: et rursus vt dei seruitiũ explere queas: corpori necessaria ministrare non cesses: quamq̃ tuum bonum mihi notum sit studium: sed et nunc ammoneo: vt in secundo loco post continentiam discretionis virtutem memorie commendes.

¶ De bono compũctionis que maxime ex mortificatione nascitur. Capi. IX.

SEd quia compũctio in omni opere est necessaria: commendanda est tibi ipsa virtus quatenus mortificationi iungatur compunctio Puto enim quod vera mortificatio ab aliquo possideri non possit nisi cum compunctione. Idcirco tuam charitatem o frater hortor: vt qc quid agis vel silentium teneas: vel abstinentiam facias: vel nuditatem ames: vel vigilias furtiuas diligas: omnia pro dei amore fac: et cum lachrymis. Si lachryme currunt adest tibi salutaris compunctio: ita duntaxat: vt cum discretione: de qua supra dictum est: facias vt per te non scandalizentur alij: sed potius edificentur. Simus ergo in omni opere nostro compuncti: vt possimus dicere domino cũ psalmista: holocausta medulata tibi offerim9 holocaustũ vo totum incensu3 dicit. Holocaustũ ergo domino offert: qui totum se domino tradit: qd ad monachorum ordinem specialiter pertinet. Per medulam vero holocausti compunctio designatur. Holocaustũ vero sine medula

est bonum opus sine compunctione: hanc medulam ipse psalmista alibi pinguedinez nominat holocaustum inquit tuū pingue fiat. Magna est virtus cōpunctōis de q̄ supra in vitas patrum scriptū est. Frater quidam interrogauit aliū senem dicens. Pater quid faciam? Dixit ei senex. Flere debemus semper. Cōtigit eñi aliquem senem mori aliquando: et postmodum in seipsuz reuerti: et interrogauimus eū dicentes. Quid vidisti abba? Et narrauit nobis plorans. Audiui illic vocem sine mora dicentē. Veh nobis veh nobis sic et nos semper dicere debemus. Apertissime vero in his verbis possumus cognoscere quare nobis semp flere cōueniat. s. ne post vite huius discessum in luctum veniamus eternū. Utile nāq3 consilium est hic ad tempus deplorare q2 hec vita breuis est labens est: misera est: cito transitoria ē. Illa alia vita nullū terminū habet: nūq̄ finietur: et sicut sancti sine fine gaudebunt cū angelis in celo sic et peccatores sine fine cruciabūtur cū diabolo in inferno: q̄ si lachrymas statim vt volumus inuenire non possum⁹: perfistamus in precibus quia dominus nobis facile potest lachrymas dare. Multi eni3 volūt lachrymas habere: sed nō statim vt illas volūt inueniunt. Unde suprà in vitaspatrū scriptū est. ¶ Interrogauit quidam frater quēdam senem dicens. Desiderat anima mea lachrymas habere sicut audio senes lachrymas effundentes et non veniūt mihi et tribulabatur aīa mea Dixit ei senex. Filij israel post quadraginta ā nos intrauerūt terrā repromissionis. Lachryme igitur sunt terra repromissionis ad q̄s si perueneris iam multū timebis bellū: ita eni3 vult deus affligi aīam vt semper desideret ingredi terram illam. Dicebant de beato Arsenio: q2 toto tempore vite sue ad opus manuu3 suarū pannū habebat āte se: ꝓpter lachrymas que crebro cadebant ex oculis eius. Hec vero audientes o charissime frater quantum debeamus nos preparare ad lachrymas pensem⁹ q̄ si illi tam sancti et iusti: et dei facientes per oīa voluntatem sic se mortificabūt quāto magis nos qui peccatores sumus flere et lugere debem⁹. Pensare eī debemus diē mortis nr̄e et die3 iudicij. Pensare ēt debem⁹ qualis discussio ibi erit. Audiamus quid beatus āmon fratri se interroganti responderit. Frater q̄dam interrogauit abbatem ammonem dicens Dic mihi aliquod verbum. Dicit ei senex. Uade talem fac cogitationem tuam quemadmodum faciunt iniqui qui sunt in carcere. Illi enim interrogant vbi sit iudex et quando venturus sit. Et in ipsa expectatione penas suas deplorant. Ita et monachus debet semper eē suspectus et obiurgare animam suam dicendo veh mihi quomodo habeo astare āte tribunal christi: et quomodo habeo actuum meorū reddere rationem. Si igitur sic semper meditatus fueris poteris saluus esse atq3 cōpunctus Et tu o frater fidelis hec audiēs fac sic vt iste seruus dei hortatur. Cogita de penis inferni vermis ibi non moritur: ignis non extinguit luctus nunq̄ cessabit: pena nunq̄ finietur: et si semper hec cogitaueris saluaberis. Recole semper illud quod abbas Helias dixit. Ego tres causas timeo. Primā3 quando egressura est anima mea de corpore. Secunda3 quando occursurus sum deo. Tertiam quādo aduersū me snīa est proferēda. Et tu frater hec meditare hec cogita hec tracta sollicite vt inferni laqueos possis euitare: et ad regna celorum merearis conscendere. Lugendu3 hic est: q2 scriptum est. Beati qui lugent quoniam consolabūtur. Nequaq̄ hoc de omni luctu dicit: quia sunt luctus multi: qui de parentum morte fiunt vel amicorum et qui res quas desiderant adipisci non possunt qui pro suo luctu non sūt beati. Solummodo illi lugentes beati sunt q̄ sua vel aliorum lugent peccata: sicut samuel deflebat saul. et Paulus deflebat eos qui non egerunt penitentiam a fornicatione et immundicia sua. Defleamus in hac vita nostra peccata et aliorum quia dictum est lugentibus luctus vester vertetur in gaudium. Seminem⁹ nunc in luctu vt metamus tunc in gaudio cu3 quibus psalmista dixit. Euntes ibant et flebāt mittentes semina sua. Uenientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Uides autem quomodo beatus in scripturis esse predicatur luctus. Audi adhuc quid supra in vitaspatrum scriptum sit de eo. Miserunt aliquando senes de monte Nyteri ad abbatem Macharium maiorem in scithi: rogantes vt veniret ad eos: alioquin sciret omnem multitudinem ad se esse venturam: eo q̄ desiderarent eum videre anteq̄ migraret ad dominum. Qui cum venisset in montem congregata est multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem fratres vt faceret verbum ad eos. Ille autem lachrymans ait: plorem⁹ fratres et producant oculi nostri lachrymas: anteq̄ eamus hinc vbi lachryme nostre corpora

mans ait: ploremus fratres et producāt oculi nostri lachrymas anteꝙ eamus hinc vbi lachryme nostre corpora nostra comburant: ꝛ fleuerunt oēs proni in fac iē suā dicentes. Pater ora pro nobis. Abbas etiam siluanus aliquando sedens cum fratribus factus est in excessu mentis. ꝛ cecidit in faciem suaꝫ. Et postmodū surgens: plorabat. Et interrogauerunt eū fratres dicentes. Quid habes pater? Ille autem tacebat ꝛ flebat. Compellentibus autem illis dixit. Ego ad iudicium raptus sum: ꝛ vidi multos de habitu nostro ire ad tormēta: ꝛ multos seculares ire ad regna: ꝛ lugebat senex: ꝛ noluit deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur operiebat cuculla faciem suam dicēs Quid necesse est videre lumen hoc temporale in quo nihil est vtile. Manifestum esse prudentie tue credo ꝙ magna sit virtus compunctionis: per quam peccata deleātur ꝛ virtutes acquirātur. Nolo autem vt ab hac virtute tua sit mens aliena que in peccatoribus hominuꝫ habitat. Per hanc multi domino placuerunt: per hanc diabolus vincitur per hanc vicia superantur: per hanc dn̄s ad misericordiam prouocatur: per veras etenim lachrymas ea que dicta sunt complentur. Veras namqꝫ lachrymas habet: qui hoc non cōmittit qđ defleet hoc est docte plangere. Docte plangit: qui plāgēs malum qđ fecit: non perpetrat quod iterū plāgere debeat. Dicit enim Isidorus: quia liberior est non penitens ꝙ qui adhuc agit quod peniteat.

¶ De qualitate cōpunctionis. Capitu. X.

Quapropter post luctū ammonenda est beatitas tua vt qđ plangitur desiderio emendandi: ne iterum delectetur diabolo suadente. Cani namqꝫ assimilatur omnis penitens qui plangendo iterum committit quod plangat. Canis reuersus ad vomitum et penitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indesinenter fundūt ꝛ peccare non desistunt. Et ideo dilectissime charitatem tuam hortor: vt quod plangis: iterum iterare non velis. Scito ergo ꝙ ille qui quod plangit iteruꝫ cōmittit: similis sit illi qui lauat laterē crudū qꝛ in eo qđ magis lauat: magis lutū facit. Esaias namqꝫ hortatur dicens. Lauamini: mundi estote: auferte malum cogitationū vestrarū ab oculis meis. Lauat̄ etenī ꝛ mūdus nō est qui quidem peccatum plangit ꝛ iterat. Lauatur: ꝛ mundus efficitur quisquis plangendo malum quod fecit iterum non committit. De illa enim anima que plangit mala sua ꝛ iterat: de ipsa scriptum est in propheta. Quam vilis facta es nimis iterās vias tuas. Non ideo hec tibi scribo: vt de te suspices talia: sed vt pleniter ꝛ lucide scias qualis compunctio esse debeat.

Ammonitio de modo orandi. Capi. XI.

Et quia tibi manifesta est iam cōpunctionis virtus: restat vt modus orandi tibi pandatur. Dominus enim ostendit modum orandi cū rogatus a discipulis vt eos doceret orare dixit. Cum statis ad orandum: nolite multum loqui: sed dicite. Pater noster et reliqua. Oratio breuis esse debet: nisi forte et affectu diuine gratie protendatur. De beato Arsenio dicebant: quia vespere sabbati lucescente in dominica relinquebat post se solem: extensis manibꝰ ad celum orans: donec mane die dominico ascendens sol illustraret faciem eius. Et sic residebat. Videat ergo o sanctissime frater charitas tua ꝙ fortis iste vir fuerit in orationis officio qui de vespera vsqꝫ mane extensis manibus orabat. Non ideo hoc tibi scripsi: vt tu sic facere temptes: sed vt affectu ꝛ studium quod ille per totam noctem vel etiam per totum tēpus habebat: tu vel regularibus horis habere studeas: ꝛ sic stes in oratione: vt mens tua concordet voci tue. Audiat igitur dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. ¶ Narrauit abbas Dulos: qui fuit discipulus abbatis Besarionis dicens. Veni aliquando in cellam abbatis mei: ꝛ inueni eum stantem ad orationeꝫ manus suas extenderat ad celum: permanserat autem perficiens iugiter quattuor dies: ꝛ post hec vocauit me dicens. Sequere me. Et exeuntes perreximus in heremum: et cum sitirem dixi. Abba sitio. Ille autem tollens perā discessit a me quantum iactus est lapidis ꝛ facta oratione attulit eam aqua plenam. Et iuimus in ciuitatem ilico. Et venimus ad abbatē Iohannem. Et salutantes eum fecimus orationem. Deinde sedentes ceperūt loqui de visione quam viderant. Dicebāt autem se audisse de abbate Sisoyo: quia nisi manus suas cito deponeret quāto stabat ad orationem rapiebatur mens eius in superioribus. Si ergo cō

tingebat aliquos fratrum cum eo orare: festinabat cito deponere manus suas ne raperetur mentis eius et moraretur. ¶ Dicebat etiam senex alius: quia assidua oratio cito corrigit mentem. ¶ Dicebat quidam patrum: quia sicut impossibile est vt videat quis in aqua turbida faciem suam: sic et anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis non potest contemplari deum. Audisti quoque quod abbas sisoyus nisi cito dimitteret manus: raperetur in contemplationem. Quare ergo repente in contemplationem raperetur? Sine dubio mortificatus erat. Audiat igitur dilectio tua quale studium beatus Paulus monachus habuit orandi: quod in ecclesiastica hystoria scriptum habetur. Fuit Paulus de libia scithij: non minus quinquaginta habens monachos. Nihil autem operabatur neque percipiebat: nisi quod comederet tantum. Orabat autem solummodo: et veluti quoddam tributum habens impositum: trecentas orationes deo vniquaque die reddebat. Et ne vna die relinqueret trecentos lapides ponebat et singulis orationibus lapidem in sinum mittebat. Expensis ergo lapidibus orationes sciebat esse completas. Multum igitur debemus nos humiliare: qui et longe ab illorum meritis quorum superius: mentio facta est distamus: et sic prompti ad orationem faciendam non sumus vt illi. Oratio vero iuncta compunctioni magna virtus est. Volo quoque vt solerter attendas quod iesus christus ac dominus saluator noster volens orare ascendit in montem. Ideo iesus oraturus in montem ascendit: vt et tu montem orando conscendas. Nequaquam autem omnis qui orat in montem ascendit. Ille vero qui in oratione mortem inimici sui querit aut res mundi huius: vt honorabilior in hoc mundo esse possit: nequaquam in montem orando conscendit. At contra qui in oratione pro remedio anime sue siue pro aliorum peccatis deum deprecatur: iste absque dubio in montem ascendit. ¶ Vide vt hec legas attente deo dicatus vt ordinatim de mortificatione venias ad compunctionem: illamque habendo noscas modum orandi.

¶ De pugna viciorum aduersus virtutes. Capitulum XII.

SEd quia lucide de nonnullis instructus es virtutibus restat vt mente perpendas: quanta luctatio sit viciorum aduersum virtutes. Magnum quoque certamen est viciorum ad virtutes. Tunc enim poteris omnia vincere vicia pugnando cum diuino adiutorio: si contra singula opposueris virtutes. Solet enim viciorum pugna aduersum virtutes ad perfectum hominis venire: quia per illud certamen mens exercitatur: et ab elationis vitio purgatur: contra singula quoque vitia virtutes sunt adhibende. Contra luxuriam munditia cordis adhibenda est. Contra iracundiam vero patientia opponenda est. Mittenda est fiducia contra timorem. Contra torporem vero zelus opponendus est. contra tristitiam malam adhibendum est gaudium spiritale. contra accidiam vero fortitudo assumenda est. contra auaritiam assumenda est largitas. contra superbiam autem humilitas proponenda est: contra odium assumenda est charitatis virtus. De hoc enim certamine Paulus dicit apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum spiritus autem aduersus carnem. Hec enim sibi inuicem aduersantur vt non quecunque vultis illa faciatis. Et tu karissime hec legendo et memorie commendando stude contra hostis antiqui incidias viriliter dimicare. Si te somnolentia grauat. stude illam vincere amando vigiliam: quia somnolentia per vigiliam destruitur. Si te delectat balnearum vsus veniat tibi ad memoriam beatus iacobus frater domini: qui primus post apostolos hierosolimorum rexit ecclesiam de quo Josephus narrat: quod nunquam carnem comedit: nec vnquam balneo vsus fuerit: nec lineis vestibus sit indutus: nec caput suum secundum consuetudinem sue gentis oleo vnxit. Si in dilectionem tibi delitie veniunt propone ante oculos tuos Johannem baptistam: qui fuit in vtero matris sue sanctificatus: de quo dominus iesus dixit quod nemo maior illo inter natos mulierum surrexit. Narrat de eo sanctum euangelium: quod mel siluestre et locustas edebat. Si ei qui in te peccat: qui tibi detrahit: aut maledicit: vel in aliquo ledit: non potes ignoscere si vis veniant ad memoriam quanta et qualia passus sit pro te christus. Pro te enim homo factus est mortalis et passibilis: qui erat immortalis et impassibilis: assumpsit pro te carnem ex virgine in qua pateretur et moreretur. Pro te quoque fuit flagellatus: alapis cesus sputis linitus: spinis coronatus: ad extremum etiam crucifixus. Pro te enim hec omnia sustinuit christus: vt te a diaboli potestate liberaret. Pendens vero in cruce quid dicebat. Pater ignosce illis: quia nesciunt quid

faciunt. Ille igitur qui sine peccato occidebatur pro suis inimicis orabat: et tu si aliquam molestiam pateris ab liquo non potes dimittere? Credo quoque si ista que dico subtiliter cogitare volueris: omnibus in te peccantibus toto ex corde facile dimittere poteris. Hec meditando: hec mente discutiendo: poteris iram vincere: poteris omnes diligere: poteris domini implere preceptum. Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos et orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Si tibi venit voluntas vagandi: recole quod iam mortuus es: quod crucifixus es. Nunquid crucifixo homini venit voluntas vagandi? Non quia nihil cogitat nisi de morte sua. Et tu iam mortuus es huic mundo: vide ne aut tu illi: nec ille tibi reuiuiscat. Dic potius cum apostalo paulo. Mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Hec vero cogitando poteris vincere vagationem. Audi quid ipse apostolus de pugna vitiorum aduersus virtutes doceat. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis. Tu ergo si vis viuere cum christo: mortifica per virtutes omnia vitia. Per charitatem mortifica odium: per gaudium spiritale: occide tristitiam. Per pacem extingue dissensionem. Per patientiam mortifica impatientiam. Per bonitatem occide malitiam. Per mansuetudinem extingue ferocitatem. Per continentiam mortifica intemperantiam. Per castitatem occide impudentiam. Si isto modo actus carnis mortificare curaueris: sine dubio perenni leticia cum angelis in celo frueris.

¶ De studio legendi. Capitulum XIII.

Non est in his diu immorandum quia transmitto charitatem tuam ad latissimum campum diuinarum scripturarum; vt quod hic tibi deesse cernis: ibi solerter perquiras. Quapropter oro dilectionem tuam vt studium semper in te crescat legendi. Nullus enim puto potest perfecte dei nocere precepta: nisi qui legendi continuum habet studium. Quia quanto quisque in diuinis scripturis assiduus fuerit tanto ex his maiorem intelligentiam capit: sicut terra que quanto magis extollitur: tanto amplius fructificat. Nam quamuis homo tardum sensum habeat. aliquid tamen discere poterit: et scripture mysteriis si habuerit assiduitatem legendi: sicut scriptum est in euangelio. Quid enim habet dabitur illi: et qui non habet etiam quod videtur habere: auferetur ab eo: id est qui habet studium legendi: dabitur etiam illi intelligendi facultas: et qui legendi studium non habet: etiam hoc quod videtur habere: id est quod naturaliter bonum intelligit: propter ignauiam eius auferetur ei. Et sicut ille qui tardus est ad intelligendum pro sua bona intelligentia recipiet gloriam: ita ille qui talentum sibi datum negligit condemnabitur. Quapropter ammoneo caritatem tuam vt studium habeas legendi: quia hominis profectus ex lectione procedit. Que nescimus ex lectione discimus. Dicit enim Isidorus quod in orationibus mundamur: lectionibus instruimur vtrumque bonum est: si liceat: si non liceat melius est orare quam legere. Qui vult cum deo semper esse: frequenter debet orare: frequenter et legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur. Cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Si hec ita sint dilectissime frater: necesse est tibi orandi legendique studium habere. Lectio cogitationem dei amministrat: lectio tenebras ignorantie fugat lectio scientiam homini confert: lectionis studio dei preceptum eiusque sacramenta occulta discere solemus: lectionis studio de omnium virtutum amor mittitur. Per lectionem potes cognoscere qualis sit beatitudo qualis gloria: qualis sit claritas: que permittitur sanctis electisque omnibus. Per lectionem potes cognoscere qualis sit pena: qualis luctus: qualis fletus imminet malis et iniustis atque impiis hominibus. Per lectionem cognoscere vales quid audituri sint boni et mali in die iudicii: malis enim a domino dicetur: ite in ignem eternum qui preparatus est diabolo et angelis eius. Bonis vero dicetur: venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Hec enim omnia lectione discimus. Lectio enim manifestat: quomodo prospera: quomodo aduersa tolerare debeas. Quapropter subiungendum est hic aliquid quod legi de patrum exemplis qui infirmitates vel omnia aduersa pro amore domini nostri iesu christi tolerare studuerunt: vt tua caritas hoc legens: hoc legenti commendans illos viribus totis imitari studeas.

melius est legere

¶ Ammonitio de peruersa aduersitate toleranda et maxima atque grauissima infirmitate amanda. Capitulum. xiiii.

HOrtor igitur vt si vel infirmitas vel alia ꝯtrarietas tibi occiderit q̃ten⁹ perfecte valeas scire qualiter tribulatões oẽsq̧ infirmitates tolerare debeas lectioni esto deditus: ibi enim inuenies scriptum: ego quos amo arguo ꝛ castigo: si quos dominus amat: argui ꝛ castigari ab illo. Qualiscũq̧ infirmitas tibi euenerit gratanti animo suscipe illam. Volo tibi vnam rez de hystoria tripartita narrare: quã volo vt legas ꝛ memorie commẽdes Fuit beniamin senior qui valde clarus habebatur dono dei ditatus vt sine medicamine tactu manus aut olei: facta oratiõe sanaret egrotum. Hic fertur incidisse in idropicam passionem ꝛ tantum eius corpus intumuisset vt non posset per ianuam cellule in qua habitabat efferri: nisi ianue cum tabulis ante positis sublate essent. Is ergo passionis sue tempore pene octo menses sibi ante mortem in cella latissima sedens curabat solẽniter egrotantes: nõ grauiter ferens quomodo sue egritudini non prodesset: sed etiam se videntes consolabatur et deprecabatur vt rogarent deum pro anima eius ꝛ de corpore non curarent quia dum san⁹ inquit essem nihil profuit mihi. ¶ Nunc beniamin imitari stude o sãctissime frater: ꝛ in oĩbus infirmitatibus tuis domino semper gratias referas. Audiat etiam dilectio tua de beato stephano monacho qualiter in infirmitate sua domino gratias agere studuit. Stephan⁹ autem habitauit iuxta mare occeanum: perfecta degens et integra continentia. Qui circa sexaginta annos probatissimus monach⁹ fuit et antonio magno notissimus. Fuit itaq̧ mãsuetus ꝛ sapiens locutione suauis et vtilis tristantium consolabatur animos ꝛ ad alacritatẽ reuocabat licet necessaria tribulatio prouenire. Talis erat in cladibus ꝓprijs. Deniq̧ cuz infirmitate incurabili capt⁹ esset ꝛ medici putrida membra eius abscidissent ille cum operabatur manib⁹ palmaruz plectens folia: ꝛ ꝑsentibus suadens vt de rebus huiusmodi non dolerent nec aliud cogitarent nisi de bono fine. Deus inquit cuncta que facit vtilia sunt. Ego aũt noui q: huiusmodi passiones ꝓ peccatis eueniunt: ꝛ melius est hic penas soluere q̃ post mortem perpetua supplicia sustinere. Stude ergo ꝛ tu similiter dicere: quando tibi infirmitas vel alia contrarietas venit. Considerare quoq̧ summopere debemus si illi qui sancti ꝛ iusti fuerunt domino pro infirmitate gratias referebant: quanto magis nos q̃ peccatores sumus ꝛ infirmitates ꝛ tribulationes amare debemus presertim cum apostolus dicat ꝙ per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Si igitur per multas tribulationes cum gratiarum actione tolerande sunt tribulatiões quatenus heredes regni celestis effici mereamur. Peccator enim qui in hoc mundo flagellari non meretur: in inferno torquebitur. Optandum est nobis o frater: vt in hac dum viuimus vita tribulationes et infirmitates pro christi amore: ꝛ pro remissione peccatorum libenti animo sustineamus. Scire namq̧ debet dilectio tua quibus modis deus hominem flagellat. Primo modo flagellat ad probationem: sicut flagellatus est beatus Job: ꝛ Thobias qui probati sunt: vt essent flagellati ꝛ manifestati alijs ob causam exempli imitandi: vt eorum cognoscentes patientiam illos imitari studeamus. Secundo modo deus homines flagellat: ne se extollant in superbiam vel in securitate ponant: quod ad sanctos specialiter pertinet sicut de sci pl̃o apostolus dicit: ꝛ ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee angelus sathane vt me colaphizet: qui postquaz cognouit ꝙ salubre fuisset illud flagellum: dixit. Libenter ergo gloriabor in infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me virtus christi. Tertio modo hominez flagellat propter peccata sicut paraliticum cui dixit: remittuntur tibi peccata: deinde subiunxit tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Per hoc vero ꝙ illi pri⁹ peccata dimisit: et deinde ab infirmitate curauit apertissime monstratur ꝙ ei infirmitas propter peccata euenerit. Quarto modo deus hominem flagellat vt sua virtus vel sanctorũ suorum meritum demonstraretur sicut de ceco nato dominus in euãgelio dicit: neq̧ hic peccauit neq̧ parentes eius vt cecus nasceretur sed vt clarificetur filius dei per eum. His verbis aperte declarat ꝙ ideo cecus natus fuerit vt ab eo illuminatus virtus diuinitatis demõstraretur. Quinto modo deus hominez flagellat: vt hic incipiat flagella sustiere que postmoduz sine fine sustinebit. Quod solummodo ad malos pertinet sicut anthiochus et herodes hic incheoauerunt pati: quod postmoduz in inferno passuri erant de his scriptũ est. Duplici contritione contere eos id est in presenti ꝛ in futuro. His quinq̧ modis dominus hominez

flagellat: scirco cognitum est: vt vnusquisqꝫ flagellatꝰ timeat ꝛ emendet flendo quod fecit quatenus flagellum ad profectum ei eueniat. Ammonenda est ergo beatitudo tua: vt ꝛ hos quinqꝫ modos quibus deus hominem flagellat memoriter discas quatenus in omni infirmitate vel tribulatione ante mentis oculos illos habeas. In his namqꝫ meditando flagellum domini gratanti animo tolerabis. Firmiter enim debemus credere ꝙ nullum peccatū sine vindicta relinquitur. Aut eniꝫ hic per penitentiam vnusqꝫ nisqꝫ peccatum suū delet aut dominus pie per flagellum suum purgat: aut post mortem igne purgatorio purgabitur. Qđ si his modis peccatum hominis non fuerit deletum: post hanc vitam in ignem descendet eternum. Hec vero audiens nequaꝙ̄ de tua debes desperare salute: nequaꝙ̄ cum desperatione dicere: multa sunt mala mea: ꝛ innumerabilia peccata mea. Scito pro certo nullus tantū potest peccare: quantum pietas domini valet dimittere. Tantum eniꝫ est si peniteat peccās si ad illū se conuertere studeat. ¶ Et quia sermo se intulit de venia peccatorum speranda volo factum theodosij imperatoris tibi ad memoriam reducere per quod ꝛ ad sperandam peccatorum veniam mens tua subleuetur: ꝛ ad lachrymarū fluenta proferenda: cor tuum compungatur. Cur desperabit aliquis peccator de venia: si ad dominum ex toto corde conuertatur cum supradictus imperator septeꝫ milia hominum occidens lamentando et se reum agnoscendo: veniam infra paucos dies potuit promereri? Ut igitur manifestissime cognoscere possit sanctitas tua: quomodo gesta sūt: cur videlicet septem milia hominuꝫ occiderit et qua se occasione reum agnouerit: quomodo se humiliauerit: et quomodo veniam promeruerit verba hystorie tripartite hic per ordinem sunt inserenda: per que verba in multis proficere domino adiuuante poteris virtutibus. Primum in speranda venia peccatorum qꝛ tantorum hominuꝫ sanguine reus existēs: facile veniam impetrauit. Deinde in humilitate: quia cum imperator esset: per predicationem beati Ambrosij tantum se humiliauit: vt omnibus peccatoribus se inferiorem esse cognosceret. Deinde in lachrymis: quia cum ecclesiam intrauit: pauimentum ipsius ecclesie lachrymis rigauit. Uolo igitur vt hoc tue caritati non sit incognitum: ꝙ nemo simul in se omnia valet extinguere vitia. Nam dum quispiam passionem libidinis effugerit in auaritiam incurrit. Et cum in auaritia declinauerit: inuidie fouea illi preparatur. Et si inuidiam vicerit: mox vicium furoris: et alios plurimos laqueos ponit ei inimicus: perquos capere eum possit incautum. Non itaqꝫ facile est vitare hominibus vniuersas insidias hostis sed mens diuino solatio vigilans diuina protectione adiuta argumenta ꝛ machinamēta omnia antiqui hostis destruit.

¶ De venia peccatorum speranda. Cap. XV.

Theodosius namqꝫ imperator habuit passionem furoris: sed iusto furori immensam crudelitatem permiscuit. Quāobrem pro tua vtilitate: id est in supradictis virtutibus et eius lectione ꝓficias: narrare necesse est. Thessalonica ciuitas est grandis et populosa. In qua cum orta esset seditio quidam ex iudicibus eius lapidati sunt atqꝫ tracti. Hinc indignatus theodosius iracūdie non refrenauit infirmitatem: sed iussit iniustos gladios super omnes euaginari: et vna cum nocentibus innocentes interimi. Septem etenim milia hominum sicut fertur occisa sunt: non precedenti iudicio: sed tanquam in messe omnes simul incisi sunt. Huiusmodi cladem valde plenam gemitibus: audiuit beatus Ambrosius: ꝛ cum princeps mediolanum venisset ꝛ solenniter in sacrum templuꝫ voluisset intrare occurrit foris ad ianuas beatus ambrosius: et ingredientem his sermonibus a templi ingressu ꝓhibuit. Nescis imperator scelus ꝑpetrare iracundie: nescis a te ꝙ̄ta magnitudo peccati sit facta nec post causam tanti furoris: mens tua molem presumptionis agnoscit? Si forte recognitionem peccati: prohibet potestas imperij decet tamen vt vincat ratio potestatem. sciendum quippe natura est: et eius mortalitas atqꝫ resolutio ꝛ puluis progenitorum: et quo facti: atqꝫ in quem redigendi sumus: et non flore purpureo confidentem infirmitatem operti corporis ignorare coequalem hominū. Nō est confidendum in purpura: sed magis consideranda est conditionis equalitas. Princeps es o imperator ꝛ conseruorum: vnus est enim dominus omnium rex omniuꝫ et creator. Qui

bus igitur oculis immundis aspicies templũ domini: quibus calcabis pedibus sanctum illius pauimentum. Quomodo manus extẽdes de quibus sanguis innocens adhuc distillat. quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum domini corpus. Qua presumptione ori tuo porriges poculũ sanguinis dñi preciosi dũ furore sermonum tantus sanguis sit iniuste effusus. Recede igitur recede: ne secundo peccato priorem nequitiam augere contendas. Suscipe vinculum quo te omniũ domin⁹ nũc ligauit: est enim medicina maxime sanitas. His ergo sermonibus imperator obediens erat enim diuinus eruditionibus enutritus: et aperte sciens que sunt propria sacerdotum: et que regũ gemens ⁊ deflens ad regalia remeauit. Cumq; octo mensiũ cõtinua transissent tempora appropinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens continuas lachrymas incessabiliter expẽdebat. Ingressus autem rufinus tunc curie magister: ⁊ singularem fiduciam habens apud pricipẽ: et videns eum in lamentatione prostratum: accessit vt lachrymarum causas inquireret. At ille amarissime ingemiscens et vehementius lachrymas fundens tu inquit rufine ludis: et mea mala non sentis. Ego autem lamentor et gemo calamitatem meam quia seruis quidem et mendicantib⁹ aperta sunt tẽpla dei: ⁊ ꝓpriã domũ ingredientes decẽter exorant: mihi vero ingressus ad ea non est: insuper etiam celi sunt clausi. Hec dicens: verba singula singultibus interrumpebat. Rufinus vero: curro inquit si tibi placet ⁊ pontifici precibus persuadeo: vt soluat vinculum quo te ligauit. Ait imperator. Non suadebis ambrosio. Noui enim decretum illius esse iustum: neq; enim reuerebitur imperialem potentiam: vt legem possit preuaricari diuinam. Cumq; rufinus verbis plurimis vteretur: ⁊ promittens ambrosiũ esse flectendum: imperator eum pergere cum festinatione precepit. Ipse vero spe data paululũ post est secutus: credens rufini promissionibus. Porro vir mirandus ambrosius mox vt vidit rufinum: ait. Impudentiam canum imitatus es o rufine: tante videlicet nec eis auctor existens pudorẽ et fronte detergens nec erubescens metuis contra diuinam imaginem latrare. Cumq; rufinus supplicaret: ⁊ imperatorem diceret esse venturum: superno zelo accensus ambrosius: ego inquit Rufin e predico tibi: quoniam eum ingredi ecclesiam prohibebo. Si vero imperium in tyrannidẽ mutauerit necem: et ego libenter suscipio. Hec et alia plurima Rufinus audiens: nunciauit imperatori votum Antistitis: monens ne de palatio procederet. At imperator: hec in media iam platea cognoscens: pergo inquit. et iustas in facie suscipio contumelias. Cumq; ad sacra limina peruenisset: sanctam quidem Basilicam non presumpsit intrare: sed veniens ad Antistitem: et inueniens eum in salutatorio residentem: supplicabat: vt eius vincula solueret: at ille crudelem dicebat eius presentiam esse: et contra deum vesanire theodosium: eiusq; calcare leges: cui imperator dixit. Non insurgo aduersus ecclesiasticas sanctiones neq; inique ingredi limina sacra contendo sed te soluere mea vincula deposco vt domini clementiam pro me exorare studeas: nec mihi ianuã claudi precipias: quã dominus noster cunctis agentibus penitentiam aperuit. Tunc ait antistes. Quam penitẽtiam ostendisti post tãtas iniquitates quibus medicaminibus incurabilia vulnera plagasq; curasti. At imperator tuum inquit opus est. et docere ⁊ medicamina temperare: meumvero est oblata suscipere. Tunc sanctus ambrosius dixit. Quoniam furori tuum iudicium cõmisisti et non ratio protulit sententiam: sꝫ potius iracundia: scribe legem que decretum furoris euacuet: vt triginta diebus sententia necis atq; proscriptionis in litteris tantummodo maneat ⁊ iudicium rationis expectet. Quibus transactis diebus ita videlicet iam cessante ratio causam iudicans: apud semetipsã que cogitauerit sub veritate disponat. In his eñi diebus agnoscetur si iusta sit sententia quam protuleris an iniusta. Si iusta fuerit permaneat: si autem iniusta destruatur numerus vero triginta dierum ad hec examinanda sufficit. Hanc ammonitionẽ imperator libẽti animo suscipiens ⁊ optimam esse considens: legem conscribi repente precepit ⁊ proprijs manibus litteras confirmauit. Quo facto vinculum eius absoluit Ambrosius que lex hactenus obseruatur. ¶ In tali namq; tenore facta fuit illa descriptio: vt si quos iperator morti damnasset vsq; ad triginta dies seruarẽtur: illesi: quos ita regis vindicaret seuerius: ⁊ eorum sententia esset suspensa: quatenus in spa

cio triginta dierum ira quiescente probasset: vtrum iudicasset iustum an iniustum et quod iustum probasset facere studuisset. Sic itaqꝫ sacratissimus imperator ingredi limina presumens nō stans domino supplicauit neqꝫ genu flexo sed pronus in pauimento iacens: dauiticam vocem proclamauit. Adhesit pauimēto anima mea viuifica me domine secundum verbum tuum. Manibus autez capillos euellens frontemqꝫ percutiens et pauimentuz lachrymarum guttis aspergens veniam impetrare poscebat. Cumqꝫ temp⁹ accederet: quo munus ad altare solebat offerre surgens cum lachrymis est ingressus. Cuz autem obtulissz sicut solitus erat in cancella stetit. Rursus autem Ambrosius non quieuit sed differentiam locorum edocuit: et primo quidem quesiuit qd ibidem expectaret. Imperatore autem dicente sustinere se sacrorum mysteriorum perceptionem. Per archidiaconuz remendauit. O imperator interiora loca tantum sacerdotib⁹ collata sunt: que ceteris nec ingredi nec contingere fas est. Egredere igitur ⁊ hanc expectationem cum ceteris habe communem. purpura namqꝫ imperatores: non sacerdotes facit. Tunc fidelissimus imperator etiam hanc traditionem animo gratanti suscipiens remādauit dicens. Non audacie causa intra cancellos mansi: sed in constantinopolitano hanc cōsuetudinem esse cognoui. Unde ago gratias pro huiusmodi medicina. Tali ergo ⁊ tanta virtute ⁊ presul ⁊ imperator clarebat. Ego nāqꝫ vtriusqꝫ opus ammiror: illius fiduciaz: huius autem obedientiam: id est fiduciam sacerdotis ⁊ obedientiam regis. Illius zeli feruorem huius fidei puritatem: id est puritatez zeli in sacerdote fidei puritatez in rege. Igitur eximium est opus iam nunc narratum: quod te potest excitare. O sanctissime frater deo dicate in custodia multarum virtutum. Nec em̄ theodosij christianissimi principis ⁊ beati ambrosij sanctissimi pontificis contentio: sanctuz prouocat hominem ad sperandam veniā peccatorum: ob quam maxime causam hanc sanctam contentionem tibi scribere studui. Prouocat etiam durum et lapideum cor ad lachrymas proferendas: incita: et ad zeli feruorem Deprecor vero dilectionem tuam vt hunc actum: hanc sanctissimam penitentiam pijssimi principis: et zelum sanctissimi pontificis crebro legas: quia magnus animi profectus in ea latet. Si itaqꝫ ea que tue sanctitati scripsi prudentissime frater pficere potueris opera id est si profusa a te omnia vitia protuleris et que in ammonitione narrentur bona custodire volueris scito qꝫ non tuis viribus hoc facies: sed illo inspirante ⁊ adiuuante qui dicit in euangelio: sine me nihil potestis facere. Non solum facere: sed nec cogitare quidem aliquid boni valemus: nisi illo operante: illo donante a quo omne bonum procedit. Audi quoqꝫ attente quid dominus de hac causa per hieremiam prophetam dicit. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Non glorietur fortis in fortitudine sua ⁊ non glorietur diues in diuitijs suis: sed glorietur in hoc: qui gloriatur scire ⁊ intelligere et nosse me. Per hec enim verba omnino aufertur superbia quia sapientia et fortitudo et omnes opes reputantur in nihilum: et ista est gloriatio: vt sciat ⁊ intelligat quod ipse sit dominus qui fecit misericordiam et iudicium et iustitiam in terra. Ex isto quoqꝫ loco sumpsit apostolus paulus illud extē pluz quod corinthijs scripsit dicens. Fratres, qui gloriatur in domino glorietur. Ubi sunt illi qui dicunt hominem proprio arbitrio regi Ubi sunt illi: qui dicunt qꝫ a nobis bonum inchoare possimus. Nequaquam illis credere debemus: quia nec cogitare quanto minus pficere valemus bonum: nisi ipso domino adiuuante. Ergo si domini gratia largiente bonuz opus peregeris: et ea que beatitudini tue scripsi cuncta perfeceris: non tuis viribus: non tuis meritis deputa: sed illi qui in te operatur et velle: et dat perficere pro bona voluntate cui est honor potestas ⁊ imperium per infinita secula seculorum. Amen.

¶ De lectione sanctarum scripturarum vbi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit vel quo tēdat. Capitulum. XVI.

Sanctarum lectio scripturarum diuine est cognitio beatitudinis. In his em̄ quasi in quodaz speculo homo seipsum considerare potest: qualis sit: vel quo tendat. Lectio assidua purificat animam: timorem incutit gehēne: et ad gaudia eterna cor instigat legentis. Geminum cōfert donuz lectio sanctarum scripturarum siue quia intellectū mentis erudit: seu quod a mundi vanitatibus abstractum ho

minem ad amorē dei perducit labor honestus est lectionis et multum ad emendationem aie pficit. Sicut enim ex carnalibus escis aliter caro ita ex diuinis eloquijs homo interior nutritur et pascitur. Quam dulcia faucibus meis inquit psalmista: eloquia tua dñe: super mel et fauū ori meo. Sed ille beatissimus est: qui diuinas scripturas legēs: vba vertit in opera. Omnis plane scriptura sancta ad nostraz salutem scripta est: vt proficiamus in veritate et cognitione sepius cec⁹ offendit q̄ vidēs. Sic ignorans legem dei sepius ignoranter peccat q̄ ille qui scit. Sicut cecus sine ductore: sic homo sine doctore viam rectaz vix graditur. Uaca lectioni. Uaca meditationi scripturarum: vaca in lege dei. Habeto in diuinis litteris frequentiam assiduitatis legendi. Sit tibi frequens lectio. Lectione sensus et intellectus augetur. Lectio enim docet quid caueas: ostendit quod timeas multum proficies si legis: si facis tamen que legis

¶ De pace. Capi. XVII.

Saluator noster ad patrem rediens: speciale mun us discipulis dedit vnitatis et pacis precepta dicens. Pacem meam do vobis: pacem relinquo vobis. In pace vos dimisi. In pace vos inueniam. Proficiscens voluit dare quod rediens desiderabat in omnibus inuenire. Cuius pacis ornamenta mirabiliter alio loco ostendit dicēs. Beati pacifici: qm̄ filij dei vocabūtur. En filius dei incipit vocari: q̄ pacificus esse iam cepit. Nō vult filius dei dici: q̄ pacē noluerit amplecti. Negat sibi patrē deū qui pacificus esse contēnit. Sed pax hec: cum bonis et dei precepta seruantibus custodienda est: nō cū iniquis et sceleratis: qui pacem inter se habēt in peccatis suis. Pax xp̄i ad salutem proficit sempiternā: pax que in diabolo est: ad perpetuam perueniet perditionem. Pax cum bonis et bellum cū vitijs semper habendu3 est Mala quidā hoim impiorꝝ odio habenda sūt nō hoies ipi quāuis mali sint: quia creatura dei sunt. Pax vero qui in bonis est: concordiam fratrū et charitatem proximorum copulat. Pax spiritū dei specialius promeretur. Pax dilectionis mater est. Pax incidium est sanctitatis: de qua dñs per prophetam ait. Pacem et veritatē diligite. Pax plebis sanitas glo:ia sacerdotis: patrie letitia et terror hostium siue visibilium siue inuisibilium. Omnibus virib⁹ pax est custodiēda: quia semper in deo manet qui in pace sancta manet: cu3 sanctis dei Sacerdotis est in pace populu3 ammonere: quid debeat agere populi est in humilitate audire: quid moneant sacerdotes. Quicquid nō licet: Pastoris ē ne fiat prohibere: et plebis obedire ne faciat.

¶ Epistola sancti Machbarij ad monachos. Capitu. XVIII.

In primis quidem si ceperit homo semetipm̄ agnoscere cur creatus sit: si quesierit factorem suum deum et penitere de his voluerit que commisit in tempore negligentie sue sic demū benignus deus dat illi tristitiam pro peccatis et postea per suam benignitate3 dat illi afflictionem corporis in ieiunijs: in vigilijs: et orationum instantia: et contemptu mūdi: et libens illatas iniurias sufferat: et odio habet omne refrigerium corporale: et diligit planctu3 magis q̄ risum. Post hec tribuet illi desiderium et fletum et humiliationem cordis et humilitatem vt trabem oculi sui consideret: non alterius festucam nitatur auferre: et dicat semper: quoniam iniquitatem meam ego cognosco: et delictū meum contra me est semper. Semper exitus sui memor sit: et quomodo in conspectu dei occursurus sit: et iudicia et penas describat in cōspectu mentis sue: nec non etiam merita et honores que danda sūt sanctis. Si autem cognouerit quia cor ipsius firmatu3 est in timore domini: et non dimittit locum suum: sed fortiter resistit aduersario suo: ille perfectus monach⁹ et miles christi vocatur. Ut enim cum multo nauis vndarium ictu obruitur: sic multa possidens monachus non saluatur. Nihil possidēs monachus quasi aquila ad excelsa peruolat. Tunc descendit ad escas quando compellit necessitas. Prudens monachus: non adulabitur propter voluntatem ventris diuitibus. Nihil Possidens monachus velut cursor leuis sagacius peruenit ad brauium. Qui vult cum deo semper esse debet frequenter orare et frequēter legere. Nam cum oramus ipsi cum deo loquimur: cum vero legimus deus nobiscum loquitur. Orationibus autem mundamur: lectionibus instruimur. Utrumq3 bonum est: si liceat: melius est enim conferre q̄ legere. Qd enim obscurum est aut dubium: conferendo cito cōspicietur. Quattuor sunt necessaria in ec

clesia dei canonice diuinis in quo narratur et
predicatur vita futura hystoria in qua narrat
res gesta: numerus in quo facta futurorum et
solemnitates diuine enumerantur grammati
ca in qua scientia verborum intelligitur. Ne-
mo renunciaturus seculo bene potest videre:
quod contempsit vt videret. Quicquid in sum
ptus de tuo tuleris ꝓ lucro deputa. Antiquū
dictum ē. auaro tam deest quod habet ꝙ quod
non habet. Credenti totus mundus diuitiarū
infidelis autem obolo indiget. Sic viuamus
quasi nihil habentes ꝛ omnia possidētes. Ui-
ctus ꝛ vestitus diuitie xpianorum sunt. Si ha
bes in potestatem rem tuam vende: si non ha-
bes proijce. Tollenti tunicam ꝛ pallium relin
quendum est. Nisi tu semper crastinaus: et in
diem de die trahens caute ꝛ pedetentim pos-
sessiunculas vendideris non habet xps vnde
alat pauperes suos. Qui totum se dedit totū
obtulit. Apostoli nauim ꝛ rete tantū relique
runt. Uidua duo e ra misit in gazophilatium:
et prefertur cresi diuitijs. Facile contēnit oīa
qui semper cogitat se esse moriturū. Ecce duo
viri steterunt. In matheo vn' angelus in mar
co adolescens: in ioanne duo angeli. In luca
duo viri dicuntur id est multa itinera mulierū
et diuerse sunt visiones vel vnum ꝛ vna visio:
et dissimiles sunt narrationes euangelistarū
Lintheamina sola posita ostendit ꝙ non indi
gent corpora vestimento post resurrectionem
Secum mirans id est ꝙ reliquit lintheamina
transitus in xpo resurrectio vita eterna. Pria
est cogitare de domino vt desideremus. Secū
da de passione vt sustineamus. Tertia de hora
transitus vt simus parati. Quarta de die iudi
cij vt rationem reddamus. Quinta de inferno
vt timeam'. Sexta de vita eterna vt desidere
mus. ¶ Tribus modis diabolus securitatem
in mentem hominis immittit. Primū sugge-
rit homini: vt non faciat confessionem quia iu
uenis est. Secundo dicit quia alij graui' pec-
cauerunt ꝙ tu: ꝛ diu vixerunt. Tertio dicit tu
pecca quia magna est clementia et misericor-
dia dei indulgebit tibi peccata tua: ꝛ per hanc
securitatem ducit eum in infernum. ¶ Diuer-
sas medicinas anime deus ostendere dignat'
est. Alius per elemosynam: alter per obsequiū
alius per hospitalitatem alter per ieiunium ꝛ
vigilias alius per continentiam: alius per ca
stitatem: alter per benignitatē alius per obe
dientiam. Alter per humilitatē: alter per pa
tientiam. Alij datur per spiritum sermo sapiē

tie: alij sermo scientie: alij prophetia: alij ge-
nera linguarum: alij dona sanitatum: alij di-
scretio spirituum. Omnia operatur vnus atqꝫ
idē spiritus diuidens singulis prout vult. In
psalmis itaqꝫ inuenies: si intenta mente per-
scruteris: dominici verbi incarnationem: pas
sionemqꝫ ꝛ resurrectionem atqꝫ ascensionem.
In psalmis inuenies tam intimam orationē
si intenta mente perspexeris: sic non potes vl
latenus per teipsū excogitare. In psalmis in
uenies intimā confessionem peccatorum tuo
rum: et integram deprecationem diuine atqꝫ
dominice misericordie. In psalmo quoqꝫ in-
uenies oīm rerum que tibi accidunt: intimā
gratiarum actionem. In psalmo confiteris in
firmitatem tuam atqꝫ misericordiam dei ꝓuo
cans. Omnes enim virtutes in psalmis inue-
nies: si a deo merueris vt tibi reuelet secreta
psalmorum. Etiam si volueris intima mente
exercere te in diuinis laudibus ac preceptis
et mandatis celestibus: psalmū Beati imma-
culati decanta. Et licet vsqꝫ ad obitū vite tue
huius psalmi virtutem cōtempleris atqꝫ scru
teris: nunꝙ vt puto illum perfecte intellige-
re poteris in quo nullus versus est: in quo nō
sit vel via dei vel lex: vel mandatum: seu prece
ceptū vel verba aut iustificationes vel iudicia
aut sermones dei descripti. Et ideo nō ē opus
vt per diuersos libros animo diffundaris. In
psalterio solo habes materiam legēdi vsqꝫ ad
obitū vite in quo iuenies ꝓphetas: euāgelia ꝛ
apostolos ꝛ omēs libros diuinos spiritualiter
atqꝫ intelligibiliter ex parte tractos ꝛ descri-
ptos. Et priorem atqꝫ secundum aduentū do
mini ibi inuenies prophetatum incarnatio-
nem quoqꝫ ac passionē ꝛ resurrectionē atqꝫ
ascensionem domini cam. Et omnem virtu-
tem diuinorū dictorum inuenies in psalmis
si intima mente perscruteris ꝛ ad medulam in
timi intellectus per dei gratiam perueneris.
¶ Camera christi cū homine dei est cor rectū
et bonum. Fundamentum ipsius camere ē fi-
des: altitudo eius est spes: latitudo est caritas
longitudo eius est perseuerantia: latera eius
sunt concordia iustitia et veritas pulchritudo
eius est exēplum bonorum operum: fenestre
ipsius sunt dicta sanctorum: pauimentum ei'
est humilitas cordis: camera ei' sunt boni pō
tifices interligatio eius est vinculum pacis
tectum eius est fidelis dispensator piscis ei'
est meditatio celestis. Mēsa christi in came
ra sua est bona conuersatio. misterium christi

in camera sua est bona memoria: bacinus christi bona est voluntas: conticellus christi est nitor pscientie. Catedra christi est serenitas mētis. Sponsa xpi anima sancta: camerarie xpi virtutes spiritales sunt. Prima sancta charitas dicta est illa regit cameram christi. Est sancta humilitas illa est thesauraria in camera. ē sancta sapientia: illa facit luminaria in camera. est sancta puritas illa scobat cameram ē sancta bonitas illa incensum ponit in cameram: est sancta diligentia mentis illa coronat cameram: est sancta abstinentia illa parat mensam in camera: est sancta temperantia: illa miscet in camera cum cantilla & ipse cantilus ē nitor conscientie est sancta vigilantia illa seruat cameram dominicam est sancta penitentia: illa facit disciplinam in camera: est sancta bona cōscientia: illa est portaria in camera. Istas totas suprascriptas ipsa peperit et mater earum est. Est sancta perseuerantia illa nutrix earum est vsq ad finem perfectum. Prestet nobis itaq dominus vt inueniat in nobis talē mansionem: qui viuit et regnat deus in secula seculorum. Amen.

¶ Beatissimi hieronymi Cardinalis presbyteri sancte romane ecclesie catholice doctoris precipui Libris qui vitaspatrum inscribūtur diligēter examinatis: vigilantiq studio emēdatis: atq per punctos & comas distinctis.
Impressum Lugduni amenissima vrbe. Per magistrum Nicolaum wolff de Lutrea. M. CCCCCII. mensis Aprilis die vero. xxviij.

